





UNIVERSITY LIBRARIES · STANFORD
UNIVERSITY LIBRARIES · STANFORD
LIBRARIES · STANFORD
STANFORD UNIVERSITY LIBRARIES
LIBRARIES · STANFORD UNIVERSITY
STANFORD UNIVERSITY LIBRARIES
UNIVERSITY LIBRARIES · STANFORD
UNIVERSITY LIBRARIES · STANFORD
LIBRARIES · STANFORD
STANFORD UNIVERSITY LIBRARIES
LIBRARIES · STANFORD UNIVERSITY
LIBRARIES

[redacted]

BRACTON'S NOTE BOOK.

London: C. J. CLAY AND SONS,
CAMBRIDGE UNIVERSITY PRESS WAREHOUSE,
AVE MARIA LANE.



Cambridge: DEIGHTON, BELL, AND CO.
Leipzig: F. A. BROCKHAUS.

[redacted]

BRACTON'S NOTE BOOK.

A

COLLECTION OF CASES

DECIDED IN THE KING'S COURTS

DURING THE REIGN OF HENRY THE THIRD,

ANNOTATED BY A LAWYER OF THAT TIME,

SEEMINGLY BY

HENRY OF BRATTON.

EDITED BY

F. W. MAITLAND,

OF LINCOLN'S INN, BARRISTER AT LAW,

READER OF ENGLISH LAW IN THE UNIVERSITY OF CAMBRIDGE.

VOL. III. TEXT.

LONDON: C. J. CLAY & SONS,

CAMBRIDGE UNIVERSITY PRESS WAREHOUSE.

AVE MARIA LANE.

1887

Cambridge:

PRINTED BY C. J. CLAY, M.A. AND SONS,
AT THE UNIVERSITY PRESS.



ROTULUS DE TERMINO PASCHE ANNO REGIS HENRICI OCTAUO. [135.]

44. Rannulphus Comes Cestrie et Lincolnie summonitus fuit ad respondendum Elene que fuit uxor Roberti[1] de Stepinges quo waranto se tenet in tercia parte l. acr. terre in Stepinges [2]et uersus plures alios eodem modo[2] quas tercias partes predicta Elena clamauit in dotem ex dono predicti Walteri quondam uiri sui uersus Gilibertum de Beningworthe, et qui uenit in curiam Dom. Regis et obiecit eidem Elene quod nullam dotem inde habere debuit eo quod nunquam fuit predicto Waltero desponsata, et ita quod loquela illa transmissa fuit ad curiam cristianitatis ubi ipsa sponsalia sua probauit sicut constat et patet per litteras Episcopi Couentrensis patentes etc. Linc.

Et Comes uenit et dicit quod habet terram illam ex dono predicti Giliberti per cartam suam et inde uocat ad warantum Willelmum filium et heredem predicti Giliberti, qui presens est et cognoscit cartam illam et donum patris sui, set dicit quod pater suus uendidit terram suam totam ita quod parum ei remansit de hereditate patris sui, et si curia considerauerit quod super hoc debeat warentizare terram illam libenter warentizabit.

Et quia Gilibertus fuit in seisina de predictis terciis partibus die quo ipsa eum inplacitauit et quod obiecit ei quod non fuit desponsata et ipsa nominatim petit illas tercias partes in dotem Consideratum est quod ipsa recuperauit seisinam suam de predictis terciis partibus ut de dote sua et quod Willelmus faciat escambium eidem Comiti ad ualenciam

[1] Called Walter below. [2-2] Words misplaced.

tocius terre quam ipsa recuperauit uersus eundem Comitem, si habeat unde uel quatenus habuerit, et Comes teneat escambium illud tota uita predicte Elene et post decessum ipsius Elene si Comes uoluerit reuertatur illa tercia pars predicto Comiti et heredibus suis et Willelmus tunc rehabeat escambium suum de predicto Comite secundum quod ibi fuerit magis uel minus[1].

945. Suff. Henricus filius Thurstani capellanus petit uersus Radulfum filium Ricardi sex acr. terre cum pert. in Medefeldia ut ius suum.

Et Radulfus uenit et uocauit inde ad warantum Abbatem S. Eadmundi qui per summonicionem uenit et petit quod ostendat ei quare warantizare debeat. Et Radulfus dicit quod nullam cartam habet, quia Nicholaus de Mendham dedit ei terram illam et postea attornauit eidem Ade[2] seruicium suum et illud ei dedit.

Et Abbas non uult ei warentizare nisi curia considerauerit. Et ideo consideratum est quod Henricus recuperauit seisinam suam pro defectu warent' eo quod Radulfus nichil ostendit quod Abbas warentizare debeat et Abbas sine die et Radulfus in misericordia.

Idem Henricus petit uersus Nicholaum de S. Andrea quem Johannes filius Ricardi uocauit ad warantum et qui ei debet warentizare viij. acr. terre cum pert. in eadem uilla ut ius suum. Et Nicholaus uenit et uocauit inde ad warantum Priorem S. Trinitatis de Gapewico[3] ita quod habuit auxilium curie de ipso summonendo etc. quod esset tali die etc. et tunc se essoniauit Johannes attornatus predicti Nicholai et dictum fuit essoniatori quod expectaret uersus Priorem et non expectauit nec Prior uenit et Henricus petit inde iudicium suum. Et quia stetit in Nicholao quod non habuit warantum consideratum est eodem modo quod Henricus recuperauit seisinam suam per defaltam warent' sicut prius[4] et Nicholaus in misericordia, faciat escambium Johanni ad ualenciam etc.

946. Hereford. Hugo Peuerel de Saundfordia petit uersus Ricardum

[1] Br. f. 299 b.
[2] Corr. *Abbati*.
[3] Ipswich.
[4] Referring to the case in which the Abbot of Bury is concerned.

Pauncefot quod reddat ei xj. lib. quas ei debet et iniuste detinet unde idem Hugo ostendit quod tradidit ei manerium suum de Hesel' ad firmam ad terminum sex annorum reddendo per annum xij. lib. et de ultimo anno ei aretro sunt xj. lib. et inde producit sectam sufficientem.

Et Ricardus per attornatum suum uenit et defendit contra eum et contra sectam suam quod nichil ei debet set reuera ipse recepit terram illam ad firmam sicut predictum est, set idem Hugo in fine v^ti^. anni uenit illuc cum uxore sua et eiecit eum de terra illa per j. annum ante terminum suum completum et abstulit ei firmam et bladum, et interim uenit Episcopus de Herefordia per peticionem eiusdem Hugonis et eiecit eum secundo de terra illa per quod deterioratus est et dampnum habet ad ualenciam xij. lib. et inde ponit se super patriam, set bene cognoscit quod si habuisset terminum illum completum, tunc deberet ei xj. lib. de areragiis.

Et Hugo defendit quod nunquam eiecit eum immo idem Ricardus plene habuit terminum suum, quia ad festum Annunc. B. Marie proximo transacto primo posuit se in terram suam, post terminum suum contentum in cyrographo nec aliquid cepit intra terminum nec bladum nec firmam nec aliquid in mundo et hoc offert defendere sicut curia considerauerit et petit sibi allocari quod cognoscit debitum et conuencionem etc. Postea dedicit attornatus Ricardi quod non asportauit bladum et nichil certum dicit quantum firme Hugo cepit nec testes sui aliquid inde sciunt. Et ideo consideratum est quod Hugo recuperauit debitum suum xj. lib., et Ricardus in misericordia etc. Judicium.

Thomas de Scoctegni petit uersus Jollanum de Neuilla quem Simon de Chaney uocauit ad warantum et Alic' ux' eius et qui eis war'[1] xiiij. bouat. terre cum pert. in Waleby ut ius suum, unde Rogerus filius Fulconis | fuit seisitus ut de feodo et iure tempore Regis Ricardi capiendo inde expleta ad ualenciam etc. et de ipso Rogero descendit cuidam Willelmo filio suo et de ipso Willelmo huic Thome ut filio et heredi suo et ubi non habet ingressum nisi per Jollanum patrem suum cui Agnes quondam uxor predicti Rogeri filii Linc. [138 b.]

[1] Alice seems wife of Simon. They as tenants have vouched Jollan.

Fulconis que non nisi dotem inde habuit et que terram illam dimisit ei et inde producit sectam.

Et Johannes[1] uenit et defendit ius suum et ingressum sicut predictum est et bene defendit quod pater suus nullum ingressum habuit per predictam Agnetem, immo habet ingressum per Willelmum filium Rogeri patrem predicti Thome qui terram illam dedit predicto Jollano patri predicti Jollani per cartam suam quam profert et que testatur quod idem Willelmus filius Rogeri filii Fulconis dedit predicto Jollano de Neuilla pro homagio suo et pro tribus marcis totam terram de Walescia cum omnibus pert. sine aliquo retenemento tenendam etc. faciendo seruicium quod spectat ad feodum dimidii militis etc. Profert eciam cartam Rogeri de Monte Begonis que donum illud testatur et confirmat, unde dicit quod pater suus cepit homagium Jollani patris sui et postea eum attornauit Rogero capitali domino suo qui postea ad peticionem eius cepit homagium suum.

Et Thomas uenit et cognoscit cartam patris sui, set dicit quod non debet ei nocere quia idem Willelmus nunquam fuit in seisina de predicta terra et preterea ipse fuit lunaticus et impotens sui et inde petit iudicium, et bene cognoscit cartam patris sui.

Et Jollanus dicit[2] quod reuera Agnes mater eiusdem Willelmi tenuit terram illam in dotem ita quod Willelmus fuit warantus suus de dote sua et per cartam illam et uoluntatem ipsius Agnetis habuit pater suus suam seisinam.

Et quia Thomas cognoscit cartam patris sui et donum suum et quod Willelmus pater suus ut warantus et heres predicte Agnetis dedit eidem Jollano[3] terram illam et quod Agnes dimisit se etc. consideratum est quod donum teneatur et ideo Jollanus inde quietus et Thomas in misericordia.

948. Abbas de Santereye[4] summonitus fuit ad cognoscendum
Hunt. de quo tenet quoddam molendinum in Nywetona et per quod seruicium etc. unde concordia prolocuta est inter Abbatissam

[1] Corr. *Jollanus.*

[2] Jollan has to answer the objection that William the donor was not seised. His answer is that Agnes the dowager assented to the gift and quitted possession.

[3] Corr. *Jollano.*

[4] Sawtry. Monast. vol. 5, p. 521.

de Auenestowe[1] et Willelmum de Ayssa et Alienoram uxorem eius etc.

Et Abbas uenit et dicit quod tenent illud molendinum de ipsis Willelmo et Alienora reddendo per annum duas marcas ut de illo molendino quod Hugo de Lisures dedit domui sue reddendo inde per annum duas marcas, et ideo[2] Hugo postea dedit illas duas marcas predicte Elienore in maritagium et heredibus suis si heredes haberet de corpore suo[3] et inde profert cartas eiusdem Hugonis que hoc idem testantur. Et super hoc uenit Nicholaus de Bassingeburnia et dicit quod habet in uxorem filiam et heredem predicti Hugonis cui predictus redditus debet reuerti si Elienora non habeat heredem de se uel de corpore suo et apponit clamium suum ne cyrographum fiat ad exheredacionem uxoris sue.

Et Willelmus de Aisho attornatus uxoris eius hoc totum cognoscit, et bene cognoscit quod predicta Abbatissa debet habere inde per ann. xiiij. sol. Et ideo preceptum est eis quod de cetero reddant eidem Abbatisse de predictis duabus marcis per ann. xiiij. sol. et recuperet[4] si possint uersus heredes Hugonis quia cirographum inde fieri non potest. Et ideo preceptum est uicecomiti Norh. quod de cetero etc.[5]

Willelmus le Buttiller per attornatum suum petit uersus Abbatem de Croxtona unam caruc. terre cum pert. in Eytona ut ius suum unde Hugo auunculus patris eiusdem Willelmi seisitus fuit ut de feodo et iure et in dominico tempore etc. ut ex dono Radulfi fratris sui primogeniti qui illam terram ei dedit pro homagio et seruicio suo capiendo inde expleta ad ualenciam j. marce et de illo Hugone descendit ius terre illius ipsi Willelmo ut filio et heredi Roberti le Butiller filii eiusdem Radulfi fratris predicti Hugonis eo quod idem Robertus non potest esse dominus et heres et quod ita sit offert etc. Leic.

Et Abbas uenit et defendit ius suum quando defendere

[1] Elstow. Monast. vol. 3, p. 411.
[2] Corr. idem.
[3] As to a gift in such terms as these, see Br. f. 18, 47.
[4] Corr. recuperent (?).
[5] It seems decided that William and Eleanor cannot alienate until Eleanor has issue. They however have become bound to pay the Abbess fourteen shillings a year. Whether by any means they can cast this burden on the inheritance, is left an open question.

debebit, set dicit quod non uidetur ei quod debeat ad hoc breue ipsi respondere quia Robertus pater eiusdem Willelmi adhuc uiuit qui adeo magnum ius habet sicut ipse Willelmus si ius haberet et ideo non uult ei respondere nisi curia considerauerit.

Et Robertus presens est et dicit quod ipse non potest esse heres et dominus, et filius suus debet de eo tenere et ideo non potest ipse clamare aliquid. Et quia nichil potest descendere Willelmo nisi per Robertum et Robertus adhuc uiuit, desicut non sunt parentes idem Willelmus et Abbas, consideratum est quod Abbas non respondeat Willelmo, et ideo Abbas sine die et Willelmus in misericordia per plegium Roberti patris sui[1].

950. Warr. Hugo de Sloges[2] uersus Hugonem de Herdeberghe xvj. uirg. terre cum pert. in Herdeberghe ut ius suum unde Willelmus antecessor suus fuit seisitus ut de feodo et iure et in dominico tempore H. Regis patris Imperatricis[3] scil. anno et die quo obiit capiendo inde expleta ad ualenciam j. marce et de Willelmo descendit ius terre illius Margerie filie sue et de Margeria Margerie filie sue et de ipsa Margeria huic Hugoni ut filio et heredi suo et hoc offert etc. |

[130.] Et Hugo de Herdeberghe uenit et defendit ius suum et seisinam Willelmi et totum etc. et ponit se in magnam assisam Dom. Regis et petit recognicionem fieri quis eorum maius ius habeat in terra illa et offert Dom. Regi[4] pro habenda mencione de predicto tempore, et recipitur

951. Berks. Nicholaus Blundus et Agnes uxor eius per attornatum suum petunt uersus Thomam filium Yuonis terciam partem quater uiginti et xvij. acr. terre et terciam partem x. acr. terre cum pert. in Bray ut ius suum etc. et racionabilem porcionem suam etc. que ipsam Agnetem contingit etc.

Et Thomas uenit et dicit quod terra illa est de socagio Dom. Regis et dominico suo et ideo non uult respondere[5]

[1] For the rule that the same person cannot be dominus et haeres, see Glanv. lib. 7, c. 1, Br. f. 279 b. It seems to have occasioned difficult problems.

[2] Supply *petit*.

[3] Henry I.

[4] No sum is mentioned. The object is to make the demandant's statement of the time when his ancestor was seised the essence of the issue. See Co. Lit. 293 a.

[5] Br. f. 272.

extra manerium nisi curia etc., set sine placito uult uerum facere. Quidam Osmundus habuit tres filias scil. Agnetem, Cristianam et Matillidem, et idem Osmundus obiit priusquam ille tres filie essent maritate et remanserunt filie cum matre earum et postea Agnes et Cristina maritate fuerunt cum catallis patris earum et Matillis remansit in atrio cum matre, et talis est consuetudo manerii Dom. Regis de Bray quod postnata filia que remanet in atrio[1] retinebit totam hereditatem patris sui, et consuetudo illa postquam confirmata fuit per inquisicionem Dom. Regis inde factam per preceptum suum, et per inquisicionem illam recuperauit Yuo pater Thome qui fuit uir Matillidis totam terram predicti Osmundi, et quod hoc sit uerum offert ponere super iuratam et super recordum curie etc., [2]unde dicit quod aliquando habuit Agnes partem suam de eadem terra et Cristiana similiter partem suam, et per predictam inquisicionem recuperauit ipsa Agnes partes illas. Et fiat inquisicio etc. si talis consuetudo manerii quod si quis in manerio illo habeat duas filias et una illarum tempore patris sui uel post mortem patris sui sit maritata extra tenementum ad aliud tenementum et alia soror maritetur in eodem tenemento quod fuit patris sui si illa que maritatur extra debeat partem suam habere uel non.

[illegible]. Ricardus Mar' per attornatum suum petit uersus Willelmum Cause unam bouat. terre cum dimid. cum pert. in suburbio Lincolnie ut ius suum, et unde idem Ricardus fuit seisitus ut de feodo et iure et in dominico tempore talis Regis capiendo expleta etc., et quod ita fuit seisitus offert etc. et petit seisinam suam. Linc.

Et super hoc[3] ueniunt balliui Lincolnie et petunt libertatem suam et quod habeant curiam suam, et proferunt cartam[4] Dom. Regis J. quod nullus eorum placitet extra muros ciuitatis Lincolnie nisi de tenuris exterioribus. Ad iudicium[5].

[1] See Br. f. 267 b; *in atrio* seems an equivalent for *in astro*. The child who is still at the parental hearth is *astrarius*. See Consuetud. Cantie, *Statutes of the Realm*, vol. 1. p. 224; *le astre demorra al pusne*.

[2] Perhaps words are missing. It seems that Nicholas and Agnes reply to the plea of Thomas and then an inquest as to the custom is ordered. The verdict will be found below, MS. f. 144.

[3] *Et super hoc* repeated.

[4] See Rot. Cart. p. 5. Charter dated 21 July 1199.

[5] By the copyist. The case stands for judgment.

953. Hereford. Alicia que fuit uxor Rogeri de Chaure petit uersus Thomam de Hou terciam partem j. uirg. terre cum pert. in Wathamstede ut dotem suam unde predictus Rogerus quondam uir suus eam dotauit etc. die etc.

Et Thomas uenit et dicit quod non debet inde dotem habere quia ipsa nunquam fuit ad hostium ecclesie desponsata nec dotata secundum regni consuetudinem, set reuera ea nocte qua Rogerus obiit in crastino summo mane postquam memoriam amiserat desponsauit eam et ideo non debet inde dotem habere[1].

Et Alicia per attornatum suum dicit quod fuit desponsata ad ecclesiam de Wathamstede per v. annos ante mortem Rogeri et inde producit sectam scil. tales qui hoc testantur.

Et Thomas petit sibi allocari quod Alexander[2] est attornatus Alicie et defendit quod nunquam fuit dotata ad hostium monasterii et inde ponit se super patriam. Et Alicia similiter. Et ideo fiat inde iurata et ueniat tali die recognitura si Rogerus die qua eam desponsauit ad hostium monasterii etc. dotauit eam de predicta terra uel non etc.

954. Hunt. Gilebertus de Gaunt per attornatum suum optulit se iiij. die uersus Agnetem de Rupe que se essoniauit de malo lecti uersus eum de placito terre etc. Et Agnes non uenit etc. Et Oliuerus le Moyne et alii tres milites ad eam missi ueniunt et dicunt quod nondum uiderunt eam eo quod Willelmus Moyn predictus absens fuit et manens in comitatu *Sussexie*. Et ideo preceptum est eis quod sicut diligunt terras suas et tenementa uideant etc. etc., et si non sit languor quod dent ei diem etc. et tunc habeant iudicium suum de defalta.

955. Leirc. Preceptum fuit uicecomiti semel et iterum et tercio quod in pleno comitatu recordari faceret loquelam que fuit in eodem comitatu inter Thomam de Lincolnia petentem et Radulfum de Normanuilla et Gilibertum de Biseche tenentes de sex uirg. terre et j. bouat. et xvj. acr. terre et duobus toftis in Thorpe unde idem Thomas queritur falsum sibi factum fuisse iudicium etc.

[1] Br. f. 92, 304.

[2] See Case 941. The objection is that one of the members of the secta is Alice's attorney and therefore no good witness.

Et Willelmus de Flamuilla et tres alii milites cum recordo ueniunt pro comitatu et recordantur quod Thomas tulit breue de recto super Radulfum de Normanuilla patrem predicti Radulfi de tribus uirg. terre et dim. et viij. acr. et j. tofto cum pert. in Torpe, et aliud breue super Gilibertum de Bisiche de tanto terre cum pert. in eadem uilla, | et tandem [139 b.]
post uisum terre et post racionabiles esson'[1] Radulfus de Normanuilla uenit et respondit quod non debuit dicto Thome ad illud breue respondere quia ipse non tenet totam terram illam immo ipse et predictus Gilibertus et quedam Alicia qui sunt participes sui tenent totam terram illam in communi simul cum eo, ita quod nullus sciuit partem suam de illa terra nec terra illa nunquam partita fuit, et si hoc non sufficeret, dixit quod non potuit terram illam perdere quia non habuit inde nisi custodiam et uocauit ad warantum Radulfum filium suum[2]. Postea[3] ad alium comitatum uenerunt Radulfus pater et Radulfus filius suus et Gilibertus et Alicia, et Radulfus iunior warentizauit patri suo Radulfo et eodem modo respondit sicut pater suus, et Gilibertus eodem modo respondit, et Alicia presens fuit et reclamauit pro iure suo dicens quod non debuit aliquid perdere uel lucrari desicut nulla fuit mencio facta de eo[4] in breuibus nec posuit se in defensione eorum uel eorum lucro, et Thomas respondit quod hoc non debuit ei nocere quia ipsa Alicia nunquam fuit in seisina de terra illa et inde optulit[5] se super patriam. Et Radulfus et Gilibertus similiter. Et iudicium positum fuit in respectum usque ad proximum comitatum, [6]predictus Thomas non uenit, unde consideratum fuit quod abirent sine die pro defectu Thome.

Et Thomas uenit et dicit quod in parte recordantur bene et in parte non, quia predicta Alicia nunquam aliquam partem habuit in terra illa nec habere debuit quia ipsa non fuit heres Gaufridi fratris Agnetis et Mabilie matrum predictorum Radulfi[7] et Giliberti quia ipsa Alicia non fuit de

[1] Corr. *racionabilia essonia.*
[2] This looks as if Ralph the elder was tenant by curtesy, being husband of one of the coheiresses.
[3] The recordum continues.
[4] Corr. *ea.*
[5] Supply *ponere.*
[6] Supply *ad quem comitatum.*
[7] Seemingly Ralph the younger.

eadem matre quam ipse fuerunt et preterea idem Thomas nunquam fecit defaltam sicut ipsi recordantur et hoc offert defendere per corpus cuiusdam liberi hominis Johannis le Scot, qui hoc offert defendere sicut curia considerauerit sicut ille qui interfuit comitatui ubi iudicium factum fuit quod occasione Alicie remaneret loquela sine die, [1]et quod Alicia nunquam aliquam partem habuit de terra illa offert ponere se super patriam.

Et milites pro comitatu dicunt quod tale est recordum sicut ipsi recordantur quia predicta Alicia siue iuste siue iniuste fuit in seisina de tercia parte ita quod percepit terciam partem de exitibus illius terre et hoc bene inquisitum fuit per legales homines uicinos et illa occasione positum fuit iudicium in respectum usque post Pascha ut uicecomes haberet postea assensum curie Dom. Regis[2], ita quod die Jouis proxima post Hockeday[3] fuit comitatus ad quem Thomas non uenit ita quod per defaltam eius recesserunt sine die aduersarii eius, et quod de illa defalta fecerunt iudicium, et quod tale sit recordum, offerunt disracionare per corpus Gaufridi de Laugedona qui hoc offert probare sicut curia considerauerit.

Et Thomas sicut prius defendit defaltam etc. set de Alicia et occasione eius sicut predictum est factum fuit iudicium et hoc offert etc. probare etc. uel defendere etc. sicut curia considerauerit. Et Radulfus et Gilibertus quesiti quomodo Alicia sit particeps dicunt quod Robertus de Bler' habuit duas uxores et de prima habuit Gaufridum predictum et Agnetem et Mabiliam et de secunda uxore habuit Aliciam set terra illa descendit Gaufrido de predicto patre suo et de Gaufrido postea ipsis Agneti, Mabilie, Alicie ut sororibus et heredibus suis[4].

Et quia Thomas non ostendit quod de dicto suo uel

[1] As to the default Thomas offers battle; as to the plea of non-tenure he puts himself on the country.

[2] An *ex post facto* consent to the taking of an inquest.

[3] Hokeday, the second Tuesday after Easter.

[4] Thomas maintains that since Geoffrey was seised, his half-sister could not share with his sisters german. Note that the county did not commit itself to the statement that Alice had good right; but *siue iuste siue iniuste* she was in possession.

[lo]quela sua iurat'[1] ei falsum factum fuisset iudicium et comitatus recordatur quod pro defalta Thome recesserunt sine die et preterea Thomas non dedicit quod Alicia presens esset in comitatu sicut predictum est, consideratum est quod comitatus eat inde quietus et Thomas in misericordia et Radulfus et Gilibertus inde sine die.

Helena que fuit uxor Walteri de Stepinges petit uersus Hubertum de Burgo Justiciarium terciam partem x. marcarum redditus cum pert. in Wachefordia et in Billebroc ut dotem suam etc. Sumers.

Et Hubertus uocauit ad warantum Willelmum de Beningesworthe qui presens est et petit auditum carte per quam warentizare debeat etc.[2] Et attornatus Justiciarii non habet cartam presentem etc. Et ideo datus est dies eis [illegible] parcium etc. tali die et tunc habeat Justiciarius cartam suam.

Robertus de Fifhide et alii tres milites missi ad Henricum de Wrthe qui se essoniauit de malo lecti uersus Reginaldum Morin de placito terre ueniunt et dicunt quod uiderunt eum tali dominica et dederunt ei diem a tali die in unum annum apud turrim Londonie quia languidus est. Idem dies datus est Reginaldo per attornatum suum. Heref.

Rannulfus de Albemar' et alii tres milites missi ad Margaretam uxorem Joelis de Stanhus[3] qui se essoniauit de malo lecti uersus Thomam de Tungelonde de placito terre dicunt quod languidus est et quod uiderunt eum tali die etc. et quod dederunt ei diem apud turrim Londonie a tali die in annum. Idem dies datus est Thome in banco de habendo iudicio suo de defalta quam predictus Joel fecit a tali die postquam comparuit in curia, et idem dies datus est Joeli in banco et tunc allocetur defalta. Breue de Cape nunc[4]. Deuon.

Godefridus filius Alexandri petit uersus Rogerum de [illegible] et Petronillam uxorem eius terciam partem j. molendini cum pert. in Sude*ylue* et uersus Johannem Haterel et Noting.

[1] [illegible] iurat' (?).
[2] [illegible] f. 3-4 b.
[3] But it is Joel who has essoined himself.
[4] Joel has been guilty of a default and has afterwards essoined himself. The little Cape is to issue at once, though the case is adjourned for the year and day.

Aliciam uxorem eius terciam partem eiusdem molendini cum pert. in eadem uilla ut ius suum etc. unde Alexander pater suus fuit seisitus ut de feodo et iure et in dominico tempore [140.] R. Regis auunculi Dom. Regis | capiendo inde expleta ad ualorem v. sol., et de ipso Alexandro descendit ius duarum parcium illius molendini ipsi Godefrido ut filio suo sicut de illo molendino quod pertinet ad porcionem suam quam ipse habet de hereditate predicti Alexandri patris sui eo quod terra sua fuit partibilis.

Et Rogerus et omnes alii ueniunt et defendunt ius suum et dicunt quod non debent ei inde respondere quia Alexander reuera habuit molendinum illud ut ius suum set idem Alexander habuit unum filium Alanum nomine primogenitum patrem ipsarum Petronille et Alicie et ideo non debent ei respondere desicut ipse est de postnato fratre.

Et Godefridus dicit quod reuera est postnatus frater Alani set dicit quod terra illa est partibilis et fuit semper et ideo petit illud molendinum ut pertinens ad porcionem suam quam habet de predicta terra.

Et Rogerus et alii dicunt quod predictus Alexander habuit v. filios scil. etc. et post mortem Alexandri tota terra sua partita fuit inter illos v. filios et unusquisque habuit partem suam et tenuit se pacatum. Postea obiit Henricus sine herede de se et terra sua partita fuit inter quatuor fratres et postea obiit eodem modo Laurencius et sua terra partita fuit inter tres fratres et unusquisque tenuit se contentum de parte sua et semper hucusque tenuerunt se pacatos et desicut terra illa fuit partita xxj. annis transactis et eo amplius et quilibet eorum tenuit se pacatum petit iudicium si debeat nunc respondere, et bene defendit[1] quod molendinum illud non pertinet ad porcionem Godefridi, et preterea ipsi tenent molendinum illud de Dom. Rege reddendo per ann. xl. sol. et idem Godefridus clamat tenere illud de Archiepiscopo Eboracensi per duos sol., et si super hoc debeant respondere dicunt quod idem Godefridus post mortem patris sui quando terra partita fuit tenuit se pacatum de parte quam idem Godefridus tenet in Cathale et inde ponit se super

[1] Corr. *petunt*, *debeant*, *defendunt*.

iuratam, et hoc bene patet quia nunquam implacitauit predictum Alanum qui uixit per xviij. annos.

Et Godefridus non uult inde ponere se super iuratam et bene cognoscit quod non implacitauit predictum Alanum. Concordati sunt.

Magna assisa[1] uenit recognitura per etc. inter Simonem de Wahulla petentem et Jacobum de Pecham deforciantem de consuetudinibus et seruicio que idem Simon exigit ab eodem Jacobo de libero tenemento suo quod de eo tenet in Noterlestede unde Simon petit ab eo quod reddat ei per ann. xxx. den. et faciat ei unum conuiuium per annum et araturam per j. diem ad hibernagium et quod inuenire debet j. hominem ad sarclandum blada sua et falcare per j. diem et cariare fenum suum per j. diem et inuenire j. hominem ad pilandum poma sua quamdiu opus fuerit ad cibum ipsius Simonis de omnibus predictis consuetudinibus, et preterea quod debet sequi curiam ipsius Simonis ad racionabilem summonicionem et inuenire unam falcem ad cibum ipsius Simonis ad falcandum pratum quod uocatur Vixemede similiter cum aliis hominibus eiusdem Simonis, ita quod cum pratum illud fuerit falcatum, quocunque alie falces ierint, sua ibit domi. Kent.

Juratores dicunt quod Jacobus et Aunselinus semper tenuerunt totam terram patris eorum et dum habuerunt terram integre tota terra illa debuit per annum v. sol. et facere unum conuiuium et araturam per j. diem ad hibernagium et inuenire j. hominem ad sarclandum et falcare per j. diem in prato quod uocatur Vyxemede ita quod si falcatum fuerit ad *primam* homo suus ibit domi, et[2] non sit falcatum ante uesperas tota die ibit[3] falcabit homo suus et non plus, et cariare fenum per j. diem et inuenire j. hominem ad pilandum poma sua quamdiu opus fuerit ad cibum ipsius Simonis de omnibus illis consuetudinibus, et preterea sequi curiam suam ad racionabilem suam summonicionem. Et quesiti

[1] Kent has not yet acquired immunity from the grand assize. See Consuet. Cantie, *Statutes of the Realm*, vol. 1, p. 225.

[2] Supply *si*.

[3] Om. *ibit* (?). The tenant's man must, it seems, do one day's work towards mowing the meadow: if the meadow is finished in the morning he has no more to do; but any way his task will be over at vespers.

cum quibus hominibus debent uenire ad conuiuium dicunt quod cum tota propria familia sua. Unde dicunt quod Jacobus debet medietatem omnium illarum consuetudinum.

Consideratum est quod Simon recuperauit seisinam suam de predictis seruiciis predictorum denariorum et de medietate omnium aliorum seruiciorum sibi et heredibus suis et Jacobus in misericordia, quia primo petiit totum seruicium predictum uersus predictum Jacobum et uersus Aunselinum fratrem suum, et quod idem Jacobus faciat ei reragium suum de predictis seruiciis exceptis denariis de quibus ei satisfecit. Et sciendum quod placitum incepit xj. annis transactis de quibus petit reragium. Et postea perdonauit ei Simon totum reragium usque ad uiginti sol. etc., et uicecomes faciat ei habere xx. sol.

Et sciendum est quod de claustura j. fossati unde contencio fuit inter eundem Simonem et predictum Jacobum quis eorum eum claudere debuit, per responsionem et cognicionem Jacobi consideratum est quod Jacobus illud claudere debeat.

961. Gunulla que fuit uxor *Ahir'*[1] Baret petit uersus Abbatem
Glauc. de Kingeswde terciam partem xviij. acr. terre cum pert. in Culkertona ut dotem suam etc.

Et Abbas per attornatum suum uocauit inde ad warantum Rogerum Baret filium et heredem predicti Aluredi qui presens est per summonicionem etc. et bene cognoscit quod predicta Gunilda fuit inde dotata, set non uidetur ei quod donum illud debeat eidem Abbati warantizare quia pater suus tenuit totam terram de eodem Abbate et ipse tenet de eodem Abbate quicquid habet, et ideo petit iudicium si debeat ei warentizare. Et Abbas dicit quod tenet adhuc xxx. acr. terre de quibus sufficienter potest facere seruicium. Et Rogerus hoc cognoscit, et non dedicit cartam patris sui. Et ideo consideratum est quod Rogerus faciat eidem Gunulle escambium ad ualenciam predicte tercie partis, et Abbas inde quietus etc. |

[140 b.] Robertus Scriptor et plures alii summoniti fuerunt ad
962. respondendum Abbati S. Georgii de Baskereuilla[2] quo iure
Rotel.

[1] Corr. *Aluredi*.

[2] Bocherville near Rouen. Gall. Christ. vol. 11, col. 267. This house had a cell at Edyweston in Rutland. Monast. vol. 6, p. 1052.

ipsi exigunt communam in terra predicti Abbatis in Westona desicut idem nullam habet communam in terra predictorum Roberti et Hugonis etc. nec ipsi seruicium ei faciunt etc., unde idem Abbas per attornatum suum dicit quod per hoc quod iniuste exigunt et deforciant ei communam illam sicut predictum est deterioratus est et dampnum habet ad ualenciam xl. marc. etc.

Et Rannulfus de Luffeham unus eorum primo uenit et dicit quod terra ad quam pertinet pastura illa est hereditas Matillidis uxoris eius sine qua non potest respondere et inde uocat eum[1] ad warantum, habeat eam tali die etc.

Robertus Scriptor dicit quod cepit quandam partem terre in eadem uilla ad quam pastura illa pertinet cum uxore sua que obiit et de qua habuit pueros qui sunt infra etatem, et ideo petit etatem eorum, et alias terras habet ipse que sue sunt etc. et ideo petit uisum de pastura illa etc. Datus est eis dies ad predictum terminum.

Et omnes alii preter Robertum Croc ueniunt et petunt uisum, habeant, dies datus est ad predictum terminum.

Et Robertus Croc uenit et dicit quod nichil clamat in pastura illa ad presens et ideo sine die de eo etc.

Et Hugo de Luffenham et omnes alii ponunt loco suo predictum Robertum Scriptorem etc. et Osbertus Trilly nominatus in breui non uenit et plures fecit defaltas et ideo uicecomes habeat corpus eius ad eundem terminum.

Abbas de Stratfordia petit uersus Robertum le Glorius quod reddat ei sex sol. quos ei debet de pannagio unde idem Abbas dicit quod predictus Robertus posuit porcos suos in bosco eiusdem Abbatis, ita quod inde habere debuit sex sol. etc. unde deterioratus est et dampnum habet ad ualenciam xl. sol. Heres.

Et Robertus uenit et dicit quod Dom. Rex dedit ei custodiam filii et heredis Henrici de Bagshote, et idem Henricus habuit talem libertatem quod habuit in bosco illos[2] porcos suos quietos de pannagio et obiit seisitus de illa libertate et ideo non potest inde respondere sine herede Henrici qui est infra etatem.

[1] Corr. *eam*. [2] Corr. *illo*.

Et Abbas dicit quod Henricus nunquam habuit illam libertatem nec inde obiit seisitus, nec heres Henrici aliquos porcos habet, et inde ponit se super iuratam patrie, quia die quo obiit nec umquam antea habuit libertatem illam.

Et ideo fiat inde iurata et ueniat tali die etc. ad recognoscendum si predictus Henricus die quo obiit uel umquam antea habuit porcos suos quietos in bosco illo uel non etc.[1]

964. Ebor. Willelmus filius Eustachii petit uersus Willelmum de Fortibus Comitem Albemarlie quem Engelr' de Albemarlie uocauit ad warantum et qui ei warentizauit xij. bouat. terre cum pert. in Skecling' ut ius suum etc. et ut illas unde Eustachius pater suus fuit seisitus ut de feodo et iure et in dominico tempore Dom. Regis qui nunc est et in quas idem Comes non habet ingressum nisi per ipsum Eustachium qui eandem terram ei dimisit ad terminum annorum qui terminus preteriit duobus annis elapsis et quod deterioratus est et dampnum habet ad ualenciam xx. marc., et inde producit sectam, et profert cartam eiusdem Willelmi Comitis que testatur quod hec est conuencio facta inter Dom. Willelmum de Fortibus Comitem Albemarlie et Eustachium de Plesingeham quod Dom. Eustachius dimisit dicto Comiti totam terram suam de Skecling' integre sine aliquo retenemento quam scilicet Hawisia Comitissa mater sua[2] ei contulit sibi uel cui assignare uoluerit usque ad terminum trium annorum completorum pre xxxvj. marcis quas ei dedit pre manibus ad peregrinacionem faciendam in terra Jerosolime, et si contingat quod dictus Eustachius de peregrinacione sua redeat completo termino predicto terra sua soluta et quieta redibit in manum suam uel dictus Comes dicto Eustachio garisionem suam ministrabit[3]. terminus fuit anno Incarnacionis Domini m°. cc°. xix°., unde idem Willelmus dicit quod terminus ille preteriit ad Pascha fuerunt duo anni elapsi[4] et quod Eustachius mortuus est et petit seisinam suam ut filius et heres eius.

[1] For the verdict see below, MS. f. 145 b.

[2] The Earl's mother. Dug. *Bar.* vol. 1, p. 63.

[3] Seemingly this means no more than that the Earl is to make a provision for Eustace. See Skeat, s.v. *garrison*. Also see Case 771, in which the same phrase occurs.

[4] Easter 1222.

Et Comes per attornatum suum respondet et cognoscit cartam et terminum, set dicit quod nichil scit de morte Eustachii nec aliqua mencio fit in carta de heredibus Eustachii, et si Eustachius redisset de peregrinacione sua libenter ei garisionem daret secundum conuencionem inter eos factam et petit bene iudicium super cartam illam.

Et Willelmus dicit quod pater suus mortuus est et sepultus fuit apud Ofspringe[1] et ipse est heres eius et filius et bene petit iudicium et petit sibi allocari quod Comes cognoscit conuencionem.

Et quia attornatus Comitis cognoscit cartam suam et conuencionem et postea non dedicit quod Eustachius non est mortuus[2] quia cepit se ad cartam[3] nec per cartam aliquid sibi petere potest nisi ad terminum trium annorum nisi garisionem assignasset Eustachio quod non fecit, consideratum est quod Willelmus recuperauit seisinam suam et Comes in misericordia et faciat eidem Eng' escambium ad ualenciam predicte terre etc.

Alina que fuit uxor Johannis de Orchertona petit uersus Gaufridum de Pridias et Ysobellam uxorem eius terciam partem feodi j. militis cum pert. in Orchertona in com. Deuon. et terciam partem feodi j. militis cum pert. in Brethoc in com. Cornub. ut dotem suam, unde predictus Johannes dotauit eam die etc. | Deuon. Cornub.

Et Gaufridus et Ysobella ueniunt et defendunt quod non debent[4] inde dotem habere quia idem Johannes nunquam terram habuit nec idem Johannes eam duxit in uxorem per uoluntatem amicorum suorum nec per uoluntatem capitalis domini scil. Reginaldi de Vautort set contra uoluntatem parentum suorum et contra uoluntatem predicti Reginaldi ad quem maritagium pertinebat eam duxit in uxorem, ita quod idem Reginaldus ad peticionem parentum eiusdem Johannis misit ad uillam de Thurlestona ubi ipsa desponsata fuit ad prohibendum ne illam duceret in uxorem, et ibi miserunt Willelmum de Praule patrem predicte Aline qui [141.

[1] Ospringe in Kent.
[2] He does not deny that Eustace is dead.
[3] He relied on the terms of the deed.
[4] Sic.

37

equis et armis denegauit eis ingressum eiusdem uille, et ponunt se super iuratam.

Et Alina dicit quod desponsata fuit per assensum et uoluntatem parentum suorum et per heredem Henrici de Alneto capitalis domini ad quem maritagium pertinebat eiusdem Johannis, et per uoluntatem Willelmi de *Kritur* aui predicti Johannis qui presens fuit ubi desponsata fuit et similiter per assensum Reginaldi de Pridias qui duxit in uxorem Beatriciam matrem eiusdem Johannis et per uoluntatem eiusdem Beatricie quibus Willelmo de *Kritur* et Beatricie predictus Henricus de Alneto concessit maritagium predicti Johannis et custodiam, et Willelmus et Beatricia habuerunt seisinam de custodia eiusdem Johannis cum maritagio ex dono predicti Henrici et presentes fuerunt ubi Johannes ipsam Alic' desponsauit, et inde producit sectam.

Et Gaufridus et Ysobella ueniunt et defendunt quod Willelmus et Beatricia non interfuerunt desponsacioni, nec per uoluntatem eorum desponsata fuit, et inde ponunt se super patriam etc. Postea concord' etc.[1]

966. Midd. Magister Hospitalis S. Bartholomei Londonie petit uersus Johannem de Trumpintona et Agnetem uxorem eius quod warentizent ei quater xx. et tres acr. terre cum pert. in Thykeham, quas tenet et de eis tenere clamat etc. et unde cartam Willelmi filii Willelmi consanguinei predicte Agnetis cuius heres ipsa est etc., unde idem Magister queritur quod contra cartam illam ipsi Johannes et Agnes impediunt eum de terra sua excolenda et preterea faciunt arare pratum suum et preterea ipsi contra illam[2] implacitant eum de l. acr. terre in curia Dom. Regis per quod deterioratus est et dampnum habet ad ualenciam centum sol. et inde producit sectam etc. et profert cartam eiusdem Willelmi que donum illud testatur.

Et Johannes pro se et Agnete uxore eius cuius loco etc. ueniunt et dicunt quod non debent cartam illam ei warentizare quia predictus Willelmus nunquam habuit de terra illa

[1] It seems supposed that a marriage with a male ward without his guardian's consent would not give the wife dower. I cannot find that this was law.

[2] Contrary to the deed.

nisi custodiam cum Margeria filia Ricardi fratris sui qui obiit seisitus de terra illa et cuius terre custodia remansit in manu predicti Willelmi et ideo petit iudicium si debeant donum illud warentizare.

Et Magister dicit quod Ricardus nunquam inde seisinam habuit, et hoc bene patet quia Willelmus fuit primogenitus frater Ricardi et Ricardus postnatus frater, et Willelmus pater eorum obiit seisitus de tota terra predicta, et post eum Willelmus filius suus intrauit hereditatem patris sui et tenuit ut heres patris sui, et Ricardus obiit annis et diebus ante Willelmum fratrem suum, et Ricardus nunquam fuit seisitus de terra illa, et hoc offerunt[1] probare sicut etc.

Et Johannes et Agnes dicunt quod Willelmus pater eorundem Willelmi et Ricardi dedit terram illam predicto Ricardo filio suo postnato pro homagio suo et ipso defuncto Willelmus frater suus ut capitalis dominus recepit terram illam in custodiam et ideo petunt inde iudicium.

Et Magister dicit quod si ita esset predicta Agnes est heres eiusdem Willelmi et habet hereditatem suam et inde petit iudicium si debeat terram illam warentizare uel non, et Johannes et Agnes petunt similiter inde iudicium. Concordati sunt.

[2]Thurstanus le Despenser petit uersus Abbatem de Abbendonia quod capiat homagium et racionabile releuium ipsius Thurstani de libero tenemento suo quod tenet et de eodem Abbate tenere clamat in Garsintona etc., unde idem Thurstanus dicit quod Walterus de Garsintona tenet feodum dim. militis in eadem uilla de Willelmo de la Mare et idem Willelmus illud idem feodum tenet de eodem Thurstano et inde fecit homagium suum eidem Thurstano et Almaricus pater suus inde fuit homo Abbatis predecessoris predictis[3] Abbatis et pater suus fuit inde seisitus et obiit seisitus de feodo illo et hoc offert etc. Berks.

Et Abbas uenit et dicit quod non debet inde homagium suum capere, quia idem Thurstanus nichil[4] in eadem uilla

[1] Corr. *offert*.
[2] See Abingdon Chronicle (Rolls Series), vol. 2, p. 166.
[3] Corr. *predicti*.
[4] Supply *tenet*.

nec in dominico nec in seruicio, quia predictus Walterus est homo eiusdem Abbatis et fuit xl. annis transactis. Et ideo Walterus summoneatur quod sit tali die etc. ad cognoscendum de quo tenet tenementum suum in Garsintona, et similiter Willelmus summoneatur ad cognoscendum si quid clamat in predicto feodo uel seruicio etc. Idem dies datus est partibus.

968. Norf. [1]Matillis de Bosco petit uersus Johannam filiam et heredem Willelmi de Bosco quam Radulfus de Bray et Alicia uxor eius uocauerunt ad warantum duas caruc. terre cum pert. in Styrstona et x. sol. redditus cum pert. in Raueningeham et xl. acr. terre cum pert. in Trykeby ut dotem suam etc. Et Herbertus de Alenton'[2] custos eiusdem Johanne que infra etatem est uocauit inde ad warantum Robertum de Bosco qui per summonicionem uenit et dicit quod non debet ei warentizare quia ipse est filius et heres Roberti de Bosco et predictus Radulfus et Alicia uocauerunt ipsam Johannam ad warantum uersus eandem Matillidem ut warantum eiusdem Matillidis de dote sua et ut heredem [141 b.] predicti Roberti patris eiusdem Roberti | per quem ipsa Matillis clamat predictam dotem et desicut ipse est heres predicti Roberti patris sui et ipsa Johanna uocata est ad warantum ad eiusdem Roberti exheredacionem petit iudicium si debeat eis warentizare.

Et Herbertus et Radulfus et Alicia per attornatum eiusdem Alicie dicunt quod idem Robertus debet terras eidem Johanne warentizare quia Robertus de Bosco pater eiusdem Roberti omnes terras illas dedit Willelmo filio suo primogenito uiro predicte Alicie ad dotandum inde eandem Aliciam, et proferunt cartam predicti Roberti patris que testatur quod ipse dedit et liberauit Willelmo de Bosco filio suo primogenito totam predictam terram et redditum ad uxorem suam Aliciam dotandam, ita quod predicti Willelmus et Alicia teneant totam terram illam ad totum terminum uite eiusdem Roberti etc., et si[3] predictus Willelmus primogenitus filius

[1] Maud is widow of Robert de Bosco the elder who had two sons, William and Robert the younger. William married Alice, and they had a daughter Johanna. After William's death, Alice married Ralph de Bray.

[2] Corr. *Alençon*.

[3] Compare the gift in Case 918.

suus ex predicta Alicia heredem habuerit siue sit masculus siue femina, heredes erunt tocius hereditatis sue, predictus Willelmus moriatur[1] in tempore Roberti uel post tempus eius, et si forte Matillis uxor eiusdem Roberti predictam terram et redditum uelit petere quasi dotem ei tempore dispensacionis[2] sue concessam predicta Alicia habeat racionabile escambium ad ualenciam tocius predicte terre et redditus in Ferfeldia etc. Unde idem Herbertus et Radulfus et Alicia dicunt quod per cartam illam debet predictus Robertus terram illam eidem Johanne warentizare sicut ille qui habet hereditatem Roberti patris sui, et petunt inde iudicium.

Et Robertus petit sibi allocari quod ipsi Radulfus et Alicia uocauerunt ipsam Johannam ad warantum ad eius exheredacionem desicut ipsi et predicta Matillis faciunt et facere nituntur ipsam Johannam heredem Roberti patris sui[3]. De carta dicit quod Robertus pater suus nunquam illam fecit immo precise illum[4] defendit et stilum et sigillum etc.

Et quia Radulfus et Alicia non defendit[5] quod predicta Matillis ita non esset dotata et preterea uocauerunt ad warantum ipsam Johannam ut heredem et warantum eiusdem Matillidis de dote sua et ipsa Johanna nullam habet terram de hereditate aui sui et se facit heredem Roberti aui sui, et preterea continetur in carta eiusdem Roberti quam idem Radulfus et Alicia cognoscunt quod terra illa fuit dos eiusdem Matillidis et non dicit[6] quod heredes Roberti debeant escambium facere, consideratum est quod Matillis recuperauit seisinam suam ut de dote sua et Robertus inde quietus usque ad etatem predicte Johanne eo quod non potest contra cartam respondere ante etatem suam etc.

[illegible]. Abbas de Flixle[7] per attornatum suum petit uersus Walterum de *Culindona* quod warentizet ei unam acr. prati et dim. cum pert. in Briwerne quas tenet et de eo tenere clamat et unde cartam suam habet ut dicit, unde idem Abbas Glouc.

[1] Whether William shall survive Robert or no.

[2] Corr. *desponsacionis*.

[3] Note that the younger son is seeking the inheritance against the daughter of his elder brother. See Br. f. 267 b.

[4] Corr. *illam*.

[5] Corr. *defendunt*.

[6] *dic'*; the charter does not say that the donor's heirs will be bound to give an exchange.

[7] Flaxley. Monast. vol. 5, p. 589.

per attornatum suum queritur quod Radulfus de Wilintona pascit pratum illud per defaltam eiusdem Walteri, unde deterioratus est et dampnum habet ad ualenciam xx. sol.

Et Walterus uenit et defendit quod per defaltam eius nullum dampnum habet nec per eum uel per eius defectum pascit predictus Radulfus pratum illud quia idem Radulfus potens est et habet ibi pratum illud nec potest[1] defendere quin faciat iniuriam si uoluerit, et petit iudicium si de huiusmodi iniuria ab aliis illatis debeat emendacionem facere desicut per eum non stetit, et bene cognoscit cartam et donum et illud warentizat.

Et Abbas hoc cognoscit et ideo Walterus inde sine die et Abbas in misericordia.

970. Wigorn. Akina que fuit uxor Henrici de Twyfordia petit uersus Willelmum de Brumartona terciam partem duorum molendinorum cum pert. in Twyfordia et uersus Walterum de Westmanecota terciam partem j. mesagii cum pert. in Enesham etc. ut dotem suam etc.

Et Willelmus dicit quod habet molendina illa ad firmam de predicto Henrico scil. ad terminum xl. annorum et profert cartam illam que hoc idem testatur et dicit quod Willelmus filius eiusdem Henrici debeat terminum illum ei warentizare, et non dedicit quod ipsa non fuit inde dotata, et dicit quod Judicium[2]. Willelmus[3] est infra etatem. Et ideo consideratum est quod ipsa recuperauit seisinam suam de tercia parte ut de dote sua, et Willelmus[4] teneat duas partes ultra terminum suum quousque habeat ad ualenciam predicte tercie partis de illis duabus partibus[5].

Et Walterus uenit et dicit quod predictus Henricus die quo eam desponsauit non tenuit illud mesagium nec in dominico nec in seruicio, set reuera postquam desponsata fuit fuit idem Henricus in seisina de seruicio iiij. sol. et de illo seruicio offert ei terciam partem, et quod ita sit ponit se super iuratam.

Et Akina dicit quod Henricus tenuit illud mesagium in

[1] Walter cannot prevent Ralph.
[2] By the copyist.
[3] Son of Henry.
[4] The tenant.
[5] See Br. f. 312.

dominico die quo eam desponsauit et inde eam dotauit et inde producit sectam. Postea cognoscit ipsa quod uir suus non tenuit mesagium illud die quo eam desponsauit nec seruicium inde habuit, set reuera postea accidit ei in hereditatem. Et ideo Walterus inde sine die etc.[1]

71. Josceus de Cheluestona summonitus fuit ad respondendum Abbati de Burgo[2] quo iure communam exigit in terra eiusdem Abbatis de Stanwico[3] desicut idem Abbas nullam communam habet in terra eiusdem Joscei nec idem Josceus eidem Abbati aliquod seruicium facit quare communam habere debet in terra eiusdem Abbatis. Norht.

Et Josceus uenit et dicit quod iuste communicat in terra eiusdem Abbatis de Stanwico quia homines eiusdem Abbatis communicant | in terra eiusdem Joscei de Cheuestona et ita [142.] fecerunt post conquestum Anglie scil. homines de Cheluestona cum hominibus de Stanwico et e conuerso, et quod ita semper fuit et esse solet ponit se super patriam, et quod omnes antecessores sui ita semper fecerunt et adhuc semper communicant usque nunc.

Et Abbas per attornatum suum dicit quod ipse tenet in capite de Dom. Rege et nullam communam clamat cum hominibus de Cheluestona, nec cum eis communam habuit uel homines sui et hoc offert disracionare per corpus etc. uel ponere se in magnam assisam Dom. Regis etc.[4] Et ideo fiat inde iurata et ueniat in aduentu iusticiariorum ad recognoscendum si idem Abbas et homines sui de Stanwico communam habere debeant in campis de Cheluestona etc.[5] si homines de Cheluestona occasione illius etc. habuerunt communam in campis de Stanwicho etc.

72. Agnes que fuit uxor Luce de Coleuilla per attornatum suum petit uersus Adam de Merlefordia et Aliciam uxorem eius terciam partem xx. acr. terre cum pert. in Merlefordia ut dotem suam unde predictus Lucas quondam uir etc. eam dotauit per assensum et uoluntatem Thome de Coleuilla primogeniti fratris sui qui terram illam tenuit etc. Norht.

[1] See Br. f. 93.
[2] Peterborough.
[3] Chelveston and Stanwick, near Higham Ferrers.
[4] See Br. f. 230 b.
[5] Supply *et*.

Et Adam et Alicia ueniunt et defendunt quod nunquam fuit ita dotata nec Thomas frater suus concessit ei dotem sicut predictum est et hoc offerunt defendere sicut curia considerauerit. Et quia inauditum quod aliquis frater concesserit fratri suo terram ad uxorem dotandam, datus est eis dies de audiendo iudicio suo in aduentu iusticiariorum etc.[1]

Eadem Agnes optulit se iiij. die uersus Mabiliam de Coleuilla et Johannam sororem eius de placito dotis in eadem uilla etc. Et Mabilia et Johannes[2] non uenerunt et terra capta fuit in manum Dom. Regis etc. set attornatus Agnetis cognoscit quod ipse fuit[3] infra etatem et non[4] habent seisinam suam de aliqua terra et ideo sine die etc.

973. Warr. Petronilla filia Simonis attachiata fuit ad respondendum Johanni filio Reginaldi quare non tenet ei finem factum inter eos coram iusticiariis apud Westmonasterium de sex uirg. terre cum pert. in Hamontona unde cirographum etc. quod idem Johannes profert et quod testatur quod ipsa Petronilla concessit eidem Johanni medietatem illius terre ubique in campis uersus *occidentem* excepto capitali mesagio quod eadem Petronilla[5] remanet, unde idem Johannes queritur quod ipse[6] contra finem illum deforciat ei pasturam ad sex boues et ad alia aueria quia quando terra integra fuit habuit ipse in pastura illa xij. boues unde modo debet habere medietatem et preterea ipse[7] deforciat ei fereram[8] de parte sua et preterea deforciat ei quod non potest facere unum mesagium in terra sua etc. et hoc offert etc.

Et Petronilla uenit per attornatum suum et cognoscit finem et cirographum et defendit quod in nullo uenit contra finem set dicit quod non fit mencio in cirographo de aliqua pastura nec de sex bobus nec aliis aueriis et ideo non uidetur ei quod deberet habere pasturam. De forera dicit quod ipse habet per uoluntatem suam duas seillones[9] in escambium eiusdem forere. De mesagio quod reuera non

[1] This is Fitz. *Dower*, 193. But see Br. f. 305 b, § 2.
[2] Corr. *Johanna*.
[3] Corr. *sunt*. Mabel and Jean are infants.
[4] But the word is more like *ideo*.
[5] Corr. *eidem Petronille*.
[6] Corr. *ipsa*.
[7] Corr. *ipsa*.
[8] Corr. *foreram*; a head land.
[9] *seillo*, a ridge between two furrows.

permittit eum edificare in terra sua que eidem Petronille remansit per finem illum.

Et Johannes defendit quod nullum escambium recepit pro forera illa. Et ideo consideratum est quod Johannes habeat communam pasture ad tot aueria quot pertinent ad medietatem suam et Petronilla in misericordia.

Et uicecomiti preceptum est quod in propria persona sua accedat apud Hamuntonam et coram eo uenire faciat homines illos per quorum uisum predicta terra partita fuit et per eorum sacramentum diligenter inquirat si predictus Johannes recepit duas seillones in escambium illius forere que iacet subtus Stepenhull, et si illud recepit in escambium, tunc ei remaneant, sin autem illam foreram habere faciant eidem Johanni etc. ne amplius[1] etc.

Thomas Tuschet summonitus fuit ad respondendum Abbati de Burtona quo iure communam exigit in terra ipsius Abbatis in Magna Oure[2] desicut Abbas nullam communam habet in terra ipsius Thome in Marchewrthe et in Makertona nec idem Thomas seruicium etc. Derb.

Et Thomas uenit et dicit quod ipse habet ibi terras et tenementa et nescit de qua pastura idem Abbas queritur et ideo petit inde uisum. Habeat[3]. Et datus est dies etc. et interim etc.

[4]Jurata inter ipsum Johannem Joscelin petentem per attornatum suum et Priorem de Chaucumba deforciantem de aduocacione ecclesie de Estona ponitur in respectum etc. quia tantum[5] postea uenerunt tres milites nominati in carta quam idem Prior habet sub nomine Thome de Boseuilla auunculi eiusdem Johannis cuius heres etc. de predicta aduocacione scil. Rogerus, Helyas, Yuo, et tam Prior quam Johannes per attornatum suum ponunt se super sacramentum quorum trium testium tantum ad recognoscendum si predictus Thomas die quo ipse cartam illam fecit plenam habuit Norht. Exon.

[1] That no further complaint of the matter may come to the King's ear.

[2] Mackleover, Mackworth, Markeaton. For later proceedings see below Case 914.

[3] Br. f. 378 b.

[4] For pleadings see Case 205.

[5] Probably there should here be an *etc.* and a full stop. Only a few recognitors come, but the three witnesses come and upon their testimony the parties put themselves.

etatem, et si ipse in seisina terre sue fuit ut homo plene etatis ut dicit idem Prior uel si idem Thomas de[1] illo fuit infra etatem et in custodia Hugonis de Chaucumba fundatoris Prioratus de Chaucumba ut idem Johannes dicit.

Predicti tres testes iurati dicunt quod Thomas fuit plene etatis et in seisina de terra sua et homo plene etatis et quod nunquam fuit in custodia Hugonis de Chaucumba. Dicunt eciam quod ante cartam illam fecit ipse duas alias cartas aliis hominibus. Et ideo consideratum est quod Prior Judicium[2]. recuperauit seisinam suam de predicta aduocacione et Johannes in misericordia. |

[142 b.] 976. Deuon. Willelmus Bozun et Willelmus de la Bruera, Baldewinus de Balestona et Ricardus de Crues summoniti fuerunt ad faciendum recordum de assisa noue disseisine que summonita et capta fuit coram eis per preceptum Dom. Regis inter Willelmum de Buntindona querentem et Geruasium filium Henrici deforciantem de tenemento in Esse sicut assisa illa capta fuit etc. Et Willelmus predictus summonitus fuit ad audiendum recordum illud etc. Et omnes predicti milites preter Willelmum de la Bruera ueniunt et recordantur quod predictus Willelmus tulit breue assise noue disseisine coram eis per breuia Dom. Regis super Archeb' Flandr' et predictum Geruasium de tenemento in Esse, ita quod Geruasius non[3] uenit coram eis, et quesitus si quid sciuit dicere quare assisa remaneret, dixit quod habuit cyrographum factum in curia Dom. Regis coram iusticiariis ultimo itinerantibus apud Exoniam et uocauit pedem cirographi ad warantum, et datus fuit ei dies de habendo waranto suo, ad quem diem Geruasius non uenit, ita quod assisa capta fuit per defaltam per quam assisam idem Willelmus recuperauit seisinam suam, et ut curia sciat ueritatem de loquela illa dicunt quod Stephanus Flandr' pater predicti Archeb' dedit predictum tenementum in maritagium Simoni de Charteray quondam uiro uxoris predicti Geruasii et post mortem Simonis predictus Stephanus dedit eidem Alicie uxori Geruasii escambium de eadem terra et illud tenementum dedit predicto Willelmo qui illud tenuit quousque predictus Arch' et Geruasius per collusionem inter

[1] Corr. *dic.* [2] By the copyist. [3] Om. *non* (?).

factam fecerunt inter eos cyrographum predictum, ita quod Arch' nullam habet[1] seisinam de predicta terra. Et Geruasius hoc non potuit dedicere. Et ideo remaneat iudicium factum coram eisdem iusticiariis et Geruasius in misericordia et cyrographum adnichilatur.

7. Philippus de Bello Monte petit uersus Aliciam de Bello Monte quartam partem feodi j. militis cum pert. in Langearse ut ius et hereditatem suam, et in quam ipsa Alicia non habuit ingressum nisi per Willelmum Busun qui non nisi custodiam inde habuit dum idem Philippus fuit infra etatem ut dicit. Deuon.

Et Alicia uenit et non defendit ius suum set bene cognoscit quod terra illa est ius suum et quod ingressum habet per predictum Willelmum qui presens est et hoc cognoscit, set dicit quod terram illam eidem Alicie assignauit in dotem simul cum alia terra quam ipsa habet in dotem, et ipsa hoc cognoscit et dicit quod terra quam habet in dotem non excedit terciam partem hereditatis predicti Philippi, et si excedit bene concedit quod Philippus habeat quicquid excesserit.

Et Alicia dicit quod quedam terra de Shyrewilla accidit eidem Philippo post mortem Ricardi patris sui et uidetur ei quod inde dotem habere debet simul cum alia terra que fuit patris sui etc. et bene cognoscit quod Ricardus pater suus non fuit inde seisitus die quo eam desponsauit nec postea.

Et Philippus dicit quod Ricardus pater suus nunquam seisinam habuit de terra illa et ideo petit iudicium si ipsa debeat inde dotem habere. Et ideo consideratum est quod Philippus recuperauit seisinam suam et Alicia in misericordia, et si ipsa uoluerit quod terre que fuerunt Ricardi uiri sui unde idem Ricardus obiit seisitus extendantur, et si habeat de terris illis minus terre quam habere debeat in dotem tunc ei perficiatur, si plus superplus' reuertatur ad eundem Philippum, quia ipsa nunquam dotem aliquam habere debet de tenemento quod nunquam accidit uiro suo etc.[2]

Jurata uenit recognitura per consensum parcium si Linc.

[1] Corr. habuit (?). The parties to the fine had nothing in the land.

[2] Br. f. 93.

Thomas de Moletona anno et die quo Willelmus de Holebech' obiit fuit seisitus de seruicio militari de tenemento quod idem Willelmus tenuit de eo in Flete uel non quia tam Fulco de Cyry uersus quem predictus Thomas clamat custodiam Simonis filii et heredis predicti Willelmi qui est infra etatem ut dicitur quam idem Thomas posuerunt se inde in iuratam illam.

Juratores dicunt quod anno et die quo Willelmus obiit fuit idem Thomas seisitus de seruicio militari quia idem Willelmus habuit duas cartas de feofamento scil. unam cartam sine forinseco seruicio et aliam faciendo forinsecum seruicium scil. quantum pertinet ad dim. bouat. terre et de illo seruicio fuit idem Thomas seisitus anno et die quo obiit Willelmus. Et quesiti quale forinsecum fecit, dicunt quod scutagium quando euenit etc. Et dixerunt quod uiderunt cartas illas. Et ideo consideratum est quod Thomas recuperauit seisinam suam de predicta custodia, et Fulco in misericordia et datus est ei dies reddend' predictum Simonem predicto Thome etc.

979. Deuon. Willelmus de Campo Ernulfi summonitus fuit ad respondendum Priori de Cristeschurche de hoc quod warentizaret ei feodum dim. militis cum pert. in Flete quod tenet et de eo tenere clamat et unde cartam Hawisie de Ripariis atauie sue cuius heres ipse est habet ut dicit, unde idem Prior ostendit quod contra cartam illam quam ei debet warentizare inplacitauit idem Willelmus ipsum Priorem de eadem terra in com. Dors. ubi terra illa est per quod deterioratus est et dampnum etc. |

[143.] Et Willelmus uenit et dicit quod cartam illam non debet ei warentizare quia predicta Hawisia prius dederat Jordano patri eiusdem Willelmi pro homagio et seruicio suo eandem terram ita quod Jordanus obiit inde seisitus et dum idem Willelmus fuit infra etatem, et predicta Hawisia fuit impotens sui, et transierat sepcies xx^{ti}.[1] annos et fuit in domo de Cristeschurche languida[2] fecit illam cartam si unquam illam fecit, et hoc bene patet quia idem Prior de eadem terra posuit

[1] Probably a mistake for *septuaginta*. See Monast. vol. 6, p. 304.

[2] Supply *quando* (?).

se in magnam assisam Dom. Regis in comitatu uersus eum, et assisa summonita est, et petit iudicium si super hoc debeat de warentia respondere. Et Prior cognoscit quod assisa summonita est et quod posuit se in illam assisam. Et ideo consideratum est quod assisa procedat in comitatu, et quod placitum warentie remaneat[1]. Et ideo sine die etc.

Hugo le Heyr peciit in comitatu uersus Robertum filium Philippi triginta acr. terre cum pert. in Bolehurst ut ius suum, unde Thurstanus auus suus fuit seisitus ut de feodo et iure et in dominico tempore H. Regis aui Dom. Regis capiendo inde expleta ad ualenciam v. sol. etc., et de Thurstano descendit ius terre illius Giliberto filio suo, et de Giliberto huic Hugoni ut filio et heredi suo, et quod tale fuit ius suum optulit probare per corpus cuiusdam liberi hominis sui Stephanum Gambun qui hoc offert etc. sicut de uisu suo. Bed.

Et Robertus uenit coram iusticiariis et defendit ius suum sicut prius defendit in comitatu per corpus suum et seisinam Thurstani et totum etc. et uenit armatus et concedit recordum quod idem Hugo recordatur[2]. Et ideo[3] Hugo similiter cognoscit recordum quod idem Robertus facit nisi tantum quod dicit quod sunt de uno stipite et incip'[4] progeniem suam ante tempus Thurstani et de antecessor' Thurstani.

Et Robertus defendit parentelam et dicit quod nichil inde locutum fuit in comitatu etc.

Et quia Hugo loquitur de seisina Thurstani post[5] capud stipitis consideratum est quod duellum procedat.

Et idem Robertus fecit sacramentum suum contra predictum Stephanum[6], et cum idem Stephanus debuit iurare et iurasset omnia uerba duelli usque ad uisum terre ubi debuit dicere quod uidit predictum Thurstanum seisitum sicut predictum est idem Stephanus dixit quod hoc noluit iurare quia hoc non uidit scilicet ipsum Thurstanum seisitum sicut

[1] Cf. Br. f. 399 § 1.

[2] This is notable; the tenant wages battle in person. See Glanv. lib. 2, c. 3.

[3] Corr. idem.

[4] Probably *incipit*. He now has recourse to an ancestor remoter than Thurstan, in order to prove consanguinity. As to this see Glanv. lib. 2, c. 6.

[5] Hugh counts on the seisin of Thurstan who came after the common ancestor.

[6] Demandant's champion.

predictum est, set audiuit dici quod fuit seisitus. Et Robertus petit hoc sibi allocari.

Et quia se facit testem et dedit uadium duelli de disracionando iure ipsius Hugonis et seisina predicti Thurstani sicut illam quam uidit, et postea ad sacramentum hoc dedixit, consideratum est quod Stephanus defecit in probacione et quod idem Robertus et heredes sui teneant inperpetuum quiete de ipso Hugone et heredibus suis et Hugo et Stephanus custodiantur.

981. Bed. Hunt. Loquela que fuit inter Aliciam que fuit uxor Gaufridi le Rus petentem per attornatum suum et Abbatem de Wardona de dote etc. ponitur in respectum usque in tali die etc. quia Abbas amouetur[1] et tunc ueniat Abbas qui de nouo factus fuerit etc.

982. Wigorn. Robertus filius Thome petit uersus Ricardum filium Dauid duas uirg. terre cum pert. in Northona ut ius suum etc. unde Robertus auus suus fuit seisitus ut de feodo et iure et in dominico tempore H. Regis aui Dom. Regis capiendo inde expleta ad ualenciam v. sol. etc., et de Roberto[2] ius terre illius Johanni filio suo, et de Johanne ipsi Thome ut fratri et heredi suo eo quod Johannes obiit sine herede de se etc. et hoc offert etc.

Et Ricardus uenit et defendit ius suum set bene cognoscit seisinam predicti Roberti predicto tempore, et quod idem Robertus obiit seisitus et idem Robertus habuit duos filios scil. Dauid patrem ipsius Ricardi et predictum Thomam patrem eiusdem Roberti primogenitum, set Thomas non expectauit mortem Roberti patris sui, et Ricardus expectauit mortem patris sui, et post mortem Roberti intrauit seisinam de hereditate patris sui et inde petit iudicium.

Et Robertus hoc totum cognoscit et petit iudicium similiter[3].

983. Kent. [4]Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis

[1] Is made Abbot of Rievaulx. Ann. Mon. vol. 2, p. 299.

[2] Supply *descendit*.

[3] See Br. f. 268, 282. This is not the casus Regis however, for it seems that the two claimants are first cousins. Richard's case is not clear: did David survive Robert the elder?

[4] Bracton, f. 246, cites this case. In the printed book the name of the church, Swanescombe, has been corrupted into *Suathama*.

presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam de Suanescamp' que uacat etc. cuius aduocacionem Prior de Suwerc clamat uersus Warinum de Monte Canisio, qui uenit per attornatum suum et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia Comitissa Cecilia auia sua presentauit quendam Jacobum le Sauuage qui ad presentacionem eiusdem Comitisse admissus fuit, et postquam fuit admissus uenit Episcopus Gilibertus[1] et inpediuit possessionem Jacobi, ita quod asportauit bladum totum de Suanescamp' ad manerium suum de Stanes, et ut idem Jacobus haberet[2] Episcopi concessit Willelmo Archidiacono nepoti suo tres marcas sine aliquo adnuc'[3] et inde ponunt[4] se super iuratam et bene dic' quod Archidiaconus non fuit presentatus ab aliquo aduocato.

Et Prior uenit et dicit quod ipse presentauit Jacobum et Archidiaconum similiter et inde petit assisam. Et ideo procedat assisa. |

Juratores dicunt quod Willelmus Archidiaconus qui ultimo obiit persona recipiens tres marcas a nullo aduocato fuit presentatus nec alium ingressum habuit nisi per Jacobum qui illas tres marcas ei concessit pro habenda gracia Episcopi. Et quesiti quis presentauit Jacobum dicunt precise quod nesciunt utrum Cecilia uel Prior, set bene intelligunt quod unus ipsorum eum presentauit. Et interrogati de quo melius intelligunt dicunt quod nesciunt. Et quia Prior aramiauit assisam de morte predicti Willelmi Archidiaconi et iuratores dicunt quod idem Willelmus non fuit presentatus ab aliquo patrono nec ingressum habuit nisi per predictum Jacobum, consideratum est quod Prior nichil capit per assisam illam et sit in misericordia pro falso clamore. [143 b.]

Dies datus est eis de audiendo iudicio suo. Et sciendum quod ita conuenit inter eos quod idem Warinus liberauit clericum suum eidem Priori presentandum ecclesie predicte et ad eleccionem ipsius Warini presentabit idem Prior ipsum clericum Episcopo Roffensi, ita quod presentacio illa fiat

[1] Gilbert de Glanvill, 1185—1214. For the Archdeacon see Hardy's Le Neve, vol. 2, p. 579.

[2] Supply *graciam*.

[3] Jacob the clerk made his peace with the bishop by paying a pension to the Archdeacon, who was the bishop's *nepos*; this he did without the patron's consent.

[4] Corr. *ponit*.

saluo iure ipsius Warini et saluo iure ipsius Prioris, ita eciam quod presentacio illa non cedet ad commodum ipsius Warini nec ad nocumentum ipsius Prioris nec e contrario. Et ad predictum diem habeant inde iudicium suum, uel concordentur. Quia idem Prior posuit se super Stephanum de Segraue et M. de Pateshulla[1] et duos alios quos ad hoc elegerint et super quintum quem similiter eligent ad hoc principalem[2].

984. Suff. Assisa uenit recognitura si Gerardus le Parker auunculus Ricardi fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de xij. acr. terre cum pert. in Tatintona die quo obiit etc. infra assisam etc., unde Warinus filius Gerardi tenet vj. acr. et Robertus frater eius sex acr., qui ueniunt et nichil dicunt quare assisa remaneat. Et sciendum quod ipse Warinus et Robertus sunt bastardi et ideo procedat assisa[3].

Juratores dicunt quod Gerardus pater ipsorum Warini et Roberti dedit terram illam ipsis Warino et Roberto filiis eius per cartam suam tenendam de ipso R.[4] le Parker qui illam prius dederat eidem Gerardo, ita quod ad peticionem Gerardi cepit homagia eorum. Et postea per dim. annum penituit se idem Gerardus de hoc quod ipsos Warinum et Robertum attornauerat ipso Roberto[5] et tantum locutus fuit cum ipso Roberto[5] quod remisit ei homagia eorum et idem Gerardus terram illam eis concessit tenendam de eo et heredibus suis et inde cepit homagia eorum, et inde in seisinam eos posuit ita quod ipsi essartauerunt quandam partem terre illius et quandam domum ibi leuauerunt, et postea recesserunt de patre suo ut irent seruire Nicholao de Kenet, et tunc terram illam commiserunt custodiendam ipsi Gerardo patri suo, et idem Gerardus terram illam tenuit in custodia quousque obiit, et post obitum eius redierunt ipsi Warinus et Robertus et posuerunt se in terram illam ita quod idem Ricardus postea cepit homagia eorum de eadem terra et seruicium suum ei Ricardo fecerunt usque nunc, unde dicunt quod predictus Gerardus non obiit seisitus ut de feodo set ut de custodia.

[1] Two of the justices.
[2] Is this fifth person to act as umpire?
[3] There is no assize between kinsmen. See as to this point Br. f. 278 b.
[4] Richard the plaintiff.
[5] Corr. *Ricardo* (?).

Et ideo consideratum est quod ipsi Warinus et Robertus inde eant quieti, et quod idem Ricardus nichil capiat per assisam illam et sit in misericordia.

Assisa uenit recognitura si Walterus de Wyrham iniuste et sine iudicio disseisiuit Theodorum de Crempesham de libero tenemento suo in Wyrham post ultim' etc. Et Walterus uenit et nichil dicit quare assisa remaneat. Nort.

Juratores dicunt quod Rogerus de Crempesham pater ipsius Theodori perquisiuit tenementum illud de quodam filio Ysobelle Willelmo et cum tenuisset illud per aliquod tempus illud dedit predicto Theodoro in pleno hundredo et cartam suam ei inde fecit et eum in seisinam posuit, et postea dixit eidem Theodoro quod cartam suam traderet matri sue custodiendam que fuerat amica ipsius Rogeri et quod ipse Theodorus esset in consilio et in custodia ipsius matris sue cum eadem terra, et Theodorus ita fecit et ibi fuit cum ea in tenemento illo, et Rogerus pater Theodori similiter cum eis tota uita sua usque ad mortem suam, et post mortem ipsius Rogeri remanserunt in tenemento suo ipsi Theodorus et mater sua quousque ipsa cepit uirum, et quam cito fuit maritata Theodorus peciit tenementum suum et cartam suam, et postea conuenit inter eos quod mater et uir suus reddiderunt ei tenementum illud, et postea uenit predictus Walterus de Wyrham et asportauit bladum de tenemento illo et quandam grangiam prostrauit et arbores asportauit, et unde dicunt quod dictus Walterus iniuste ipsum Theodorum disseisiuit. Et ideo consideratum est quod predictus Theodorus recuperauit seisinam suam et ipse Walterus in misericordia. |

PLACITA APUD WESTMONASTERIUM IN OCTABIS S. TRINITATIS ANNO OCTAUO REGIS HENRICI FILIUS REGIS JOHANNIS.

[144] De hoc termino nichil habui[1].

Assisa uenit recognitura si Robertus Marmiun pater Roberti Marmiun senioris fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de duabus caruc. terre cum pert. in Cunningeby die Linc

[1] By the copyist.

quo obiit etc. et si etc. quam terram Robertus Marmiun iunior tenet[1], qui uenit et dicit quod non debet ad hoc breue respondere quia Robertus semper[2] clamat per breue illud duas caruc. terre cum pert., et ipse non tenet in dominico nisi unam caruc. terre quia Abbas de Kyrkestedia tenet dim. caruc. terre et alii liberi homines tenent inde plures particulas terre, et desicut ipse clamat duas caruc. in dominico et ipsas ille non tenet non uult ad hoc breue respondere, quia non tenet nisi tantum v. bouat. in uilenagio et tres bouat. in seruicio liberorum hominum qui feofati fuerunt multo tempore antequam idem Robertus esset feofatus, et Abbas de Kirkestedia tenet dim. caruc. terre.

Et attornatus Roberti senioris dicit quod idem Robertus tenet duas caruc. terre sine terra quam Abbas et alii tenent et nichil clamat de illis terris ad presens quas Abbas uel alii tenent, et bene cognoscit quod terre ille sunt de pertinenciis duarum predictarum caruc. terre, set ad presens nichil inde clamat, immo illam terram quam idem Robertus tenet clamat pro duabus caruc. terre cum pertinenciis talibus quas ipse tenet et ideo petit assisam suam.

Et Robertus iunior dicit quod[3] sicut prius non tenet nisi j. caruc. terre in dominico et petit iudicium desicut predictus Robertus per attornatum suum cognoscit quod terre quas Abbas et alii tenent sunt de pertinenciis duarum predictarum caruc. terre et ipse nullam excepcionem facit in breui suo si debeat ad hoc breue respondere uel non.

Dies datus est eis de[4] iudicio coram Dom. Rege apud Westmonasterium tali die utrum assisa debeat procedere uel non. Et sciendum quod Thomas de Muletona, Alexander de Pointona et socii sui ad hoc constituti iusticiarii tradiderunt recordum quod est inter breuia et in quo continentur alie excepciones que discusse sunt usque ad predictam excepcionem etc. Et iuratores tunc ueniant et loco eorum qui amoueantur ponat[5] octo milites qui non sunt de feodo comit'[6] uel Roberti etc.

[1] The parties to this assize are half-brothers. Dug. *Bar.* vol. I. p. 376.

[2] Corr. *senior* (?).

[3] Place *quod* after *prius*.

[4] *audiendo* struck out.

[5] Supply *uicecomes*.

[6] Probably the Earl of Lincoln.

Assisa uenit recognitura si Robertus Marmiun pater Roberti senioris fuerit seisitus in dominico suo ut de feodo de v. hidis terre cum pert. in Quentona die quo obiit etc. et si etc. quam terram Robertus Marmiun iunior tenet qui uenit et dicit quod non tenet inde nisi tres hidas terre in dominico quia Robertus Bastard tenet inde duas hidas terre libere et ideo non uult ad hoc breue respondere nisi curia considerauerit. Glouc.

Et attornatus Roberti Marmiun senioris dicit quod sine illis duabus hidis terre tenet ipse Robertus v. hidas terre et alias fuit excepcio illa discussa coram iusticiariis ad hoc attornatis in partibus Glaucestrie, ita quod ibi consideratum fuit quod assisa procederet. Et iusticiarii hoc idem recordantur et ideo procedat assisa set ponitur in respectum usque in tali die prece petentis pro defectu recognitorum, quia tantum x. uenerunt etc. quibus etc. et uicecomes habeat corpora aliorum et apponat etc.

Jurata uenit recognitura ex consensu parcium per xij. legales homines de maneriis de Cocham et de Bray si consuetudo manerii de Bray talis sit quod si quis terram tenens in manerio illo habeat duas filias et una earum tempore patris uel post mortem patris sui sit maritata extra tenementum quod fuit patris sui et alia soror maritata sit in tenemento quod fuit patris sui *si* illa que fuerit maritata extra tenementum quod fuit patris sui debeat partem habere etc. sicut patet in recordo in rotulo precedenti[1], quia tam Nicholaus Blundus quam Thomas filius Yuonis posuerunt se sur' etc.[2] Berca.

Juratores dicunt quod semper uiderunt consuetudinem talem esse in maneriis de Bray et de Cocham quod si quis terram tenens habeat tres filias uel quatuor et omnes maritate essent extra tenementum patris earum preter unam et una remaneret in atrio, illa in atrio haberet totam terram patris sui sine parte quam sorores sue recuperassent, uel recuperare possent, et preterea dicunt quod si tres essent filie uel due uel plures et omnes essent maritate extra tenementum patris earum cum catallis patris earum, siue post mortem patris sui

[1] See above, Case 951. [2] Corr. *se super iuratam illam.*

siue ante, primogenita haberet totum tenementum sine parte quam alie habere possent, et similiter si filie ille essent maritate post mortem patris sui cum catallis patris sui sine contradiccione et una earum remaneret in atrio illa in atrio totum tenementum patris earum retineret sine parte sicut prius.

989. Warr. Iucta que fuit uxor Ricardi filii Willelmi petit uersus Hugonem personam de Pilardintona terciam partem dim. hide terre cum pert. in Pilardintona ut dotem suam unde predictus Ricardus quondam uir suus eam dotauit etc.

Et Hugo uenit et dicit quod ipsa non debet inde dotem habere, quia Ricardus uir suus aliquando tenuit terram illam de eo ad firmam quandoque ad plus quandoque ad minus ita quod aliquando fuit idem Ricardus[1] prepositus suus[2] set postea in ultimo itinere iusticiariorum apud Conuintriam ne ipse Hugo uideretur facere iniuriam aramiauit ipse quandam [141 b.] iuratam ad recognoscendum utrum terra illa | esset libera elemosina pertinens ad ecclesiam suam an laicum feodum Ricardi etc., et tandem uenit idem Ricardus et reddidit ei terram illam ut elemosinam ecclesie sue etc., et bene defendit quod Ricardus uir suus die quo eam desponsauit non tenuit terram illam in feodo ita quod eam dotare potuit, et inde ponit se super iuratam. Et Iucta similiter, quia dicit quod eandem terram recuperauit uir suus uersus eundem Hugonem per assisam noue disseisine captam coram iusticiariis ultimo itinerantibus apud Leircestriam. Et ideo fiat inde iurata et ueniat tali die ad recognoscendum si idem Ricardus die etc. tenuit terram illam in feodo ita quod etc.

990. Hereford. Decanus de Herefordia pro se et Capitulo ecclesie Herefordie petit uersus Matillidem que fuit uxor Walteri de Haseleye custodiam Johannis filii et heredis predicti Walteri cuius custodia ad eos pertinet racione tenementi quod idem Walterus de eis tenuit in Winestona, unde ipsi queruntur quod per hoc quod ipsa iniuste detorciat ei custodiam illam et impedit eis seisinam suam de custodia terre eiusdem Walteri deteriorati sunt et dampnum habent ad ualenciam c. sol. et inde producunt sectam etc.

[1] The copyist once more writes *sicut* instead of *Ricardus*.

[2] The suggestion seems to be that a reeve would not be a freeholder.

Et Matillis uenit et defendit quod ipsi nullam inde custodiam habere debent quia predictus Walterus tenuit terram illam in socagio et non per seruicium militare et inde profert cartam Decani et Capituli quod tenere debuit per unum bisantum per annum pro omni seruicio, et ideo non debet custodiam habere.

Et Decanus dicit quod carta illa non debet eis nocere quia ecclesia sua Herefordie semper talem habuit consuetudinem quod heredes omnium liberorum teneneium de ecclesia sua semper fuerunt in custodia eorum cum terris suis siue tenerent per seruicium militare siue alio modo et tali seisina[1] semper usi sunt et sunt in seisina et inde producunt sectam et si hoc non sufficit ponunt se super patriam. Et Matillis similiter. Et ideo fiat inde iurata et ueniat tali die ad recognoscendum si predicta ecclesia semper talem habuit consuetudinem quod habuit custodiam heredum liberorum teneneium de ecclesia sua siue tenerent etc.[2]

Walterus de Treuerby per attornatum suum petit uersus Reginaldum filium Nicholai v. acr. terre cum pert. in Tregenedwich' in S. Austello, Karnarh' et in Karwala ut ius suum unde Adam pater suus fuit seisitus ut de feodo et iure et in dominico tempore H. Regis aui Dom. Regis capiendo inde expleta ad ualenciam dim. marc. et obiit inde seisitus et petit seisinam talem qualem pater suus habuit die quo obiit etc. Cornub.

Et Reginaldus uenit et defendit ius suum et seisinam Ade die quo obiit, quia tempore predicti Ade tenuit Nicholaus pater ipsius Reginaldi terram illam, ita quod quidam Oliuerus filius Ysabelle sororis ipsius Nicholai inplacitauit ipsum Nicholaum in curia Dom. Regis H. aui Dom. Regis et in tantum processit loquela inter eos quod concordia facta fuit inter eos per cyrographum per quod terra illa remansit quiete ipsi Nicholao et heredibus suis et hoc factum fuit presente predicto Ada, et desicut ipse nullum clamium apposuit non uult ei respondere nisi curia considerauerit.

[1] Corr. consuetudine (?).
[2] Bracton, f. 85 b, says that this custom prevailed in some places, but regards it as an abuse. This case is Fitz. Prescription, 58. One would gather from Fitzherbert that the custom was proved.

Et Walterus per attornatum suum defendit quod nullum placitum fuit inter Oliuerum et Nicholaum tempore Ade predicti patris sui quia Adam tenuit terram illam tota uita sua et obiit inde seisitus etc., et petit seisinam illam, et idem Nicholaus nullum ingressum habet in terram illam nisi per Robertum de Pridias qui inde non habuit nisi custodiam cum ipso Waltero dum idem Walterus fuit in custodia sua et infra etatem, et inde ponit se super iuratam. Et Reginaldus similiter. Et ideo fiat inde iurata et ueniat in aduentu iusticiariorum ad primam assisam ad recognoscendum si predictus Adam obiit inde seisitus etc. et si predictus Nicholaus aliud ius uel alium ingressum habuit in terram illam quam per Robertum de Pridias qui non habuit etc.[1]

992. Sumerset. Walterus filius Thome attachiatus fuit ad respondendum Willelmo filio Willelmi filii Johannis de Harpetre quare non tenet ei finem factum inter eos coram iusticiariis itinerantibus tempore R. Regis auunculi Dom. Regis apud Merleburgum de seruicio viij. libr. terre in Westharpetre et iiij. libr. terre in Portesheued unde cyrographum factum fuit etc. Et idem Willelmus profert cyrographum illud, set non fuit factum in curia Regis Ricardi immo in curia Johannis Comitis de Moretuna[2]. Et Walterus non uult ad illud cyrographum respondere nisi curia considerauerit.

Et quia cyrographum non fuit factum in curia Dom. Regis et breue dicit de fine facto in curia Regis Ricardi coram iusticiariis suis consideratum est quod Walterus non respondeat ad hoc breue et ideo sine die et Willelmus in misericordia.

993. Norff. Ricardus filius Roberti petit uersus Siwardum le Barbere et Ricardum filium eius sex acr. terre cum pert. in Brisel' et uersus Ricardum filium Godeline et Thuríldam sororem eius sex acr. terre cum pert. in eadem uilla in quas idem Sywardus Ricardus et Ricardus et Thurilda non habent ingressum nisi per hoc quod ipsi iniuste et sine iudicio et post ultimum reditum etc. dissaisiauerunt Robertum patrem predicti

[1] For verdict see Case 596. It takes seven years to get a verdict.

[2] Afterwards King John.

Roberti[1] cuius heres ipse est, ita quod assisa noue disseisine summonita fuit coram | iusticiariis ultimo itinerantibus in [145]
partes illas inter predictum Robertum querentem et predictos Siwardum, Ricardum, Ricardum et Thurildam et uisus terre factus fuit et remansit assisa capienda eo quod Robertus predictus obiit ante capcionem eiusdem assise ut idem Ricardus dicit.

Et Siwardus et alii ueniunt et defendunt ius suum et bene cognoscunt quod assisa summonita fuit et si presens esset iurata libenter eam reciperent quia predictus Robertus tenuit in uilenagio et inde ponunt se super iuratam. Et ideo preceptum est uicecomiti quod diligenter inquireret qui fuerunt recognitores assise noue disseisine que summonita fuit inter etc. de tenemento etc. et ex illis faciat uenire ad recognoscendum si ipsi Siwardus et alii iniuste et sine iudicio et post ult' etc. disseisiuerunt ipsum Robertum de libero tenemento etc. quia tam etc. et ueniat iurata tali die etc.

4. Johanna que fuit uxor Henrici filii Renn' petit uersus Willelmum de Dustona terciam partem duarum caruc. terre Northt.
cum pert. in Dustona ut dotem suam, unde predictus Henricus eam dotauit etc.

Et Willelmus per attornatum suum uenit et defendit quod non debet inde dotem habere quia predictus Henricus nunquam terram illam tenuit in feodo, immo Dom. J. Rex dum fuit Comes Moretoinie inde disseisiuit Wakelinum auum suum per uoluntatem suam et pro debito quod ipse debuit eidem Henrico eandem terram tradidit eidem Henrico, et postea uenit Rex Ricardus et reddidit eandem terram Willelmo filio eiusdem Wakelini et patri eiusdem Willelmi ut ius et hereditatem suam per cartam suam quam profert et que hoc idem testatur. Profert eciam cartam Regis J. que confirmat eidem Willelmo terram illam sicut Dom. H. Rex pater suus eandem terram predicto Wakelino dedit pro homagio et seruicio suo etc., unde bene dicit quod predictus Henricus uir suus nunquam terram illam tenuit in feodo, et inde ponit se super patriam si carte ille non sufficiant ei.

[1] Corr. *Ricardi.*

Et Johanna dicit quod carte ille non debent ei nocere quia Dom. Rex H. eandem terram dedit Comiti Johanni et idem Comes Johannes dedit eandem terram Ricardo filio Rogeri fratri predicti Henrici et idem Ricardus obiit inde seisitus et post eum tenuit Henricus uir suus terram illam ut illam que ei descendit de Ricardo fratre suo et hoc offert etc. sicut curia considerauerit.

Et Willelmus hoc defendit et dicit quod Wakelinus auus suus qui terram illam tenuit suscepit habitum religionis tempore H. Regis et tunc remansit terra illa in manu Alicie uxoris sue que postea duxit uirum scil. Petrum filium Radulfi qui cum ipsa Alicia tenuit terram illam quousque Comes Johannes per uoluntatem suam eos disseisiuit occasione honoris Peuerel quem cepit in manum suam et tunc sicut predictum est terram illam tradidit predicto Henrico et Ricardo fratri suo pro debito quod eis debuit.

Et quia Henricus nichil habuit nisi per disseisinam quam Comes Johannes fecit antecess' Willelmi et testatum est per cartam Regis Johannis quod confirmat terram illam Willelmo sicut carta Regis Henrici testatur Johanna nullam dotem petere potest et ideo Willelmus inde sine die et Johanna in misericordia.

995. Westmorl. Nicholaus de Lundres et alii plures summoniti fuerunt ad ostendendum quo iure ipsi communam pasture clamant in terris et boscis Prioris de Wattona in Rauenestendale desicut idem Prior nullam communam habet in terris ipsorum etc. nec ipsi seruicium faciunt etc.

Et omnes ueniunt et dicunt quod sunt consuetudinarii Abbatis Eboracensis et per eum communam habent et inde uocant eum ad warantum. Habeant eum tali die etc. prece petentis etc.

996. Essex. Willelmus de Curtona petit uersus Thomam de Plumbergho terciam partem feodi j. militis cum pert. in Tendringe ut ius suum et in quam idem Thomas non habet ingressum nisi per Alinam que fuit[1] Ogeri de Cortona qui[2] terram illam tenuit in dotem de dono ipsius Ogeri quondam uiri sui fratris ipsius Willelmi cuius heres ipse est.

[1] Supply *uxor*. [2] Corr. *que*.

Et Thomas uenit et defendit ius suum quando defendere debebit set dicit quod ei non debet inde respondere quia Ogerus adhuc uiuit et in plena sanitate et potestate est. Et Willelmus hoc cognoscit et ideo Thomas sine die et Willelmus in misericordia.

Abbas S. Albani summonitus fuit quod haberet cartas quas habet penes se de fundacione Prioratus de Wymundeham que communes sunt ad negocia Comitis Arundele et predicti Prioratus ut idem Comes dicit[2] per Radulfum de Bonenilla attornatum suum dicit quod quando Willelmus le Butiller antecessor suus fundauit Prioratum illum ita illam[3] fundauit quod monachi de S. Albano ibi essent et quod domus illa remaneret Prioratus quousque idem Willelmus uel heredes sui ibi facerent Abbatem, et interim haberet Abbacia de S. Albano de eadem domo j. marc. per ann., et quia illa prouisio nondum producitur ad effectum, petit uidere cartas illas ut secundum tenorem illarum cartarum prouideat domui illi melius solito desicut carte ille adhuc communes sunt. Hereford[1].

Et Abbas per attornatum suum uenit et dicit quod non potest nec debet eidem Comiti cartas ostendere quia Prioratus ille subiectus est Abbacie sue de S. Albano et ipse Priorem potest apponere et amouere quando necesse fuerit et in tali est seisina, et super hoc uenit idem Comes et posuit seruientes suos in illam domum et in maneria eiusdem Prioratus | ita quod non permittunt monachos de S. Albano intrare uel exire et faciunt de domo illa et de terris et catallis quicquid uolunt, et si cartas habent sunt in eadem domo in thesauro ubi idem Abbas nullam habet potestatem et petit seisinam suam qualem inde habuit, et cum seisinam habuerit si que carte ibi fuerint que communes sint libenter illas ostendet et faciet quicquid facere debebit et de cartis et de aliis rebus. [115 b.]

Et Comes per attornatum suum defendit quod Abbas non est disseisitus quin libere intrare possit in monasterium et in

[1] *Corr. Hertford.* Wymondham is in Norfolk. As to this dispute, see Walsingham, *Gesta Abbatum*, vol. I. p. 166.

[2] Supply *unde predictus Comes* or the like.

[3] Sic.

claustrum et in thesaurum et alibi ubi uoluerit et facere et disponere de omnibus que ad Abbaciam pertinent, set reuera ipse apposuit seruientes suos ad res forinsecas custodiendas ne dissipentur set saluo custodiantur ad opus monachorum eo quod idem Abbas contra libertatem eiusdem Comitis apposuit ibi Priorem desicut eleccio Prioris pertinet ad eundem Comitem, set bene potest Abbas intrare domum et in thesaurum et habere cartas si uoluerit.

Et Abbas dicit quod nec ipse nec sui intrare possunt quia seruientes eiusdem Comitis habent omnia officinia Prioratus in manu sua sicut portam celarium et coquinam et omnia alia officinia, et quando Abbas habuerit talem seisinam qualem habuit libenter faciet quod facere debebit, et quandocunque placitare debuerit de eleccione Prioris bene ostendet quod eleccio pertinet ad ipsum Abbatem et non ad Comitem, et quod inde nullam iniuriam fecit eidem Comiti. Dies datus est eis de audiendo iudicio suo etc.

998. Bercsyr. [1]Jurata uenit recognitura ex consensu parcium si Henricus de Baghsote pater Gaufridi qui est infra etatem et in custodia Roberti le Glorius die quo idem Henricus obiit uel unquam antea habuit porcos suos quietos de pannagio in bosco Abbatis de Stratfordia in Suinesl'[2] uel non quia tam predictus Robertus quam predictus Abbas inter quos contencio est de illo pannagio posuerunt se inde in iuratam illam.

Juratores dicunt quod nunquam uiderunt uel audierunt quod predictus Henricus daret pannagium in dicto bosco set bene credunt quod hoc fuit per graciam. Et quia Gaufridus est infra etatem et iurata non capitur nisi de seisina patris sui tantum nec de iure potest placitare et gracia illa si fuit pertinet ad ius[3], consideratum est quod Abbas nichil capiat per hanc assisam sine iuratam et sit in misericordia pro iniusta exaccione. Et Gaufridus remaneat in seisina patris sui etc.

999. Cantebr. Jurata uenit recognitura ex consensu parcium si Wydo de

[1] For the pleadings see above, Case 963.

[2] Swinley near Bagshot.

[3] The question whether the payment, if any, was gratuitous is a question about right, not merely about seisin. As to when an infant must answer see Br. f. 422.

Cotes anno et die quo obiit fecit Hawisie de Quency totum seruicium suum de ix. acr. terre cum pert. in Cotes sicut de illo feodo quod ipse tenuit de eadem Hawisia saluis Priori de Bernewilla[1] tribus solidis per ann. nomine elemosine uel non, unde ipsa Hawisia questa fuit quod idem Prior iniuste intrusit se in terram illam post mortem Wydonis desicut idem Wido non tenuit de eo, set terra illa ad eum[2] debuit reuerti et esse in manu sua quousque rectus heres ei faceret quod de iure facere deberet, eo quod idem Wydo de ea tenuit sicut de feodo quod ipsa habet in dotem, et unde Prior dixit quod Wydo tenuit de eo et non de Hawisia, et inde ponit se super iuratam et Hawisia similiter.

Juratores dicunt quod quidam homo Hanesgod nomine tenuit illas ix. acr. terre de quodam Sampsone de Fafintona et idem Sampson quando prouenit ad etatem et laborauit in extremis dedit domui de Berneuella seruicium eiusdem Hanesgod cum tota illa terra et reddidit se[3] in eadem domo. Idem Hanesgod tunc tenuit de Priore tota uita sua et habuit duos filios Robertum primogenitum et Wydonem postnatum, et Robertus post mortem patris sui tenuit eandem terram de eadem domo et habuit filios et iuit in terram sanctam, et commisit terram illam custodiendam Wydoni fratri suo ad opus puerorum suorum, et auditis rumoribus de morte Roberti accessit filius suus ad Wydonem et petiit terram suam et Wido noluit, ita quod filius Roberti implacitauit eum in curia Prioris et in tantum processit loquela illa quod concordati fuerunt tali modo quod idem filius concessit Wydoni medietatem illius terre tenendam tota uita sua et uterque eorum semper tenuit de Priore et non de Hawisia. Et ideo consideratum est quod Prior eat inde quietus et Hawisia in misericordia.

Robertus filius Dauid petit uersus Gilibertum filium Henrici et Agnetem uxorem eius quod warentizent ei duas bouat. terre cum pert. in Claxtona quas tenet et de eis tenere clamat et unde cartam suam habet quam profert et que tantum illud testatur, et quod tenere debet de eis per seruicium Leirc.

[1] Barnwell. Monast. vol. 6, p. 83.
[2] Corr. eam.
[3] Supply *religioni* (?).

unius libr. cimini per ann. pro omni seruicio quod ad eos pertinet, unde idem Robertus queritur quod contra cartam illam ipsi ceperunt carucam suam et aueria sua imparcauerunt per quod dampnum habet ad ualenciam xx. sol. etc.[1]

Et Gilibertus et Agnes ueniunt et dicunt quod non debent cartam illam ei warentizare quia ipsi nunquam illam fecerunt nec per eos ingressum habuit in terram illam, immo ipse eos inde disseisiuit ita quod ipsi tulerunt breue de noua disseisina uersus eum. Et preterea eadem Agnes dicit quod idem Robertus qui est frater suus rogauit eam ut cuidam sedulo[2] apponeret sigillum domini sui, et inuen' ei den'[3] et socios suos testes quod nullum malum inde haberent, et ipsa credidit ei quod hoc uerum fuit et furata fuit sigillum uiri sui et ipse tunc seminauit terram suam quam ipsi warentizauerunt, et petunt assisam suam. Et ideo consideratum

[146.] est | quod assisa procedat coram iusticiariis itinerantibus etc. et ideo Robertus sine die quousque assisa capiatur etc.

1001. Milo de Sumery summonitus fuit ad respondendum

Essex. Geruasio de Aldremanebiria et Agneti uxori eius de hoc quod warentizaret ei unam caruc. terre cum pert. in Cristeshale quam tenet et de eis tenere clamat et unde cartam Rogeri patris eiusdem Milonis habet ut dicit etc.

Et Milo uenit et dicit quod Geruasius et Agnes non tenent terram illam de qua breue loquitur et desicut breue dicit quod tenent terram illam, et non tenent, non uult ad hoc breue respondere nisi curia considerauerit[4]. Et Geruasius et Agnes hoc non cognoscunt set dicunt quod terra illa deberet pertinere ad terram quam ipsi tenent. Et ideo consideratum est quod Milo eat inde sine die et Geruasius in misericordia.

1002. Felicia que fuit uxor Ricardi de Wlsintona petit uersus

Glouc. Simonem de Wlsintona dim. uirg. terre cum pert. in Wlsintona ut dotem suam unde nominatim dotata fuit etc.

Et Simon uenit et dicit quod non debet inde dotem

[1] See Br. f. 399, § 4, as to whether an action on the warranty lies in such a case.

[2] A schedule.

[3] *inuenit ei denarios* (?). Some mistake may be suspected. The sense seems to be that Robert found security, and declared before witnesses that no harm would happen.

[4] As to this plea, see Case 186.

habere quia idem Ricardus non habuit terram illam nisi ad terminum eo quod Robertus pater suus illam ei tradidit ad terminum et ideo non debet inde dotem habere.

Et Felicia dicit quod non tenuit ad terminum immo ad feodum scil. tenuit in feodo et inde producit sectam que hoc testatur et quod Ricardus obiit seisitus ut de feodo. Et quia Simon nichil ostendit de termino nec sectam habet et cognoscit quod Ricardus fuit seisitus consideratum est quod Felicia recuperauit seisinam suam et Simon in misericordia. Si ius habeat recuperet uersus eam si uoluerit.

3. Henricus filius Radulfi qui se facit attornatum Willelmi Hase per iiij. milites ad eum missos etc. optulit se iiij. die uersus Gaufridum le Sauage et Mabiliam uxorem eius de placito tercie partis j. caruc. terre cum pert. in Haresham, quam ipsi clamant ut ius suum uersus eundem Willelmum etc. Et Gaufridus et Mabilia non uenerunt et fuerunt petentes et Henricus sine die etc. Wilt.

4. Thomas filius Walteri petit uersus Walterum de Cotes unam uirg. terre cum pert. in Codeffordia ut ius suum etc. unde Alicia mater sua fuit seisita ut de feodo et iure et in dominico tempore H. Regis aui Dom. Regis etc. Oxon.

Et Walterus uenit et defendit ius suum quando defendere debebit et dicit quod predicta Alicia habuit duas sorores scil. Gunnildam et Millesantiam que tres sorores habuerunt in parte hereditatem patris sui scil. unam hidam terre et cum quelibet earum habuisset unam uirg. terre ipse tres in communi uendiderunt eidem Waltero quartam uirg. terre scil. predictam uirg. terre quam idem Thomas nunc clamat, et inde proferunt[1] cartam earundem Alicie, Gunnilde et Milisantie, que donum illud testatur pro xl. sol. et petit iudicium si super hoc debeat eidem Thome respondere desicut ipsa[2] clamat totam terram licet terram de iure clamare posset ubi non potest nisi terciam partem[3].

Et Thomas cognoscit quod reuera mater sua habuit predictas duas sorores et quod ipse tres recuperauerunt totam

[1] Corr. profert.
[2] Corr. ipse.
[3] This clause should be so emended as to mean that if Thomas has any claim at all, it can only be for a third share.

illam hidam terre per assisam mortis antecessoris uersus Abbatem de Becco, set terra non fuit partita, immo tota terra remansit in manu Alicie et Walteri uiri sui. Et quesitus de cuius morte tulerunt assisam dicit quod de morte Hugonis patris earum, et dicit quod Milisantia et Gunnilda mortue sunt sine herede de corpore suo, nec Milisantia nunquam seisinam habuit de aliqua parte predicte terre.

Et quedam Agnes uenit et dicit quod ipsa fuit filia predicte Milisantie. Set Thomas hoc defendit et dicit quod Milisantia nullam filiam habuit. Et ideo respondeat ad cartam.

Et Thomas dicit quod carta illa non debet ei nocere quia die quo carta illa fuit facta et similiter die quo ipse recuperauerunt terram illam per predictam assisam fuerunt ipse Alicia et Gunnilda desponsate scil. Alicia Waltero patri eiusdem Thome et Gunnilda cuidam Ricardo et hoc offert etc.

Et Walterus hoc defendit et dicit quod nulla earum fuit tunc maritata et inde ponit se super recordum curie. Et quesitus quando terra recuperata fuit dicit quod tempore Regis Ricardi.

Et Thomas dicit quod hoc fuit tempore J. Regis.

Ad diem illum uenit Walterus et defendit ius suum sicut prius et ponit se in magnam assisam Dom. Regis et petit recognicionem fieri utrum ipse maius ius habeat in terra illa ut in illa quam predicte Alicia, Gunnilda, Milisantia in ligia potestate ei dederunt an idem Thomas. Dies datus est eis de audiendo iudicio suo.

1005. Oxon. Abbas de Bello[1] per attornatum suum petit uersus Willelmum filium Andree quod faciat ei consuetudines et recta seruicia que ei facere debet de tenemento suo quod de eo tenet in uilenagio unde idem Abbas dicit quod idem Willelmus est uillanus suus, et dedicit[2] consuetud' et uilenag', desicut idem Abbas paratus est probare quod uillanus est et quod Andreas pater suus uillanus fuit et prepositus[3] eiusdem Abbatis tota uita sua.

[1] Battle Abbey. The manor to which this entry relates is seemingly Crowmarsh.

[2] William denies the alleged customs and villenage.

[3] The duty of serving as reeve is a note of villenage.

Et Willelmus uenit et fecit plures defaltas et ideo in misericordia et defendit uilenagium et dicit quod liber homo est et libere tenet etc. et hoc offert ponere super patriam. |

Et Abbas dicit quod uillanus est et producit quendam [163 b.] Johannem parentem ipsius Willelmi qui dicit quod Aylardus auus suus habuit duos filios scil. Aluricum primogenitum et Aluredum postnatum, idem Aluredus fuit pater eiusdem Johannis et Aluricus fuit pater Andree patris eiusdem Willelmi, et cognoscit quod ipse est uillanus eiusdem Abbatis, et quod Ayllardus auus suus fuit uillanus et similiter filii sui.

Et Willelmus dicit quod liber est et ex quo Johannes talem se facit non cognoscit quod sit parens eius, set bene cognoscit quod debet eidem Abbati hoc seruicium de una uirg. terre quam tenet scil. reddendo per annum v. sol. ad quatuor annuos terminos, et in die S. Martini sex lepos[1] frumenti de mensura que fuit tempore H. Regis et cum aliis hominibus eiusdem[2] debet cotidie inuenire j. hominem post prandium ad sarclandum blada Abbatis quamdiu opus fuerit et omnes in communi habebunt j. acr. frumenti de meliori frumento exceptis hauedlond' et campestis[3] et per tres dies ante nonam[4] inueniet j. falcem in prato domini sui et habebunt ad dignerium[5] suum panem et caseum et partem suam de j. ariete uel de sex denariis in eleccione Abbatis et de j. caseo et de duobus denariis et de obolata salis et cum pratum leuatum fuerit ad quod inueniet auxilium habebit j. panem frumenti, et in autumpno cotidie metet dim. acram et inde habebit j. garbam in recessu et ad bedripe[6] inueniet iiij. homines et Willelmus ipse erit quintus eundo uel equitando et die illo bis manducabit cum tota familia sua et cariabit per unum diem cum careta sua et habebit ter ad manducandum uel bis et j. garbam et per duos dies arare ad benhurthe[7] et j. acr. de gershurthe[8] pro qua acra pecora sua ibunt in pastura domini sui et inuenire j. hominem ad

[1] A leap, half a bushel (Halliwell). See Du Cange s. v. *lepa*.
[2] Supply *uille*.
[3] The names of fields (?).
[4] Noon, the time of Nones.
[5] Dinner.
[6] A bead-reaping, a reaping to be done at the lord's request.
[7] The boon-ploughing (?).
[8] The yearly ploughing (?).

colligendum stipulam per j. diem ante nonam pro quo seruicio ibit familia sua in stipulam domini sui ad habendam stipulam etc. unde dicit quod alias consuetudines non debet.

Et Abbas dicit quod omnes illas consuetudines debet idem Willelmus et plures quia in eleccione Abbatis est et esse debet et solet de illis consuetudinibus capiendis cum predicto frumento uel easdem consuetudines dupplicare sine frumento, scil. ubi cognoscit j. hominem debet inuenire duos et sic de omnibus aliis, et preterea non potest filium uel filiam maritare sine licencia Abbatis, et quod potest talliare ipsum simul cum aliis hominibus eiusdem uille, et preterea si non dat frumentum ouile ibit super terram domini sui[1] et quod tales debet consuetudines offert probare sicut curia considerauerit.

Et Willelmus hoc defendit et bene cognoscit quod Aluricus fuit auus suus et frater predicti Aluredi, set defendit uilenagium sicut prius. Et quesitus si quod auxilium unquam dedit cum hominibus eiusdem uille dicit quod non set ipse et unus alius liber homo eiusdem uille dederunt aliquando auxilium per uoluntatem suam et non de iure, et quod pater suus aliquando dedit auxilium, et quod Johannes habet terram que fuit Alardi.

Et quia idem Willelmus cognoscit quod omnes homines eiusdem uille sunt uillani excepto uno et cognoscit quod communicat cum eis in omnibus predictis operacionibus faciendis et de rebus similiter cum eisdem capiendis et preterea cognoscit quod Aluricus fuit auus suus et quod predictus Johannes habet terram que fuit Ailardi et quod postnatus fuit[2], nec aliquid habet de libertate probanda, nec aliquid uocat, consideratum est quod Abbas disracionauit illas consuetudines et Willelmus sit uillanus et in misericordia[3].

1006. Radulfus de Tony per attornatum suum petit uersus
Suff. Simonem de Skeringe' quod permittat eum presentare

[1] The MS. is clear. I have no explanation.

[2] The, so-called, borough English custom is treated as a mark of villenage.

[3] See Br. f. 192. The question of status is decided, though the action is for customs and services. The Abbot has produced a kinsman who confesses himself villein, and William has produced no free kin.

ydoneam personam ad ecclesiam de Parua Fransham que uacat etc. et ad donacionem eiusdem Radulfi spectat ut dicit etc.

Et Simon uenit et dicit quod nichil clamat in illa aduocacione nec in presentacione set ipse est persona ecclesie de Magna Fransham ad quam capella de Parua Fransham pertinet et nichil clamat nisi ut persona capellam pertinentem ad ecclesiam suam in qua est institutus, et ideo non uidetur ei quod debeat inde eidem Radulfo respondere.

Et Radulfus per attornatum suum dicit quod ecclesia illa est ecclesia et non capella et Rogerus pater suus presentauit ultimam personam scil. Simonem de Furneaus qui ultimo obiit seisitus etc. et inde ponit se super patriam uel offert disracionare si curia considerauerit, et quod tale sit ius suum et quod Rogerus pater suus ita fuit seisitus de illa aduocacione et quod Simon ita fuit admissus etc. offert disracionare per corpus cuiusdam liberi hominis sui Ricardi qui hoc uidit etc., et dicit quod non est capella immo matrix ecclesia et habet cimiterium et baptisterium et quicquid matrix ecclesia habere debet. Et Simon sicut prius dicit quod nichil clamat in aduocacione nec in presentacione set ut clericus petit illam ut capellam pertinentem ad ecclesiam suam etc. et desicut ipse loquitur de iure scil. de aduocacione in qua nichil clamat petit inde iudicium. Et Radulfus similiter. Et Radulfus dicit quod pater suus presentauit predictum Simonem qui ultimo obiit persona et inde ponit se super patriam. Et ideo consideratum est quod assisa summoneatur ad recognoscendam quis aduocatus etc. |

Idonea que fuit uxor Simonis de Waledena per attornatum suum petit uersus Alexandrum filium Audoeni terciam partem feodi j. militis cum pert. in Waledena et terciam partem xl. acr. terre cum pert. in Elenedena ut dotem suam etc. [147.] Essex.

Et Alexander uenit et bene concedit ei terciam partem in dotem et semper concessit set ipsa noluit recipere nisi haberet terciam partem capitalis mesagii et terciam partem dotis quam Eufemia mater eiusdem Simonis tenet et exceptis illis aliis bene concedit ei dotem suam. Et ideo ipsa habeat

seisinam suam saluo eidem Alexandro capitali mesagio et salua eidem Eufemie dote sua etc. unde prius fuit dotata[1].

1008. Dors. Sumers. [2]Agnes que fuit uxor Alexandri de Badialtona per attornatum suum petit uersus Reginaldum de Badialtona terciam partem feodi j. militis cum pert. in Frome in com. Dors. et terciam partem feodi j. militis cum pert. in Badialtona et terciam partem feodi j. militis cum pert. in Pausella ut dotem suam, unde predictus Alexander eam dotauit per assensum et uoluntatem eiusdem Reginaldi patris sui etc. Et profert cartam eiusdem Reginaldi que testatur quod concessit quod Alexander eam dotaret de tercia parte tocius terre sue etc.

Et Reginaldus uenit et dicit quod non debet inde dotem habere quia medietas feodi de Frome est maritagium Margerie uxoris sue, ita quod non habet nisi custodiam cum ea et alia medietas feodi de Frome est dos nominata eiusdem uxoris sue et ideo de illa terra non debet ipsa dotem habere, set de aliis terris bene concedit ei terciam partem in dominico et in seruicio.

Et quia Agnes non dedicit quod uxor eiusdem Reginaldi non esset primo dotata et preterea cognoscit quod medietas de Frome est maritagium uxoris sue et idem Reginaldus nichil facere potuit per quod uxor sua que prius fuit dotata amitteret dotem suam, Consideratum est quod Agnes habeat seisinam suam de predictis duobus feodis de Badialtona et de Pausella scil. de tercia parte et inde se teneat pacatam et Reginaldus teneat quiete totam terram de Frome.

1009. Norf. James de Kerebroc et Simon et Ricardus fratres eius petunt uersus Johannem filium Henrici tres partes j. caruc. terre cum pert. in Kerebroc, Craneswrthe et in Lechtona ut racionabilem particionem eorum que eos contingit de hereditate predicti Henrici patris ipsorum James, Simonis, Ricardi et Johannis cuius heredes ipsi sunt et unde idem Henricus fuit seisitus die quo obiit et cuius hereditatem ipsi inter eos partiri debent eo quod terra partibilis est.

Et Johannes uenit et defendit quod terra illa nunquam partita fuit nec partibilis est et inde ponit se super iuratam et James et alii similiter. Et ideo fiat inde iurata et ueniat

[1] This case is Fitz. *Dower*, 194. [2] This case is Fitz. *Dower*, 195.

ad primam assisam coram iusticiariis ad recognoscendum si terra illa nunquam[1] partita fuit uel sit partibilis sicut terra que inter fratres partiri debet etc. Postea concessum est petentibus quod iurata ueniat etc. tali die.

0. [2]Sibilla filia Willelmi per attornatum suum petit uersus Willelmum de Hordena et Johannam uxorem eius medietatem unius carue. terre cum pert. in Burgesse ut racionabilem porcionem suam que eam contingit de hereditate predicti Willelmi patris ipsarum Sibille et Johanne etc. cuius heredes ipse sunt. Sussex.

Et Willelmus et Johanna ueniunt et defendunt ius suum et dicunt quod non debent ad hoc breue respondere quia ipsa Sibilla habuit et adhuc habet duas sorores que superstites sunt et desicut breue non loquitur de eis nolunt ad hoc breue respondere nisi curia considerauerit.

Et Sibilla cognoscit quod reuera habet duas sorores set ipse maritate sunt duobus uillanis Comitisse de Augo per quod ipse in uita uirorum suorum nichil petere possunt et unde petit iudicium.

Et Willelmus et Johanna dicunt quod nichil inde sciunt utrum uiri eorum sint uillani aut liberi, set petunt inde iudicium desicut non nominantur in breui et si hoc non sufficit petunt uisum de terra illa, et bene cognoscunt quod Sibilla est soror eiusdem Johanne.

Et quia Sibilla petit medietatem tocius hereditatis Willelmi et uillani mori poterunt per quod predicte sorores petere possint ius suum[3], consideratum est quod Willelmus et Johanna non respondeant ad hoc breue quod[4] ipsa petit plus quam habere contingit et ideo sine die et perquirat breue de parte sua si uoluerit.

1. Iuliana que fuit uxor Walteri de la Bruera petit uersus Robertum filium Henrici quem Walterus filius Vitalis uocat ad warentum et qui ei warentizat dim. uirg. terre cum pert. in Stoke ut dotem suam unde nominatim dotata fuit. Buck.

Et Robertus uenit et dicit quod ipsa non debet inde dotem habere, quia Walterus uir suus nunquam inde habuit

[1] Sic.
[2] This case is Fitz. *Briefe*, 879.
[3] See Br. f. 130 b.
[4] Corr. *quia* or *per quod*.

4—2

nisi custodiam cum ipso Roberto dum fuit infra etatem et in custodia sua, et hoc bene patet quia Walterus uir suus obiit xxiiij. annis transactis et ipsa nunquam postea peciit dotem, desicut de eadem terra coram iusticiariis ultimo itinerantibus [147 b.] inter Celestriam | matrem predicti Roberti petentem et predictum Walterum filium Vitalis tenentem fuit finis factus per cyrographum et unde idem Walterus tunc uocauit ad warantum Johannem filium Laurencii fratrem predicte Juliane et idem Johannes uocauit ipsum Robertum etc. ita quod ipsa Celestria que ipsam terram clamauit in dotem remisit eidem Roberto totum ius et clamium suum etc. Desicut ipsa Juliana nec aliquis pro ea clamium suum apposuit non uult super finem illum respondere nisi curia considerauerit. Et idem Johannes qui nunc presens est hoc cognoscit et quod non apposuit clamium. Et Juliana dicit quod tunc infirma[1].

1012. Bed. Assisa uenit recognitura si Fulco de Breaute[2] iniuste et sine iudicio disseisiuit Willelmum de Staues de libero tenemento suo in Liutona post ultimum etc. Et Fulco non uenit etc. Et Robertus de Lexintona et socii sui qui fuerunt iusticiarii apud Dunestapliam ad illam assisam capiendam et coram quibus assisa illa summonita fuit recordantur quod assisa illa remansit capienda eo quod Radulfus de Bray pro Falkesio alias coram eis respondit quod assisa non debuit inde fieri eo quod finalis concordia facta fuit de eadem terra in curia Dom. Regis inter eundem Falkesium et Robertum de Brackel' per cyrographum etc. ad quod idem Willelmus respondit quod hoc non debet ei nocere quin assisa procedat quia finis ille factus fuit postquam Falkesius eum inde disseisierat et ipse apposuit clamium suum in fine, et preterea de seisina sua propria loquitur et inde petit iudicium. Et curia recordatur quod apposuit clamium suum et preterea si hoc non apposuisset quia loquitur de disseisina

[1] Infirmity an excuse for non-claim. Br. f. 436 b, § 5.

[2] It was shortly after Whitsunday in 1224, that Fawkes was convicted at Dunstable of his many disseisins, and that his brother imprisoned one of the judges. The record of the assizes taken at Dunstable is extant, viz. Tower Assize Roll, Hen. III., No. 2, m. 2. The present case must have come before the Bench just about the time when the siege of Bedford was beginning. Ann. Dunst. p. 86. Mat. Par. vol. 3, p. 84.

sua propria consideratum est quod assisa[1] remaneat propter finem illum et ideo procedat assisa.

Juratores dicunt quod Falkesius disseisiuit eum sicut breue dicit et post terminum scil. de duabus caruc. terre cum pert. et de j. molendino. Et ideo consideratum est quod Walterus recuperauit seisinam suam et Falkesius in misericordia.

3. Robertus Peuerel summonitus fuit ad respondendum Thome Peuerel qui est infra etatem quo waranto se tenet in duabus uirg. terre cum pert. in Ardientona unde Thomas Peuerel pater predicti Thome cuius heres ipse est fuit seisitus die quo obiit ut dicitur etc. Summ.

Et Robertus uenit et cognoscit quod Thomas frater suus obiit seisitus de terra illa, set quando obiit Thomas filius suus non fuit natus nec sciuit aliquis quod mater eius esset pregnans set ex quo natus est bene cognoscit quod Thomas est filius et heres Thome sui fratris et quod ipse nichil clamat in terra illa[2] nisi custodiam per Rogerum Alis capitalem dominum feodi qui quando Thomas obiit eo quod nullus fuit heres apparens nisi ipse Robertus reddidit terram illam eidem Roberto et inde cepit homagium suum, set ex quo ita est nichil clamat nisi custodiam.

Et Agnes mater et custos predicti Thome dicit quod idem Robertus nullam inde custodiam habere debet quia idem Robertus fecit se heredem et fecit homagium predicto Rogero et preterea terra illa nullum debet forinsecum seruicium immo Thomas illam tenuit in socagio scil. per x. sol. pro omni seruicio et ideo ipse nullam custodiam habere debet, et preterea Thomas non tenuit de Rogero in capite set de Johanne de Hoctona.

Et quia Robertus cognoscit quod fecit homagium predicto Rogero et quod idem Thomas est filius Thome fratris sui et quod Thomas obiit seisitus de eadem terra consideratum est quod Thomas habeat seisinam suam, et si capitalis dominus

[1] Supply *non*. The point seems to be that a fine levied by a disseisor is no bar to an assize by the disseisee. Br. f. 157.

[2] Observe this ready admission of the right of the posthumous grandchild; for see Br. f. 268, 282 as to the rights of uncle and nephew.

habere debeat custodiam secundum legem terre illam perquirat.

1014. Buck. Thomas filius Willelmi de Blakeuilla summonitus fuit ad respondendum Willelmo filio Willelmi de Blakeuilla quo waranto se tenet in duabus partibus feodi j. militis cum pert. in Saldena unde predictus Willelmus pater suus cuius heres ipse est fuit seisitus anno et die quo obiit.

Et Thomas uenit et cognoscit bene quod Willelmus pater suus obiit seisitus, set idem Thomas est filius suus primogenitus et heres ipsius Willelmi, et ideo tenet se in terra illa. Concordati sunt. Habeant cyrographum.

1015. Cornub. Alardus Prior de S. Germano attachiatus fuit ad respondendum Serloni de Pempol quare non tenet ei finem in curia J. Regis apud Lanceatonam inter Augerum Priorem antecessorem eiusdem Prioris et Warinum de Pempol patrem eiusdem Serlonis cuius heres etc. de xiiij. acr. terre cum pert. in Quedich' in Witenhoc et in Bleroc unde cyrographum etc. et unde idem Serlo queritur quod desicut idem Augerus concessit eidem Warino totam eandem terram tenendam[1] cum pert. tenendam ei et heredibus suis de eodem Priore et suis successoribus in perpetuum et nichil sibi retinuit in eisdem uillis, predictus Prior contra finem illum impediuit presentacionem suam ad ecclesiam de Quedich' ita quod per illud impedimentum dedit Episcopo loci ecclesiam illam[2] per quod deterioratus est et dampnum habet ad ualenciam xx. marc. et inde producit sectam.

Et Prior uenit et cognoscit finem et cyrographum et defendit dampnum, set dicit quod cyrographum non loquitur de ecclesia illa nisi tantum de xiiij. acr. terre cum pert. scil de xiiij. caruc. terre.

Et Serlo dicit quod predictus Augerus peciit terram illam cum omnibus pert. et ita illam terram recognouit eidem Warino cum omnibus pert. nec idem Prior aliquam terram habet in dominico in eadem uilla nec aliquod feodum habet in eadem[3] uilla nisi illud quod ipse tenet de eodem Priore, et desicut nichil excepit in cyrographo et preterea

[1] Om. *tenendam.*
[2] By reason of the Prior's claim the presentation lapsed to the bishop.
[3] *in eadem* repeated.

ipse est in seisina de ultima presentacione et non[1] profert cartas duorum Episcoporum hoc idem testantes petit iudicium de illo fine etc. |

Et Prior cognoscit quod nullum habet dominicum in eadem uilla nec aliud seruicium uel feodum habet nisi quod idem Serlo tenet et non dedicit seisinam Serlonis de ultima presentacione. [148]

Et quia Prior cognoscit finem et cyrographum et quod nullum habet dominicum uel feodum in eadem uilla aliud quam illud quod idem Serlo de eo tenet, et preterea idem Serlo protulit cartam predicti Augeri de eadem aduocacione cum predicta terra, consideratum est quod Serlo recuperauit seisinam suam de aduocacione illa et quod finis teneatur et Prior in misericordia et satisfaciat eidem Serloni de dampno xx. marcarum. Et prohibitum est ne de cetero sequatur placitum in curia cristianitatis etc.

16. Johannes filius Simonis per attornatum suum optulit se quarto die uersus Matillidem de Flamauilla que se essoniauit de malo lecti uersus eum de placito terre in com. Northumbr. etc. Et Matillis non uenit etc. et preceptum fuit uicecomiti sepius quod eam uidere faceret et uicecomes nichil inde fecit immo mandauit quod ipsa iacet apud Dautona in potestate Constabularii Richem' ubi man' non appon'[2] et ideo preceptum est duobus custodibus placitorum corone quod mittant iiij legales milites ad com' ad uidendum eam etc., et si non sit languor tunc ponant ei diem coram iusticiariis apud Westmonasterium tali die etc. et quod sumon' Simonem de Hales uic'[3] quod sit auditurus de hoc iudicium quod de eadem Matillide uisum fieri non fecit sicut ei pluries etc. Ebor.

17 Susanna que fuit uxor Willelmi filii Aufredi per attornatum suum petit uersus Willelmum Fose et Ysoldam uxorem suam terciam partem duarum parcium dim. uirg. terre et octo acr. terre cum pert. in Tilicota ut dotem suam etc. Hertford.

Et Willelmus et Fosa[4] ueniunt et dicunt quod ipsa non debet inde dotem habere quia ipsa Fosa fuit uxor Aufridi

[1] [illegible] read *nisi*.

[2] The sheriff returns that Maud lies at Dalton, within the liberty of Richmond and beyond his power.

[3] Simon Hales seems to have been at this time sheriff. Foss, *Judges*, vol. 2. p. 360.

[4] Corr. *Ysolda* (?).

qui fuit pater Willelmi quondam uiri eiusdem Susanne et ipsi tenent illam terciam partem quam ipsa clamat uersus eos in dotem per liberacionem et eiusdem Willelmi concessionem qui fuit warantus eorum de dote sua, nec aliquid clamant nisi dotem unde ipsa Fosa fuit primo dotata.

Et Susanna hoc totum cognoscit et ideo Willelmus et Fosa teneant in pace et Susanna in misericordia pro falso clamore.

1018. Essex. Willelmus Pecoc et Ysobella uxor eius Ricardus Pecock et N. uxor eius et Alicia soror eiusdem Ysobelle petunt uersus Alwinum de *Stratte* unum ferlingum terre cum pert. in Haueringes ut ius suum cum pert. unde Enwicus pater earum fuit seisitus etc.

Et Ailwinus uenit et dicit quod non debet ad hoc breue respondere quia ipsa Ysobella et alie habuerunt unam sororem Editham nomine que habet duos pueros de quibus non fit mencio in breui, et desicut ille tres sorores clamant totam terram et non possunt clamare nisi tres partes si ius haberent non uult respondere nisi curia considerauerit.

Et Willelmus et Ysobella et alii dicunt quod hoc non debet eis nocere quin respondeatur, quia Editha data fuit cuidam homini cum xvj. acr. terre cum pert. in maritagium nec plus habere potuit ad partem suam et pueri sui sunt in custodia auie sue matris ipsarum Ysobelle et aliarum cum eadem terra ita quod plus petere non possunt[1].

Et Ailwinus dicit quod Octo quondam uir predicte Edithe nunquam aliquam partem tenuit in maritagium cum ipsa Editha et inde ponit se super patriam. Et alii similiter. Et ideo preceptum est uicecomiti quod per legales homines de uisneto de Haueringes diligenter inquirat si predictus Octo quondam uir Edithe sororis ipsarum Ysobelle etc. cepit xvj. acr. terre in maritagium cum ipsa Editha de hereditate predicti Herwici patris[2] sicut etc. scil. illas xvj. acr. que uocantur Siwrdesfeld' et inquisicionem illam scire faciat tali die etc.

[1] See Br. f. 76 b.
[2] *Ricardi* struck out; supply *sui* (?). Edith's father is meant.

9. Preceptum fuit custodibus placitorum corone[1] in com. Wilt. quod in pleno comitatu recordari facerent recordum de loquela que fuit in eodem comitatu inter Thomam de Gumeges tenentem et Johannem de la Bere et Aliciam uxorem eius petentes de tercia parte feodi j. militis cum pert. in Eklesburnia, unde idem Thomas queritur falsum sibi factum fuisse iudicium in eodem comitatu etc., et quod summoneret Robertum de Creuequeor uicecomitem quod esset auditurus iudicium suum de hoc quod illud recordum non habuit etc. sicut ei in banco preceptum fuit. Et uicecomes uenit et dicit quod illud breue non potuit[2] prius, et ideo ad iudicium de eo. Et Ricardus de Durnefordia, Johannes de Chereburgo et alii duo milites ueniunt cum recordo pro comitatu et recordantur quod idem Johannes et Alicia tulerunt breue de recto de predicta terra scil. tercia parte super ipsum Thomam et tandem probata defalta curie eiusdem Thome secundum consuetudinem comitatus et ipso Thoma postea summonito ad ueniendum ad comitatum ad respondendum de eadem terra tandem post essonium factum comparuit idem ad comitatum qui fuit die Martis in ebdomada Pasche et peciit uisum terre et habuit et datus fuit ei dies ad proximum comitatum scil. die Martis proxima ante Ascensionem Domini ad quem | se essoniauit de malo ueniendi, et datus fuit ei dies de habendo waranto suo ad proximum[3] comitatum scil. die Martis proxima post Natiuit. S. Joh. ad quem comitatum se essoniauit de seruicio Dom. Regis et datus dies fuit ei dies de habendo waranto suo ad proximum comitatum scil. die Martis etc. qui fuit in crastino S. Jacobi ad quem diem Thomas nec uenit nec se essoniauit et Johannes et Alicia optulerunt se et pecierunt iudicium suum. Et quia Thomas non uenit nec se essoniauit consideratum fuit quod terra caperetur in manum Dom. Regis etc. et quod Thomas summoneretur quod esset ad proximum comitatum qui fuit die Martis proxima post Assumpcionem B. Marie ad quem comitatum uenit idem Thomas et tulit breue Dom. Regis de

Wilt.

[145 b.]

[1] Bracton, f. 75, cites this case from Easter A. R. 8, to show that if the sheriff be negligent, the writ may be sent to the coroners.

[2] Some word omitted. He could not execute the writ.

[3] *ad proximum* repeated.

warancia de primo comitatu scil. die Martis proxima post Nat. B. Joh. Bapt. et nullum warantum habuit de alio comitatu quando fecit defaltam per quam terra capta fuit etc. Et quia nullum warantum habuit de illo comitatu ad quem fecit defaltam, nec potuit sanare defaltam, consideratum fuit quod Johannes et Alicia recuperauerunt seisinam suam et Thomas haberet tale recuperare etc. et quod recordum tale sit offerunt etc. uel defendere etc.

Et Thomas uenit et dicit quod in parte recordantur bene et in parte male quia de hoc quod recordantur in omnibus usque ad crastinum S. Jacobi Apost. bene recordantur set ad hoc quod ad illum comitatum debuit ipse fecisse defaltam in hoc iniuste dicunt, quia ad illum comitatum uenit Robertus de Derl' seruiens suus et tulit breue de warancia de primo comitatu et duo homines sui essoniauerunt eundem Thomam iterum de seruicio Dom. Regis et responsum fuit eis a comitatu quod non potuit bis essoniare se de seruicio Dom. Regis et posuerunt iudicium in respectum usque ad proximum comitatum post Assumpcionem etc. ad quem idem Thomas uenit et tulit secundum breue Dom. Regis de warancia et comitatus nichilominus considerauit quod Johannes et Alicia recuperauerunt seisinam suam per defaltam, et quod tale sit recordum offert probare per corpus cuiusdam liberi hominis sui Jordani, qui hoc offert etc. sicut ille qui interfuit comitatui etc.

Et comitatus hoc defendit precise. Et uisa sunt breuia de warancia que idem Thomas protulit uicecomiti et recognitum est per data breuium quod primum breue factum fuit apud Aultonam xx. die Aug. et secundum breue factum fuit apud Salop. xij. die Octob. Et quia utrumque breue factum fuit post comitatus ad quos defalte facte fuerunt, consideratum est quod comitatus sit inde quietus eo quod Thomas concordat cum eis de omnibus diebus comitatus[1], et Thomas in misericordia pro falso clamore, et Robertus qui se facit testem et conuictus est de falso testimonio per data breuium custodiatur. Committitur eidem Thome habendum cum ad rectum.

[1] He does not dispute the dates.

Assisa uenit recognitura utrum unum mesagium cum pert. in Suthwlhenham sit libera elemosina pertinens ad ecclesiam Henrici persone de Suthluffenham uel laicum feodum Petri de Abbendona. Rotel.

Et Henricus qui tenet uenit et dicit quod ecclesia sua tenet illud mesagium de ipso Petro et idem Petrus semper recipit[1] redditum scil. duos sol. per ann. usque ad unum annum transactum, et idem Petrus nunquam aliquam inde seisinam habuit et ideo petit iudicium si debeat ad hoc breue respondere[2].

Et Petrus quesitus de cuius seisina petit illud mesagium dicit quod auus suus fuit ultimo et ideo seisitus perquirat[3] breue de recto si uoluerit et Henricus sine die.

Assisa uenit recognitura si Gaufridus le Gay iniuste et sine iudicio disseisiuit Henricum de Conhulla de libero tenemento suo in Thorlega infra assisam. Et Gaufridus dicit quod hayam illam unde assisa aramiata est tenuit ipse xl. anni transactis et est illa haya in marchia inter comitatus Essexie et Hertfordie et inde ponunt[4] se super iur' et Henricus similiter. Essex.

Juratores dicunt quod quedam haya communis fuit inter eos ita quod Henricus habuit hayam illam ad unum capud et Gaufridus ad aliud capud et Gaufridus intrauit in partem eiusdem Henrici et scidit hayam suam et alio loco scidit aliam unde dicunt quod de illa etc. iniuste disseisiuit eum et post terminum. Et ideo consideratum est quod Henricus recuperauit seisinam suam et Gaufridus in misericordia[5].

Simon de Berchestona petit uersus Ysobellam Guer feodum j. militis cum pert. in Siwefordia ut ius suum etc. Et Ysobella uenit et dicit quod non debet ad hoc breue respondere quia ipsa non tenet feodum j. militis immo Magister Militum Templi tenet j. uirg. terre in elemosina etc. Oxon.

Postea uenit Ysobella et dicit quod tenet terram illam in dotem unde Willelmus Guer qui est warantus suus de dote

[1] Corr. *recepit*.

[2] The layman has brought the assize. See Br. f. 285 b, as to [illegible] practice.

[3] Corr. *fuit ultimo seisitus. Et ideo perquirat* etc.

[4] Sic.

[5] See Br. f. 207 b. Pateshull held, though some did not, that the destruction of a boundary was disseisin.

sua est in Normannia et non audet uenire in Anglia et sine eo non potest respondere. Et Simon hoc cognoscit. |

[149.] 1023. Suff. Aunselinus filius Ade petit uersus Johannem filium Ade medietatem xliij. acr. terre cum pert. in Illegha ut ius suum et racionabilem partem suam que eum contingit de libero tenemento quod fuit Ade filii Hereberti patris eorum in eadem uilla etc.

Et Johannes uenit et defendit ius suum et quod terra illa non est partibilis nec unquam partita fuit et hoc offert ostendere sicut curia considerauerit.

Et Aunselinus uenit et dicit quod terra est partibilis et hoc bene patet quia Herebertus auus suus habuit duos filios Bartholomeum primogenitum et Adam predictum postnatum et Bartholomeus qui fuit primogenitus recepit ad partem suam totam terram patris sui in Gipewico et Adam qui fuit postnatus retinuit totam predictam terram in Illega et quod ita sit offert Dom. Regi dim. marc. pro habenda inde inquisicione.

Et Johannes dicit quod non est partibilis[1]. De terra de Gypewico dicit quod post mortem Hereberti aui sui tenuit Bartholomeus filius suus totam terram de Illegha integre per multos annos et terra in Gypewico partita fuit inter eundem Bartholomeum et Adam fratrem suum secundum consuetudinem uille sicut illa terra que fuit maritagium matris eorum et postea quando illa terra in Gypewico partita fuit uenit idem Adam et tantum locutus fuit cum Bartholomeo quod terra tota in Gypewico remansit integre eidem Bartholomeo et terra de Illega eidem Ade et alio modo nunquam partita fuit et inde ponit se super iuratam. Et Aunselinus similiter. Et ideo fiat inde iurata et ueniat tali die ad recognoscendum si predicta terra de Illegha sit partibilis ut socagium quod inter fratres partiri debet, et si predictus Adam recepit eandem terram pro parte sua de terra que fuit Swanillde matris etc. que terram illam tenuit in maritagium etc.[2]

1024. Suff. Geua que fuit uxor Ricardi filii Willelmi petit uersus Abbatem de Berdesleia terciam partem trium acr. terre et j. molend' cum pert. in Bromuico et uersus Abbatem de Hales

[1] No stop in MS. [2] For verdict see above, Case 703.

terciam partem xxv. acr. terre et j. molendini cum pert. in eadem uilla etc. et uersus Rogerum Oligant terciam partem j. uirg. terre cum pert. in eadem uilla etc. et uersus Reginaldum filium Petri terciam partem dim. uirg. terre cum pert. in eadem uilla, quas tercias partes ipsa Geua clamat in dotem etc. et unde ipsi omnes uocauerunt ad warantum Willelmum fratrem et heredem predicti Ricardi qui presens est per summonicionem etc. et dicit quod nullam terram habet unde warenciam posset facere et inde petit iudicium et non defendit cartam.

Et Abbates et omnes alii ueniunt et dicunt quod die quo uocauerunt ad warantum et quo summonitus fuit habuit ipse terram sufficientem unde warentizaret et si postea illam terram alicui commisit uel dedit hoc non debet eis nocere.

Et Willelmus cognoscit quod reuera habuit terram et quod post Natale Domini illam dimisit Henrico de Aldithelega. Et ideo consideratum est quod de terra que eidem Willelmo descendit et quam ipse tenuit faciat uicecomes eidem Geue escambium ad ualenciam predictarum terciarum parcium et Abbates et alii inde sine die et teneant in pace.

Assisa uenit recognitura utrum una uirgata terre cum pert. in Roinges sit libera elemosina pertinens ad ecclesiam Magistri Johannis de Reygat' de Roinges an laicum feodum Gaufridi *Beieudche*. Qui uenit et dicit quod non debet inde assisa fieri quia antecessores sui feofati fuerunt a conquestu Anglie ita quod tenerent de ecclesia illa et redd' ei per ann. x. sol. et bene cognoscit quod seruicium illud est libera elemosina ecclesie illius, set ecclesia illa nunquam tenuit terram illam in dominico et inde ponit se super assisam. Essex.

Et Magister Johannes dicit quod Siwardus pater eiusdem Gaufridi primo habuit terram illam et non habuit ingressum nisi per quemdam Petrum personam eiusdem ecclesie qui illam ei dimisit pro uoluntate sua et hoc bene patet, quia idem Siwardus aliquando dedit inde maiorem firmam aliquando minorem et inde ponit se super iuratam et Gaufridus similiter.

Juratores dicunt quod terra illa est feodum eiusdem ecclesie ita quod idem Gaufridus et antecessores sui semper

tenuerunt de ecclesia et nunquam audiuerunt quod ecclesia illam terram teneret in dominico, nec de ingressu per Petrum personam aliquid sciunt. De hoc quod firma augmentata fuit dicunt quod reuera mater eiusdem Gaufridi reddidit viij. sol. ut audiuerunt, et postea pro quodam conuiuio quod persona exigebat, accreuit firmam de duobus sol. Et dicunt quod idem Gaufridus est natiuus Comitis Warenne et de eo tenet in uilenagio aliud tenementum. Postea uenit Gaufridus et cognouit quod est uillanus Comitis Warenne[1].

Postea concordati sunt ita quod Gaufridus recognouit totam terram illam esse liberam elemosinam eiusdem ecclesie et illam reddidit eidem Johanni in eadem curia et pro illo recordo[2] idem Johannes concessit ei totam terram lucrabilem tenendam tota uita eiusdem Gaufridi reddendo per ann. x. sol. saluo eidem Johanni prato etc. et preterea idem Gaufridus dedit dicto Johanni duas marcas pre manibus etc. |

[149 b.] 1026. Leic. Willelmus Picot et Juliana uxor eius per attornatum eiusdem Willelmi petunt uersus Matillidem filiam Gaufridi terciam partem j. uirg. terre in Birstaudeby ut dotem ipsius Juliane unde Henricus de Gaunt quondam uir suus etc.

Et Matillis per attornatum suum uenit et dicit quod ipsi non debent inde dotem habere quia Matillis auia sua tenuit terram illam ut hereditatem suam et obiit inde seisita et ipsa defuncta remansit Gaufridus filius et heres suus cum eadem terra in custodia predicti Henrici domini sui ita quod Henricus nunquam habuit nisi custodiam cum ipso Gaufrido, et inde ponit se super iuratam.

Et Willelmus et Juliana dicunt quod ipsa iniuste hoc dicit quia Matillis predicta auia ipsius Matillidis habuit unum fratrem Alanum nomine cui due uirgate terre descenderant de Quenil' matre sua, et idem Alanus j. uirg. terre dedit in maritagium cum Matillide sorore eius de qua uirgata Philippus de Gaunt clamat seruicium uersus eandem Matillidem et aliam uirgatam terre retinuit sibi idem Alanus et illam dedit Henrico predicto uiro ipsius Juliane pro

[1] Villein status will not prevent Geoffrey from recovering the land from one who is not his lord. Br. f. 192.

[2] Corr. illa recognicione.

homagio et seruicio suo, et Henricus illam tenuit in feodo et non in custodia, et inde profert Philippus de Gaunt cartam predicti Alani que donum illud testatur. Et idem Philippus petit uersus eandem Matillidem duas partes illius uirgate terre cum pert. ut ius suum et similiter eandem terciam partem quam Juliana clamat ut ius suum et ut ille Philippus qui est heres et warantus Juliane de dote sua et ut illam uirgatam terre cum pert. unde Henricus predictus pater suus fuit seisitus ut de iure et in dominico et in feodo tempore R. Regis auunculi Dom. Regis capiendo inde expleta ad ualenciam v. sol. etc. et de illo Henrico descendit ius terre illius eidem Philippo ut filio suo et heredi suo et hoc offert etc. Et Matillis defendit ius suum et seisinam Henrici ut de feodo et totum etc. et ponit se in magnam assisam Dom. Regis et petit recognicionem fieri utrum ipsa maius ius habeat tenendi illam uirgatam terre cum pert. de ipso Philippo uel Philippus tenendi in dominico. Et ideo procedat assisa, et Juliana interim remaneat de dote sua quia si Philippus recuperet seisinam illam tunc habeat ipsa dotem suam sin autem nichil habeat.

927. Alicia que fuit uxor Arnulfi le Vineter petit uersus Johannem de Suthwerk et Matillidem uxorem eius unum mesagium cum pert. in Suthwerk ut dotem suam etc. unde nominatim dotata fuit. Surr.

Et Johannes et Matillis ueniunt et dicunt quod diuorcium factum fuit inter predictum Arnulphum et predictam Aliciam ad perquisicionem et uoluntatem ipsius Alicie coram Dom. Episcopo Wigornensi et inde profert litteras ipsius Episcopi patentes que hoc testantur et ideo dicunt quod non debet dotem habere.

Et Alicia hoc totum cognoscit et ideo Johannes et Matillis inde quieti et Alicia in misericordia etc.[1]

928. Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam de Crestinges que uacat etc. cuius aduocacionem Prior de S. Neoto clamat uersus Johannem Boscard. Et Johannes non uenit et fecit defaltam tali die etc. ita quod resummonitus Bed.

[1] Pr. f. 302.

fuit etc. quod esset tali die etc. et tunc se essoniauit de malo ueniendi et habuit diem per essoniatorem suum a tali die etc. usque etc. Et tunc non uenit Johannes set se essoniauit de seruicio Dom. Regis et essoniator non exspectauit iudicium suum. Et ideo consideratum est quod assisa capiatur per defaltam et Johannes in misericordia[1].

Juratores dicunt quod Prior de S. Neoto presentauit ultimam personam que mortua est scil. Johannem de Plessetto qui ultimo obiit persona in eadem ecclesia ad presentacionem eiusdem Prioris. Et ideo consideratum est quod Prior recuperauit seisinam suam, et Johannes in misericordia. Et habeat breue ad Episcopum etc.

1029. Dominus E. Londoniensis Episcopus[2] petit uersus Simonem
Midd. Blundum xv. acr. terre cum pert. in Stibbeheye et uersus Theodoricum de Halegate xvij. acr. terre et dim. et j. perticatam cum pert. in eadem uilla et uersus Gaufridum Pistorem j. acr. terre cum pert. in eadem uilla et uersus Gaufridum Clericum v. acr. terre cum pert. in eadem uilla et uersus Simonem Mercatorem vj. acr. terre cum pert. in eadem uilla et uersus Johannem Katerme j. mesagium cum pert. in eadem uilla ut ius ecclesie sue et ut illas unde Gilibertus Foliot quondam Episcopus Londoniensis[3] predecessor suus fuit seisitus ut de uilenagio suo et ecclesie sue tempore H. Regis aui Dom. Regis capiendo inde expleta ad ualenciam v. sol.

Et Simon uenit et defendit ius suum etc. et dicit quod Robertus filius Radulfi clerici de Stibbeheye dedit ei terram illam pro seruicio suo per cartam suam quam profert et dicit quod Radulfus frater predicti Roberti et heres suus deberet terram illam ei warentizare, set Dom. Episcopus tenet eum[4] extra hereditatem fratris sui, et si haberet hereditatem suam libenter eum uocaret ad warantum, et petit iudicium si debeat respondere antequam idem Radulfus habeat hereditatem suam, et profert cartam eiusdem Roberti que donum illud testatur. Profert eciam cartam Willelmi quondam Londoniensis Episcopi[5] que confirmat eidem Simoni eandem

[1] Br. f. 239.
[2] Eustace of Fauconberg.
[3] Ob. 1188.
[4] Ralph.
[5] William of S. Mary's Church, 1199–1221.

terram prout carta predicti Roberti testatur, et petit iudicium si super hoc debeat respondere.

Et Johannes uenit et uocat inde ad warantum Radulfum predictum qui presens est, et dicit quod non habet inde diem. |

Et Episcopus dicit quod desicut Simon non uocat inde [150.] aliquem ad warantum nec aliquid dicit nisi quod ostendit cartas quasdam petit iudicium si hoc debeat ei nocere.

Postea uenit Simon et uocat inde ad warantum predictum Radulfum qui presens est et dicit quod nullum diem habet. Et ideo datus est ei dies de warantia etc. Idem dies datus est Simoni, Roberto etc.

Et Robertus et Gaufridus Pistor et Gaufridus Clericus dicunt quod non debent ad hoc breue respondere quia ipsi nullam terram tenent in Stibheye, immo terra quam ipsi tenent et quam Episcopus posuit in uisu suo est in Akeneya que est uilla per se[1].

Et Episcopus dicit quod illa uilla est membrum de Stibheye et ibi faciunt uillani operaciones suas et coram iusticiariis itinerantibus respondent in communi cum hominibus de Stibheye. Post uenerunt Robertus, Gaufridus, et Gaufridus et uocauerunt inde ad warantum predictum Radulfum. Datus est dies etc.

0. Assisa uenit recognitura si Bartholomeus filius Eustachii Rotel. iniuste et sine iudicio disseisiuit Willelmum filium Henrici de libero tenemento suo in Piltona post ultim' etc. Et Bartholomeus uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri quia dictus Willelmus non tenuit tenementum illud nisi in uillenagium et uillanus eius est et facit[2] ei omnes consuetudines sicut arruras et alias, et dicit quod non potest filiam suam maritare nisi per licenciam domini sui etc.

Et Willelmus filius Henrici uenit et dicit quod liber homo est et quod tenet tenementum suum libere et quod alias implacitauit in curia Dom. Regis sicut liber homo de predicto tenemento scil. de seruiciis et huiusmodi et inde trahit rotulos Dom. Martini de Patteshulla ad warantum et similiter quoddam breue quod idem Martinus scripsit manu

[1] Stepney and Hackney. [2] *facet*, MS.

sua et missum fuit uicecomiti Rotel. pro eodem placito, et quod breue clericus uicecomitis monstrauit etc. Dies datus est de audiendo iudicio suo etc. tali die etc.

Ad diem illum recordatur curia apud Westmonasterium quod idem Willelmus tempore J. Regis apud Bed' conuictus fuit quod debuit uillanas consuetudines de tenemento illo sicut arare, falcare, et multa alia ad cibum proprium, et quod non potuit filiam uel sororem maritare sine licencia domini sui. Et ideo consideratum est quod assisa noue disseisine non iacet eo quod tenementum non est liberum[1], et ideo Willelmus in misericordia. Et si uoluerit placitet in manerio per breue de recto.

1031. Coron. Bed. Matillis de Hecham appellat Willelmum etc. et infra[2]. Et iuratores ueniunt et dicunt quod quidam sunt culpabiles de facto quod eis imponitur et quidam illorum non sunt culpabiles de facto illo, set male creduntur de aliis maleficiis et latrociniis. Et quia posuerunt se super patriam de bono et malo tam de aliis factis quam de hoc facto de quo rettati sunt et patria eos non acquietat ideo suspendantur etc.[3] |

[150 b.]

PLACITA APUD WESTMONASTERIUM DE TERMINO S. HILLARII ANNO REGNI REGIS HENRICI NONO[4].

1032. North. Assisa uenit recognitura si Willelmus Tylli, Robertus filius Roberti etc. et infra[5] disseisiuerunt iniuste et sine iudicio Magistrum Hospitalis S. Johannis de Norhamtona[6] de libero tenemento suo in Norhamtona post ultim' etc., et Willelmus et omnes alii ueniunt et bene concedunt assisam.

Juratores dicunt quod uiderunt Magistrum Hospitalis seisitum de quadam placia ut de libero tenemento suo que

[1] It is needless to decide the question of status.

[2] *et infra* means that the copyist is abridging the record. The point of the extract is that some of the appellees are hanged for crimes other than that charged in the appeal.

[3] Nearly half of f. 150 is left blank.

[4] For this term see Coram Rege Roll No. 22. The two first cases probably come from an Assize Roll.

[5] Probably some other names are here omitted.

[6] Monast. vol. 6, p. 770.

ei liberata fuit de purprestura facta coram iusticiariis itinerantibus per j. den. reddendum per annum, et bene sciunt quod quando quedam brecca[1] cecidit hoc anno de muro predicti Willelmi et alii prohibuerunt ne idem Magister illam breccam repararet et clauderet, et hoc fecerunt semel et iterum ita quod Magister illam claudere non potuit, et unde dicunt quod iusticiarii itinerantes liberauerunt Domui Hospitalis placiam illam reddendo per annum etc. Et ideo consideratum est quod Magister recuperauit seisinam suam et omnes alii in misericordia. Preceptum est uicecomiti etc.[2]

Assisa uenit recognitura si Alexander filius Philippi iniuste et sine iudicio disseisiuit Willelmum de Shinclesho et Holdiardam uxorem eius de libero tenemento suo in Bramfeldia post ultimum redditum etc. Et Alexander non uenit etc. et uicecomes dicit quod non est inuentus et quod nullum habet balliuum et ideo assisa capiatur per defaltam etc. Norht.

Juratores dicunt quod quidam Warnerus uicarius ecclesie de Bramfeldia tenuit tenementum illud ut elemosinam ecclesie sue et illud dedit in maritagium cum quadam Alicia filia sua cuidam Philippo patri Alexandri et idem Philippus tenuit illud in pace et non uisum fuit ei quod sufficientem haberet warantum et peciit ab eodem Warnero ut ei habere faceret confirmacionem Prioris S. Andree[3] patronati ecclesie eiusdem, et Prior ad peticionem Warneri confirmauit eidem Philippo et Alicie terram illam, et postea deuenerunt idem Philippus et Alicia pauperes et Willelmus predictus concubuit cum quadam filia eorundem Philippi et Alicie et in tantum processit inter eos quod ipsi Philippus et Alicia posuerunt se in consilio predicti Willelmi cum eadem terra, et Willelmus ut custos tenuit terram illam et inuenit eis estouerium suum, et interim infirmabatur idem Philippus et tercio die ante mortem suam fecit eidem Willelmo cartam suam de feofamento et obiit et Alicia remansit in custodia eiusdem Willelmi cum eadem terra et

[1] A breach.
[2] A continuance of possession may [illegible] Br. f. 162.
[3] Northampton. Monast. vol. 5, p. 185

aliquando attornauit ipsum Willelmum ad respondendum pro ea de eadem terra. Defuncta Alicia uenit Alexander filius eiusdem Philippi sicut masculus et heres Philippi ut dixit et posuit se in terram illam et disseisiuit ipsum Willelmum. Et quesiti si Philippus obiit seisitus dicunt quod obiit in custodia Willelmi et quod Alexander tulit breue de morte antecessoris de eadem terra super eundem Willelmum. Et quia Alexander non uenit nec aliquid clamat in terra illa et recognitum est quod Willelmus fuit in seisina siue iuste siue iniuste, consideratum est quod Willelmus habeat talem seisinam qualem prius habuit, saluo cuiuslibet iure etc.

1034. Berks. [1]Reginaldus Morin per attornatum suum petit uersus Henricum de Wrthe iiij. hidas terre cum pert. in Wrthe ut ius suum unde Adam Camberlanus auus suus fuit seisitus ut de feodo et iure et in dominico tempore H. Regis qui fuit auus aui Dom. Regis scil. anno et die quo obiit capiendo inde expleta ad ualenciam v. sol., et de Ada descendit ius terre illius Cecilie filie sue et de Cecilia ipsi Reginaldo ut filio et heredi suo etc. et hoc etc.

Et Henricus uenit et defendit ius suum nunc et alias quando etc. set non debet ei ad hoc breue respondere quia Adam habuit duas filias scil. Ceciliam et Aliciam et Alicia habuit unam filiam Julianam nomine que adhuc uiuit et ideo sine ea non uult respondere nisi curia considerauerit.

Et Reginaldus cognoscit quod reuera Adam habuit duas filias sicut predictum est, set Alicia obiit sine herede de se de uiro desponsato et bene potest esse quod Juliana fuit filia sua de suinecagio et ideo hoc non debet ei nocere etc.

Et Henricus dicit quod Juliana fuit de uiro desponsato presertim de quodam Jordano qui fuit pater suus et nata fuit in Oxonia et ideo uicecomes Oxonie habeat Petrum de Cumerse et ipsam Julianam uxorem eius tali die etc. ad cognoscendum si quid clamant in terra illa etc. Idem dies[2] est partibus[3].

Berca. Idem Reginaldus petit uersus Radulfum de Henton dim. hidam terre cum pert. in eadem uilla ut ius suum etc.

[1] B. m. 1 d.
[2] Supply *datus*, B.
[3] Bracton, f. 374, cites this case.

et Radulfus uenit et uocat inde ad warantum predictum Henricum qui ei warentizauit et respondit sicut prius etc. Et loquela inter eundem Reginaldum et Johannem Mercatorem de dim. hida terre in eadem uilla remanet sine die quia Johannes obiit.

5. [1]Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam de Welletona que uacat ut dicitur cuius aduocacionem Prior de Grimesby[2] clamat uersus | Conanum de Welletona qui uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri quia Basilia auia sua disracionauit aduocacionem illam per finem duelli et preterea presentauit clericum suum quemdam Thomam nomine qui inde obiit persona ad presentacionem suam, set re uera idem Prior postea dum idem Conanus fuit infra etatem et in custodia presentauit Petrum de Bathonia qui ultimo obiit persona. Et quia cognoscit ultimam presentacionem eiusdem Prioris consideratum est quod Prior recuperauit presentacionem suam et si Conanus ius habeat perquirat se si uoluerit et sit in misericordia. Linc. [151.]

6. [3]Willelmus de Haueringes[4] petit uersus Hugonem le Bigod Comitem Norfolcie manerium de Haueriete cum pert. et ius suum unde Willelmus auus suus fuit seisitus ut de feodo et iure et in dominico tempore H. Regis qui fuit auus Dom. Regis scil. anno et die quo obiit capiendo inde expleta ad ualenciam xx. sol. etc., et de ipso Willelmo descendit ius illius terre Simoni filio suo et patri istius Willelmi et de ipso Simone huic Willelmo ut filio et heredi suo et hoc offert etc. Norf.

Et Comes uenit et defendit ius suum nunc et alias quando defendere debebit, set dicit quod non debet inde respondere sine Dom. Rege[5] quia profert cartam[6] Dom. H. Regis aui Dom. Regis que testatur quod ipse facit Hugonem Bigod Comitem Norfolkie scil. de tercio denario de Nortwiche et de Nortfolkia etc. et quod recognouit rectum eiusdem Hugonis de iiij. maneriis scil. de Ersham, de Walsham, de Haueriete et de Aclay cum berecariis, et hec

[1] B. m. 1. Bracton, f. 244, cites this case.
[2] Grimesby, B. Monast. vol. 6, p. [illegible]
[3] B. m. 1.
[4] *Auerenches*, B.
[5] Br. f. 382 b.
[6] Dugd. Bar. vol. 1, p. 132.

quatuor maneria predicta cum omnibus pertinenciis suis ei reddidit et dedit et concessit sibi et heredibus suis de eodem Dom. Rege et heredibus suis tenenda cum soch etc., et concedit ei omnia tenementa sua de cuiuscunque feodo sint que racionabiliter adquisiuit, quare uult etc. Unde idem Comes dicit quod Dom. Rex debet illud manerium ei warentizare et si curia considerauerit quod super hoc debeat respondere dicet aliud et sufficienter ostendet quod idem Willelmus nullum ius habet.

Et Willelmus dicit quod carta illa non debet ei nocere quia ipsa facta fuit tempore guerre Regis Stephani et Dom. Rex Henricus illam fecit per uoluntatem suam et contra iusticiam quia auus suus obiit inde seisitus et preterea continetur in carta quod concedit ei omnia tenementa que racionabiliter adquisiuit et non adquisiuit illud manerium racionabiliter et ideo non debet carta ei nocere.

1037. Essex. [1]Jurata uenit recognitura utrum mercatum Ricardi filii Simonis de Dunrawe[2] sit ad nocumentum[3] G. Com' Gloucestrie et Hertfordie[4] de Berdefeldia[5]. Et Ricardus uenit et dicit quod inquisicio non debet inde fieri quia Dom. Rex concessit ei mercatum suum apud Dunrawe per diem Martis si non esset ad nocumentum uicinorum mercatorum et per uicecomitem facta fuit inquisicio per tres hundredos quod non fuit ad nocumentum alicuius mercati, unde mercatum suum ei remansit sine alicuius contradiccione et mercatum Comitis est per alium diem, scil. per diem Sabbati, et ideo petit iudicium si super inquisicionem prius factam debeat alia inquisicio fieri desicut sunt per diuersos dies. Dies datus est etc.[6]

1038. Berceir. Dies datus est Willelmo de Windesores et campioni suo qui uenit armatus uersus Bartholomeum de Chiltona de placito terre ut de die in diem in crastino Purif. B. Marie eo quod Bartholomeus nullum campionem produxit quia ut dixit recessit[7] ab eo per premium quod aduersarius suus ei dedit[8]. Ad diem illum quia Bartholomeus non produxit

[1] B. m. 2.
[2] *Dunmawe*, B.
[3] Supply *mercati*, B.
[4] Gilbert of Clare.
[5] Bardfield not far from Dunmow.
[6] See Br. f. 235.
[7] The champion changed sides.
[8] No stop in MS.

campionem suum nec aliud ostendit quod de eo male contigerit propter quod duellum facere non possit, consideratum est quod Willelmus eat inde quietus de eodem Bartholomeo et heredibus suis in perpetuum et Bartholomeus in misericordia.

[1]Preceptum fuit uicecomiti quod haberet coram etc. corpora Willelmi de Hokescur' et Erneburge uxoris eius ad respondendum Annore filie Johannis de xxx. acr. terre cum pert. in Hokesor' quas ipsa clamat uersus eos ut ius suum etc. et unde ipsi essoniauerunt se de itinere in terram sanctam et unde eadem Annora questa fuit quod ipsi Willelmus et Erneburga iter non arripuerunt et quod fuerunt in com. Sath. etc. Sath.

Et Willelmus uenit et dicit quod uxor eius est in terra sancta et quod Dom. Papa absoluit eum de itinere illo pro infirmitate sua. Et Annora non potest hoc dedicere et alias remansit loquela sine die et ideo adhuc sine die usque ad reditum Erneburge.

[2]Walterus de Baintona petit uersus Eudonem de Karleolo duas carue. terre cum pert. in Cumbresdale et in Cumquintin ut ius suum unde quidam Hyldredus antecessor suus[3] fuit seisitus ut de feodo et iure | et in dominico tempore H. Regis qui fuit auus aui Dom. Regis scil. anno et die quo obiit, et de ipso Hayldredo descendit ius terre illius tribus filiabus Suminne Matillidi et Truyte. Suminna habuit unum filium Robertum nomine patrem ipsius Walteri, Matillis habuit unum filium Ricardum Mariscallum patrem Dauid Mariscalli qui adhuc uiuit, Truta iunior filia habuit unum filium Ricardum nomine et idem Ricardus habuit unum filium Ricardum nomine patrem Margarete uxoris Roberti de Warchille, et quia Dauid Marescallus et Margareta predicta habent racionabiles partes suas de hereditate predicti Hayldredi petit ipse predictas duas carue. terre ut partem suam que eum[4] contingit de predicta hereditate sicut ille qui uenit de predicta Suminna filia primogenita predicti Hyldredi. Cumberlan. [151 b.]

[1] B. m. 2 d.
[2] B. m. 1 d.
[3] *Hildreda aui sui*, B.
[4] *suum que eum*, MS.

Eudo uenit et defendit ius suum nunc et alias quando defendere debebit set non uidetur ei quod debeat ad hoc breue respondere quia continetur in breui quod reddat ipsi Waltero et Dauid et Margerie predictas duas caruc. terre in communi et predicti Dauid et Margeria nominati in breui non ueniunt et desicut idem Walterus petit totam terram illam per se cum non potest de iure petere nisi partem suam si quid iuris haberet non uult ad hoc breue respondere nisi curia considerauerit, et si curia considerauerit quod debeat ad hoc breue respondere, dicet aliud.

Et Walterus dicit quod Dauid et Margeria tenent se contentos de partibus suis quas habent et ideo pon'[1] totam terram illam quia idem Eudo nullam partem habere debet de terra illa.

Eudo conuentus utrum uellet respondere eidem Waltero de tercia parte eiusdem terre an predicto Waltero et participibus suis de toto, respondit quod uoluit de toto respondere cum participibus et ideo etc.

Dies datus est etc. et [2]tunc uenire faciat idem Walterus eos uenire[2] si uoluerit.

1041. Norf. [3]Petrus de Herefordia attachiatus fuit ad respondendum Ricardo filio Thurilli quare ipse cepit Ricardum et eum inprisonauit[4] et coegit ad redempcionem j. marce etc. Et Petrus uenit alias et defendit capcionem et inprisonacionem, set dixit quod uillanus fuit et quod subtraxit ei uillasias[5] consuetudines suas per quod distrinxit eum quod faceret ei consuetudines suas per aueria sua capienda etc. Et Ricardus dixit quod liber homo fuit et libere tenuit, et probatus[6] libertatem suam probare, ita quod dictum fuit utrique eorum scil. Petro quod probaret ipsum esse uillanum et Ricardo quod probaret se esse liberum, et inde datus est eis dies ad hunc terminum. Et preceptum fuit uicecomiti quod uenire faceret sex liberos et legales etc. de proximo uisneto ad recognoscendum simul cum parentibus ipsius Ricardi quas consuetudines et que seruicia idem Ricardus et antecessores

[1] Corr. *petit*, B.
[2–2] *Walterus tunc faciat eos uenire*, B.
[3] B. m. 2 d.
[4] *et inprisonauit* repeated.
[5] Sic, B.
[6] Corr. *paratus fuit*, B.

sui fecerunt predicto Petro et antecessoribus suis de tenemento quod idem Ricardus tenet de eodem Petro in Pancwrthe, et si Agnes uxor Gaufridi Baret soror predicti Ricardi finem fecit cum patre ipsius Petri per decem solidos de merchetto[1] suo ut idem Petrus dicit. Et Ricardus uenit et producit parentelam suam scil. quemdam Reginaldum filium Petri qui dicit quod Editha mater sua[2] soror predicti Thurkilli patris Ricardi ex parte patris et matris[3] et quod liber homo est.[4] Producit eciam Humfridum fratrem eiusdem Reginaldi. Producit eciam Petrum filium predicte Agnetis sororis sui et omnes isti dicunt quod liberi homines sunt et ita parentes eius.

Et Petrus uenit et dicit quod iniuste faciunt se liberos quia quidam Wlmerus Bose fuit uillanus Rogeri de Ulmo, et idem Wlmerus habuit unum filium Willelmum nomine qui similiter fuit uillanus et dedit xx. sol. per sic quod intrare posset quoddam uilenagium ad quandam Aluenam que fuit uillana in Uphal', et de Willelmo uenit Thurkillus filius suus pater predicti Ricardi, et de eadem Aluenya, que fuit similiter uillana. Et producit quemdam Ordgarium qui dicit quod Ricardus auus predicti Ricardi ex parte matris eiusdem Ricardi et Athelina mater eiusdem Ordgarii fuerunt fratres et sorores et cognoscit quod uillanus est. Producit eciam Simonem Grym qui eodem modo est parens Ricardi sicut Ordgarius scil. ex parte matris et est uillanus. Producit eciam Gaufridum filium Radulfi qui Radulfus fuit frater Ricardi aui predicti Ricardi ex parte matris et dicit quod est uillanus. Producit eciam Reginaldum filium Ranulfi qui dicit quod Alditha auia sua fuit soror predicti Ricardi aui istius Ricardi ex parte matris et est uillanus. Producit eciam Willelmum Fabrum eodem modo ex parte matris et cognoscentem se esse uillanum. Producit eciam Radulfum Brun et Osbertum Coc qui duxerunt in uxores duas sorores filias Ricardi filii Wlfridi qui[5] Wlfridus fuit filius Godefridi fratris Bonde et fratris Wluine auie Ricardi et omnes dicunt

[1] Corr. *mercheto*, *mercketio*, B.
[2] supply *fuit*, B.
[3] Full stop, MS.
[4] No stop, MS.
[5] What follows is wanting in B. Probably it was on a schedule attached to memb. 2.

quod uillani sunt. Et Petrus quesitus si quam parentelam habet ex parte patris eiusdem Ricardi dicit quod non quia Thurkillus pater suus non fuit natus in terra sua immo uenit uillanus ad terram suam etc. |

[152.] Et Ricardus cognoscit quod omnes illi sunt parentes sui ex parte matris sue et bene potest esse quod sunt uillani set Thurkillus pater suus fuit liber homo et libere tenementum suum cepit cum Cristina matre sua cui terra illa descendit iure hereditario de Ricardo patre suo et auo istius Ricardi cui quidam Gote Stiward terram illam dederat pro seruicio suo et hac racione tenet libere.

Et Petrus dicit quod predictus Gote terram suam tenuit in uilenagio et fuit uillanus et omnes antecessores hominum suorum uillani fuerunt et in uilenagio tenuerunt et petit sibi allocari quod idem Ricardus cognoscit parentelam suorum uillanorum ex parte matris sue per quam idem Ricardus clamat libertatem tenementi sui.

Et Radulfus de Verby, Robertus Blundus et alii plures liberi homines de uisneto, et preterea predicti Reginaldus filius Petri et Humfridus filius Petri parentes Ricardi quos ipse producit, et Gaufridus, Ordgarius et alii parentes Ricardi ex parte matris quos Petrus producit iurati dicunt quod idem Ricardus tenet de eo xij. acr. terre reddendo per ann. xij. den. et debet arare ter in anno si habet dim. carucam[1], si integram carucam per sex dies ad cibum Petri, si nullam carucam habet non debet arare, et dare j. gallinam ad Natale et ad Pascha v. oua, si habet aueria cuncia ad pasturam, sin autem non dabit oua nec gallinam, et sarclare per dim. diem sine cibo uel ad integrum diem cum cibo ad uoluntatem Petri et dabit haywardo semel in anno non mete[2] et dabit taillagium cum alii homines eiusdem uille taillati fuerint quandoque plus quandoque minus sicut alii, et debet ferre denar'[3] domini sui apud Londoniam et ad maneria domini sui ad custum eiusdem Ricardi, et si inuenerit dominum suum apud Londoniam uel ad manerium[4] suum manducabit

[1] Half a team of oxen.

[2] He must give the hayward noon-meat, dinner (?).

[3] He must carry his lord's money, perhaps the rents when collected, to London.

[4] MS. has *adenaar'*; *ad manerium* is conjectural.

cum eo, item eodem modo si deferat breuia, ita[1] in autumpno cariabit bladum domini sui per j. diem ad cibum cum caretta si habuerit et infra[2], item non potest filiam suam maritare sine licencia domini sui, et omnes istas consuetudines faciunt omnes uillani eiusdem Petri de eadem uilla. Item de Agnete sorore Ricardi si dedit merchetum dicunt quod nesciunt. Et quesiti quomodo sciunt quod debet dare merchetum et si antecessores Ricardi unquam aliquid dederunt[3], dicunt quod Cristina mater eius dedit xviij. den. pro quodam puero quem habuit de quodam molendin', et de filia Hugonis clerici que data fuit de eodem tenemento ij. sol. et de sorore eiusdem Alicie xvj. den. Postea uenit Ricardus et cognoscit omnes istas consuetudines et quod uillanus est. Et ideo Petrus inde quietus et Ricardus committitur ei ut uillanus suus et sit in misericordia pro falso clamore. finem fecit etc.[4]

2. Margeria que fuit uxor Radulfi de Dina petit uersus Rogerum de Torpel terciam partem feodi dim. militis cum pert. in Corby ut dotem suam unde predictus Radulfus quondam uir suus eam dotauit etc. die etc. Linc.

Et Rogerus uenit et dicit quod semper optulit ei dotem suam et adhuc offert set ipsa noluit recipere quia ipsa non potuit habere medietatem j. capitalis mesagii. Et ipsa hoc cognouit et ideo in misericordia pro falso clamore et habeat seisinam suam de tercia parte cum competenti mesagio[5].

3. [6]Margareta Bagot per attornatum suum petit uersus Rogerum Marcel quod ipse acquietet eam de seruicio quod Millesanta de Staffordia exigit ab ea de libero tenemento suo quod de eo tenuit in Blumhilla etc. unde idem Rogerus qui medius est inter eos illam acquietare debet etc. ut dicit et unde queritur quod per defectum eiusdem Rogeri distringitur etc. ita quod ipsa[7] pro releuio ipsius Rogeri quod ipse debet Rogero de la Schuche pro eodem tenemento quod ipsa tenet Staff.

[1] Corr. item.
[2] Probably some other details are omitted.
[3] Observe the stress laid on the payment.
[4] See Br. f. 5, 194. The child of a free father and bond mother who dwell in the villein tenement, is bond.
[5] Br. f. 97 b. This is Fitz. *Dower*, 196.
[6] B. m. 5 d. Bracton, f. 85, cites a later stage of this action.
[7] Supply *distringitur*, B.

de eodem Rogero Marcel et quod feodum Rogerus de la Suche tenuit de Heruico Bagot filio et herede Milisante de Staffordia que iam mortua est.

Et Rogerus uenit et cognoscit quod ipsa Margereta facit ei quicquid facere debet et defendit precise quod per defectum eius nunquam districta fuit quia nunquam ad eum uenit nec aliquid ei inde ostendit et concedit quod ei pacem habere faciat et dicit quod tenet de Rogero la Suche qui presens est et hoc cognoscit et dicit quod tenet de Heruico Bagot et ei fecit quicquid facere debet, et petit quod Heruicus summoneatur ad ostendendum quare distringit feodum ipsius Rogeri in Blumhulla etc. desicut idem Rogerus fecit eidem Heruico quicquid facere debet de eodem tenemento et sit tali die etc.

Et preterea preceptum est uicecomiti quod occasione et dilacione postpositis distringat ipsum Rogerum la Suche ut deliberet aueria predicte Margarete que capta sunt etc. pro seruicio ipsius Rogeri Marcel de quo ipsa tenet etc. |

[152 b.] 1044. Kent. [1]Ricardus filius Reginaldi et Roysia uxor eius petunt uersus Robertum filium Walteri septies uiginti acr. terre cum pert. in Lewes[2] ut ius eiusdem Roysie unde Roysia de Douera auia sua fuit seisita ut de feodo et iure et in dominico tempore H. Regis aui Dom. Regis capiendo inde expleta ad ualenciam xx. sol. etc., et de Roysia descendit ius terre illius Roberto filio suo et de Roberto ipsi Roysie ut filie et heredi suo et quod ita sit etc. offert etc.

Et Robertus uenit et defendit ius suum quando defendere debebit set dicit quod habet participes sine quibus non potest respondere scil. Ricardum de Monte Ficheto et Ricardum de Humframuilla quibus terra illa descendit in parte.

Et Ricardus et Roysia dicunt quod Ricardus de Umframuilla et alii non debent expectari quia nullum[3] eorum ius habent[4] in terra illa nisi ipsa Roysia eo quod terra illa ei descendit iure hereditario de Ricardo Lucy, quia idem Ricardus habuit et tenuit terram illam ut ius et hereditatem suam, et de eo descendit terra illa Gaufrido filio suo. Idem Gaufridus habuit duos filios Ricardum et Herbertum et

[1] B. m. 4 d.
[2] *Lewes*, B.
[3] Corr. *nullus*, B.
[4] Corr. *habet*, B.

unam filiam Joesiam[1] predictam auiam suam, et quia Ricardus et Herbertus obierunt sine herede de se siue de corporibus suis descendit terra illa predicte Roysie que inde fuit seisita sicut predictum est et ideo non debet aliquis expectari quin idem Robertus respondeat.

Et Robertus dicit quod Matillis mater sua et Aleisia mater Ricardi de Umfranuilla et Auelina auia Ricardi de Muntfichet fuerunt sorores et Matillis et Auelina habent partes suas de illa hereditate et in seisina fuerunt et ideo non uult respondere nisi curia considerauerit sine predictis Ricardo et Ricardo participibus suis[2], et si debeat sine eis respondere dicet aliud.

Consideratum est quod Ricardus de Umfranuilla summoneatur quod sit tali die ad respondendum simul cum ipsis Ricardo[3] et Ricardo participibus suis de predictis terris si uoluerit[4] etc.

5. [4]Rogerus de Torpel petit uersus Matillidem de Diua quod faciat ei consuetudines et recta seruicia que ei facere[5] de libero tenemento suo quod de eo tenet in Eringtona, Uptona, et Bartona, unde idem Rogerus petit quod faciat ei seruicium j. militis de terra de Eringtona et seruicium octaue partis j. militis de terra de Bartona et seruicium octaue partis j. militis de terra de Uptona postquam terra illa seruicium faciat[6] eo quod terra illa est maritagium et non prouenit ad tercium heredem, et unde Rogerus dicit quod ipsa Matillis facit[7] homagium de terris illis Asceline matri sue que fuit primogenita soror eiusdem Matillidis et predicta seruicia ei fecit et hoc offert etc. Cantebr. Linc. North.

Et Matillis dicit per attornatum suum quod tenet de Dom. Rege in capite feodum dim. militis de baronia Peuerelle et fecit inde homagium suum et sine eius licencia non audet recedere de homagio Dom. Regis. De predictis seruiciis defendit ipsa precise quod non tenet de matre eiusdem Rogeri nec ei seruicium uel homagium uel fidelitatem fecit set semper tenuit et adhuc tenet de capitalibus dominis feodorum

[1] Corr. *Roesiam*, B.
[2] See Br. f. 430.
[3] Corr. *Roberto*, B.
[4] B. m. ½ d.
[5] Supply *debet*.
[6] Corr. *faciet*, B.
[7] *fecit*, B.

illorum, et quod nunquam de ea tenuit nec de Rogero nec seruicium eis fecit offert defendere sicut curia considerauerit.

Et Rogerus producit sectam sufficientem quod ipsa fidelitatem fecit Asceline matri sue et quod ei seruicia sua fecit.

Et Matillis per attornatum suum defendit contra eum et contra sectam suam, et dicit quod terram tenet de Ergingtona de Comite Gloucestrie, et Uptonam tenet de herede Roberti de Neouilla et terram de Bartona de Oliuero de Aeincurt et inde uocat eos ad warantum.

Et ideo omnes illi waranti summoneantur quod sint tali die etc. ad cognoscendum si predicta Matillis fecit eis seruicium suum de predictis terris, unde Rogerus de Torpel dicit quod ipse fecit homagium suum pro omnibus terris illis et quod ipsa Matillis fecit fidelitatem de illis Asceline matri sue et seruicia sua etc.

1046. Norf. [1]Assisa xxiiij. ad conuincendum xij. inter H. de Burgo Justiciarium querentem et Hugonem de la Sike et Beatriciam uxorem eius de vij. acr. terre in Caustona ponitur in respectum usque loquatur cum Dom. Justiciario quia Hugo mortuus est, et xij. iuratores super quos uenit assisa eant sine die[2].

1047. Kent. [3]Egidia de Merel' per Willelmum de Trotecline qui se facit attornatum suum per quatuor milites etc. petit uersus Gaufridum de Merel' quod warentizet ei octauam partem feodi j. militis cum pert. in Merel' quam tenet et de eo tenere etc. |

[153.] Et Gaufridus uenit et bene ei warentizat, set quia incertum est utrum Willelmus sit attornatus Egidie uel non datus est eis dies etc. pro defectu trium militum qui non uenerunt scil. etc. et ideo uicecomes habeat corpora eorum tali die etc.

1048. Kent. [4]Felicia de Pesinges pro se et pro Waltero de Dompit et Emma uxore eius et Cristina et Juliana sororibus ipsius Felicie quorum loco etc. petit uersus Graalandum filium

[1] B. m. 4 d.

[2] According to Bracton, f. 294, the law had recently been altered so that the death of a party would not prevent an attaint.

[3] B. m. 5 d.

[4] B. m. 5 d.

Agnetis, Gilibertum de Bramptona etc. et infra[1] quos Reginaldus de Cornhulla uocauit ad warantum et qui ei warentizauerunt xx. acr. terre cum pert. in Godwinestona ut ius ipsarum Felicie [2]etc. et infra[2] unde Rogerus pater earum fuit seisitus ut de feudo et iure et in dominico tempore H. Regis aui Dom. Regis capiendo inde expleta ad ualenciam v. sol. et de ipso Rogero descendit ius terre illius Roberto, Radulfo, Ricardo filiis suis, et quia omnes mortui sunt sine heredibus de corporibus suis, descendit ius terre illius ipsis Felicie et sororibus suis et hoc offert etc.

Et Graalandus et alii per attornatum suum ueniunt et defendunt ius earum et seisinam Rogeri etc. et totum etc. et ponunt se in magnam assisam Dom. Regis.

Et Felicia pro se et pro aliis dicit quod assisa non debet inde fieri quia ipsi sunt de uno stipite et parentes per quod assisa non debet inde fieri, quia predictus Rogerus pater earum et Philippus frater suus fuerunt filii cuiusdam Rannulfi, et Philippus habuit partem suam de hereditate eiusdem Rannulfi, et idem Philippus obiit sine herede de se, et predicta Diamanda et Agnes mater predicti Graalandi et Alicia predicta fuerunt sorores ipsius Philippi et habent partes suas de hereditate Rannulfi patris sui que eis descendit de ipso Philippo et hac racione non debet assisa inde fieri.

Et Graalandus et alii per attornatos suos non defendunt illam parentelam nec quod habent porciones suas, set ponunt se in magnam assisam sicut prius et defendunt seisinam Rogeri.

Et quia Graalandus et participes sui cognoscunt parentelam quod habent porciones suas de hereditate predicti Rannulfi ex parte predicti Philippi patris predicte Agnetis et Diamande et Alicie et nichil ostendunt quod aliquod ius habeant, consideratum est quod Felicia et participes sui recuperauerunt seisinam suam, et Gilibertus et alii in misericordia, et faciant escambium Reginaldo de Cornhulla ad ualenciam, et Reginaldus faciat escambium Monassero de

[1] *Gilibertum de Bramton' et Diamandam ux. eius et Aliciam sororem ipsius Diamande*, B.
[2-2] *Emme, Cristine et Juliane*, B.

Pecham et Mar' uxori eius quibus eandem terram warentizauerunt.

1049. Linc. [1]Alexander de Pointona attachiatus fuit ad respondendum Thome filio Simonis senescallo[2] Johannis Marescalli qui est in seruicio Dom. Regis in Hibernia quare cepit aueria ipsius Johannis et ea iniuste et contra uadium et plegium detinuit, unde idem Thomas queritur quod idem Alexander uenit ad terram domini sui de Grenwey et cepit duos equos de herciis domini sui in feodo quod tenuit de Dom. Rege et abduxit usque Poyntonam, et cum idem Thomas hoc audiret in crastino assumptis secum pluribus hominibus suis iter arripuit uersus Poyntonam ut sciret qua racione aueria domini sui ceperat, et sicut iuit uersus Poyntonam obuiauit ipsi Alexandro cum multitudine armatorum et ipse Alexander uenit cum eis et cepit in eadem uilla domini sui octo boues et illos tenuit contra uadium et plegium et abduxit usque Poyntonam et illos ibi tenuit quousque per uicecomitem deliberati fuerunt, et tercio non tenuit se contentum, immo iterum uenit illuc et cepit quatuor equos et abduxit, et iiij^{to} cepit octo boues et tenuit quousque sex mortui fuerunt in parco suo et septimus bos cum per uicecomitem et per preceptum Dom. Regis ei deberent[3] deliberari in fugando cecidit mortuus in curia ipsius Alexandri et octauum habuit, et quod hoc fecit iniuste et super terram quam dominus suus tenet de Dom. Rege offert probare sicut curia considerauerit.

Et Alexander uenit et defendit uim et iniuriam et omnem iniustam capcionem et detencionem, set uerum uult dicere. Idem Johannes tenet quandam terram de eo in Useby et detinuit ei seruicium forinsecum de exercitu de Munt Gumery et de Byam et alibi[4] et cum peteret seruicium suum quando ipse per preceptum Dom. Regis districtus fuit pro forinseco non potuit seruicium habere, ita quod ipse distrinxit feodum suum de Useby per duos equos primo et quia nemo peciit illa aueria per pleuinam nec seruicium suum habere potuit cepit ipse viij. boues et illos tenuit pro seruicio suo quousque illos

[1] B. m. 6 d.

[2] Note this action brought by a steward for the taking of his master's beasts.

[3] Corr. *deberet*, B.

[4] The service required for the Welsh war, for the siege of Bitham and for other expeditions.

dimisit per pleuinam, et quia nichil per districcionem illam ei facere uoluerunt de seruicio, cepit ipse tercio iiij. equos et tenuit eo quod nullus eos peciit per pleuinam nec seruicium ei facere uoluit, et iiij.[1] cepit octo boues et tenuit a festo S. Martini usque ad Pascha ita quod v. boues ex illis interim mortui fuerunt de morina[2] in custodia sua pro defectu ipsius Johannis eo quod nullus eos petere uoluit per pleuinam. Et dicit quod adhuc ei aretro est seruicium suum et quod ita sit et quod alibi non cepit aueria illa producit sectam sufficientem que hoc testatur. |

Et Thomas defendit quod non cepit eos in terra de Useby immo in terra quam tenet de Dom. Rege, set reuera bene concedit et cognoscit quod dominus suus tenet de Alexandro, set pro illo seruicio non cepit Alexander aueria sua. Dies datus est eis etc. de audiendo iudicio suo etc. [153 b.]

0. [3]Jordanus de Auney et alii tres milites missi ad Radulfum de Aure qui se essoniauit de malo lecti uersus Warinum de Denchewrthe de placito terre nominato[4], et dicunt quod languidus est et quod posuerunt ei diem tercia die post festum Yllarii apud Turrim Londonie. Idem datus est dies Warino in banco. Sumers.

1. [5]Ricardus filius Petri aramiauit assisam mortis antecessoris coram iusticiariis ultimo itinerantibus uersus Robertum de Camera de una uirg. terre cum pert. in Hakedena etc. ita quod idem Robertus coram eisdem iusticiariis uocauit inde ad warantum Willelmum quondam Episcopum Couintrensem[6] qui summonitus fuit set postea propter egritudinem ipsius Episcopi eo quod percussus paralesy loqui non potuit remansit assisa illa sine die per preceptum Dom. Regis. Et quia idem Episcopus mortuus est et alius successit, resummonita est loquela illa in eodem statu quo tunc remansit predicta occasione. Stafford.

Et Robertus uenit et uocat inde ad warantum Alexandrum Episcopum Couintrensem[7]. Habeat eum tali die per auxilium curie et omnes recognitores etc.[8]

[1] Corr. quarto, B.
[2] Murrain.
[3] B. m. 7 d.
[4] Corr. uenerunt not nominato, B.
[5] B. m. 7.
[6] William of Cornhill, ob. 1223.
[7] Alexander Stavensby, cons. 1224.
[8] See Br. f. 392 b.

1052. Warr. [1]Rogerus Leualence et Alicia uxor eius pecierunt uersus Ricardum de Glaucestria v. hidas terre cum pert. in Walewardia ut ius suum ita quod Ricardus de Gloucestria essoniauit se de malo ueniendi uersus eos et postea de malo lecti ita quod preceptum fuit uicecomiti ut mitteret quatuor milites ad ipsum uidendum apud Wulewardiam ubi iacet, unde idem Rogerus et Alicia postea ad diem ad quem Ricardus comparuit dixerunt quod Ricardus surrexit sine waranto ita quod milites quos uicecomes ad eum misit non potuerunt eum uidere, immo per alios qui non fuerunt milites surrexerat per quod preceptum fuit uicecomiti quod esset coram iusticiariis ad diem istum ad certificandum iusticiarios si misit ad Wulewardiam ad ipsum Ricardum uidendum Willelmum de Greinuilla et alios tres milites[2] ut uiderent si infirmitas qua idem Ricardus se essoniauit esset languor etc. simul cum Johanne de Tisho seruiente hundredi, uel si misit illuc Willelmum de Greinuilla et socios suos[3] ad uidendum ipsum Ricardum simul cum Johanne predicto etc. unde[4] milites ad uidendum eundem Ricardum qui in domum eiusdem Ricardi intrare non potuerunt nec ipsum uidere etc. Et Robertus Lup uicecomes per Herbertum clericum suum uenit et dicit quod in pleno comitatu ubi predictus Rogerus tulit breue Dom. Regis de uidendo ipsum Ricardum elegit ipse in pleno comitatu predictos Adam de Napertona, Willelmum de Perles et Stephanum de Uptona qui presentes fuerunt et dixit Johanni de Tisho balliuo suo quod summoneret Willelmum de Greinuilla iiij. militem qui non fuit presens. Et ipsi quatuor milites[5] uenerunt et omnes preter Willelmum de Greinuilla dicunt quod uenerunt illuc simul cum Johanne predicto et quod responsum fuit eis quod non potuerunt intrare ad ipsum uidendum eo quod quartus miles non fuit presens et ita recesserunt ipso non uiso. Et predicti

[1] B. m. 8. Bracton, f. 355, cites this case but from Mich. A. R. 9—10. He seems to have forgotten the facts.

[2] *Adam de Napertun, Will. de Periers, Steph. de Uptun,* [illegible], B.

[3] *Rob. de Walward,* [illegible] *de Drefeld et Bardulfum de Cesterton,* B.

[4] Supply *predicti Rogerus et Alicia dixerunt quod uicecomes misit illuc predictos* [illegible], *Adam, Willelmum et Stephanum,* B.

[5] William Greinville, Adam Naperton, William Parles, Stephen Upton.

Robertus de Wulewardia et tres alii milites[1] uenerunt et dicunt postea quod quadam die Veneris[2] apud Wulewardiam, scilicet, quidam eorum per summonicionem ipsius Johannis de Tisho, quidam pro aueriis suis replegiandis que idem Johannes ceperat, et cum ibi essent idem Johannes precepit eis ut uiderent ipsum Ricardum et darent ei diem apud Westmonasterium, ita quod per preceptum suum eum uiderunt et ei diem dederunt et Johannes presens est et hoc idem cognoscit et dicit quod hoc fecit per stulticiam suam sine uicecomite et ponit se in misericordiam. Et ideo committitur gaole. Postea finem fecit per x. marcas[3].

Et Rogerus et Alicia hoc cognoscunt et Ricardus similiter. Set Ricardus post uenit et dicit quod idem Rogerus et Alicia non debent per se responderi quia habent participem scilicet quandam filiam Floride quondam uxor'[4] Nicholai de Uptona que rapta fuit in domo eiusdem Nicholai apud Uptonam ab aduersariis suis et quod hoc uerum sit et quod ita rapta fuit et per utesium leuatum offert Dom. Regi xl. sol. per sic quod si hoc non sit uerum amittat totam predictam[5].

Et Rogerus et Alicia petunt iudicium suum et non defendunt hoc immo dicunt quod duo pueri quos Nicholaus habuit mortui sunt. Concordati sunt et Rogerus dat x. sol. pro licencia concordandi.

[6]Walterus de Bosebroc pro se et Johanna uxore sua cuius heres etc. petunt uersus Ricardum de Dunnewer' et Agnetem uxorem eius Gilibertum Passelewe et[7] uxorem eius quod faciant ei consuetudines et recta seruicia que eis facere debent de libero tenemento suo quod de eis tenent in Nywentona, Ruchtona et in Geyntintona etc. unde ipsi Walterus et Johanna dicunt | quod ipsa Johanna est filia primogenita sororis ipsarum Agnetis et Sarre et ipse Walterus et Johanna acquietauerunt releuium suum de tota terra que fuit Petri de Nywentona de morte ipsius Petri et petit quod ipsi Ricardus et Agnes facient eis in auxilium illius releuii Norht. [154.]

[1] William Grenville, Frank Drif-field, Richard Chesterton.
[2] Supply uenerunt ipsi, B.
[3] As to these gross irregularities, see f. 253.
[4] ux', B; case uncertain.
[5] Supply terram, B.
[6] B. m. 8.
[7] Supply Sarram, B.

de parte earum xv. sol. et preterea de socagio iij. sol. et ij. den. ob. et quod ipsi Gilibertus et Sarra tantumdem ei faciant in auxilium pro parte eorum quam ipsi tenent desicut omnes illi fecerunt ei forinsecum seruicium de partibus suis.

Et Ricardus attornatus uxoris eius et Gilibertus et Sarra ueniunt et dicunt quod reuera tenent de eisdem Waltero et Johanna ut de filia primogenita sororis et quod semper eis fecerunt forinsecum seruicium et bene concedunt eis illud releuium, set dicunt quod non habent racionabilem porcionem suam. Et ideo Walterus et Johanna habeant seisinam suam et alii in misericordia et preceptum est Waltero et Johanne quod faciant eis porciones suas.

1054. Cornub. [1]Radulfus filius Rogeri petit uersus Willelmum de Arundel quinque acr. terre et dim. cum pert. Trelley et tres acr. terre cum pert. in Treberned' et duas acr. terre cum pert. in Tredeiset' et unam acr. terre cum pert. in Hendr' ut ius suum, unde Rogerus pater suus fuit seisitus ut de iure et de feodo et in dominico tempore H. Regis etc. et de Rogero descendit ius terre illius ipsi Radulfo ut filio et heredi suo.

Et Willelmus uenit et defendit ius suum, set dicit quod idem Rogerus pater suus reddidit Willelmo patri Willelmi totam terram illam cum omnibus pert. suis et quietam clamauit in curia Dom. Regis sicut ius suum et hereditatem suam Willelmo et heredibus suis solam et quietam de eo et de heredibus suis in perpetuum et profert cartam Rogeri que hoc idem testatur.

Et Radulfus uenit et cognoscit cartam patris sui et illam quietam clamanciam, set petit iudicium si pater suus potuit dare totam terram quam tenuit per seruicium militare nullo retento seruicio sibi uel heredibus suis.

Et quia Radulfus cognoscit cartam patris sui et carta testatur quod Rogerus pater suus terram illam reddidit et quietam clamauit de se et heredibus suis, Consideratum est quod Willelmus eat inde quietus et Radulfus in misericordia[2].

[1] B. m. 8 d.

[2] A valuable case, since it seems to mark the critical moment when the landowner became able to disappoint altogether his heir apparent.

[1]Rogerus de Braytona[2] petit uersus Willelmum de Bello Campo xj. hidas terre cum pert. in Braytona et in Helperthorpe ut ius suum, unde Osbertus predecessor suus fuit seisitus ut de feodo et iure et in dominico tempore Dom. Henrici Regis qui fuit auus[3] Dom. Regis scil. anno et die quo obiit capiendo inde expleta ad ualenciam xx. sol. etc. et de ipso Osberto descendit ius terre illius Rogero filio suo, et de Rogero Osberto filio suo et de Osberto ipsi Rogero ut filio et heredi suo. Buck.

Et Willelmus dicit quod non debet ad hoc breue respondere quia ubi posuit in uisu suo sex hidas terre cum pert. in Braytona idem Rogerus tenet ibidem unam hidam terre in dominico et in Helperthorpe non tenet idem Willelmus nisi quatuor hidas terre et unam uirgatam et Johannes de Beuilla tenet tres uirgatas terre cum pert. de eisdem v. hidis et ideo[4] non tenet de eo nec in dominico etc. et ideo non uult respondere nisi curia considerauerit.

Et Rogerus dicit quod reuera tenet j. hidam terre set Willelmus sine illa tenet sex hidas terre in Draytona et bene concedit quod Johannes de Beuilla tenet in Helperestrope tres uirgatas set non sunt de illis v. hidis. Et quesitus si uelit se inde ponere super patriam tali modo quod si recognitum fuerit quod Willelmus non teneat nisi quatuor hidas et j. uirgatam amittat querelam suam in perpetuum, dicit quod non, set petit licenciam recedendi de breui, et habet et ideo Willelmus sine die[5].

[6]Ricardus filius Osberti summonitus fuit ad respondendum Matillidi de Kyngeswilla matri Henrici de Kyngeswilla qui est infra etatem quare fecit uastum et destruccionem de domibus quas tenet in custodia de hereditate ipsius Henrici in Culewrthe ad exheredacionem ipsius Henrici et unde ipsa Matillis queritur quod idem Ricardus eradicauit et asportauit domos et gardina curie ipsius Henrici scil. talem et talem[7] et Norht.

[1] B. m. 9.
[2] Corr. *Draitona*, B. Drayton Beauchamp.
[3] Supply cui, B.
[4] Om. *ideo*, B.
[5] Bracton, f. 434. cites this case. The demandant refuses the jeopardy.
[6] B. m. 8 d.
[7] *scil. j. domum de petra et calce et omnes alias domos asportauit et combussit et uendidit cum tota petra*, B.

inde producit sectam sufficientem etc. et dicit quod idem Henricus dampnum habet per destruccionem ad ualenciam xv. marc. Et Ricardus uenit et defendit uastum et uendicionem et destruccionem, et quod nullas domos asportauit etc., set uerum uult dicere, ipsa Matillis habuit tres domos in eadem curia ad dotem suam quas ipsa que queritur amouit, et posuit ubi uoluit, et destruxit, et alie domus tempore guerre[1] pro defectu hominum inhabitancium in eis et postea per quandam tempestatem ceciderunt per se et maremium furtim subtractum fuit et ipsa habuit quandam partem de maremio, et quod ita sit et non alio modo offert defendere se[2] sicut curia considerauerit. |

[134 b.] Et Matillis producit sectam sufficientem quod duobus annis tantum transactis asportauit idem Ricardus aulam et per eum omnes alie domus asportate fuerunt. De tribus domibus unde ipse loquitur dicit ipsa quod reuera assignate fuerunt ei ad dotem suam et ipsa illas posuit super dotem suam et de omnibus hiis ponit se super patriam si secta sua non sufficiat, et dicit quod arbores circa mesagium extirpauit et destruxit.

Et Ricardus defendit contra eam et contra sectam suam quod nullum uastum fecit uel destruccionem, nec domos asportauit nec arbores exstirpauit, immo sicut predictum est asportate fuerunt et destructe tempore guerre per Willelmum de Tylli[3] et per tormentum et per ipsam sicut predictum est, et inde ponit se super patriam.

Et ideo preceptum est uicecomiti quod assumptis secum etc. de proximo uisneto in propria persona etc. et per eorum etc. diligenter inquirat quod uastum et quam destruccionem idem Ricardus fecit de domibus illis[4] arboribus unde Matillis etc. et unde idem Ricardus dicit etc., et inquisicionem illam habeat tali die etc. per litteras suas et sigilla etc.

[5]Postea concordati sunt ita quod predictus Ricardus concessit et reddidit predicte Matillidi custodiam illam et satis-

[1] A. D. 1215–7.
[2] Om. *se*, B.
[3] Mayor of Northampton, 1215. Rot. Cl. vol. 1, p. 188.
[4] Supply *et*, B.
[5] The following clause is not in B.

fecit ei de v. marcis et ix. sol. pro uasto illo etc., et ideo ipsa habeat seisinam suam.

[1]Margareta filia Walerandi petit uersus Abbatem de Geruedona[2] duas carue. terre cum pert. in Oleby ut ius suum unde Rogerus auus suus fuit seisitus ut de iure etc. Leic.

Et Abbas uenit et dicit quod non debet inde ei respondere quia ipsa habet unum fratrem uiuum et sanum Rannulfum nomine qui presens est et hoc idem cognoscit.

Et Margareta dicit quod reuera Rannulfus est fratres[3] suus set ipse suscepit habitum religionis xvj. annis transactis in domo de Geruedena et ideo hoc non debet ei nocere.

Et Abbas dicit quod nunquam reddidit se et si reddidit se ipse habet filios et filias.

Et Margareta hoc cognoscit et producit[4] quemdam Rogerum nepotem suum fratrem Willelmi primogeniti fratris ipsius Rannulfi. Et ideo inde sine die et Margareta in misericordia.

[5]Gaufridus Penerel petit uersus Hubertum de Warham quod teneat ei conuencionem inter eos factam de medietate manerii de Rumbaldeswico cum pertinenciis unde idem Gaufridus profert cartam ipsius Huberti que testatur quod conuencio facta est inter ipsum Gaufridum et predictum Hubertum et Eustachiam uxorem eius filiam Godehonde quondam uxoris dicti Gaufridi scil. quod dicti Gaufridus Hubertus et Eustachia simul commorabuntur in capitali mesagio de Wikes et de omnibus pertinenciis tocius tenementi communiter exhibebuntur et liberi prefatorum Huberti et Eustachie quamdiu pacifice commorari uoluerint, si uero contigerit eos uelle[6] commorari idem Hubertus faciet ei habere medietatem uille de Wikes in omnibus saluo sibi capitali mesagio, unde idem Gaufridus petit quod reddat ei medietatem sicut inter eos conuenit. Sussex.

Et Hubertus uenit et dicit quod non debet ad hec breue respondere quia breue originale per quod inplacitatus fuit in

[1] B. m. 9.
[2] Garendon in Leicestershire. Monast. vol. 5, p. 328.
[3] Corr. *frater*, B.
[4] So B. Seemingly it is Margaret who produces Roger. She thus disproves her own title.
[5] B. m. 8 d.
[6] Corr. *nolle*, B.

comitatu loquitur de eo et de Eustachia uxore eius cuius hereditas terra illa est et breue suum de loquela amouenda de comitatu non loquitur nisi de ipso tantum, et ideo non uult ad breue originale respondere nisi curia considerauerit desicut Eustachia uxor eius nullam habet summonicionem nec diem.

Et Gaufridus dicit quod hoc non debet ei nocere quia idem Hubertus fecit conuencionem illam cum eo et bene potest sine uxore sua ei conuencionem illam tenere tota uita sua scil. ipsius Gaufridi[1] quia non plus petit.

Et Hubertus dicit quod breue originale loquitur de uxore sua et carta loquitur de uxore eius et ideo sine ea non uult respondere ad hoc breue nisi curia considerauerit.

Et quia breue originale loquitur de Huberto et Eustachia et pone[2] tantum de Huberto consideratum est quod Hugo[3] non respondeat ad hoc breue et ideo sine die et Gaufridus in misericordia.

Postea concordati sunt etc.

1059. Rotel. [4]Henricus de Aldilegha summonitus fuit ad respondendum Willelmo de Gomages quem ingressum habet in medietate manerii de Cotesmora etc. unde idem queritur quod iniuste disseisitus est. |

[155.] Et Henricus uenit et dicit quod habet ingressum per Dom. Regem per finem quem fecit[5] cum eo scil. de xl. marcis qui finis inrotulatus est ad scaccarium ubi intrauit in soltam[6]. Postea precepit Dom. Rex quod dictus Willelmus de Gomages talem seisinam haberet de terra de Cotesmora qualem habuit quando terram illam cepit in manum suam. Et ideo habeat seisinam.

1060. Rotel. [7]Dies datus est Simoni de S. Licio per attornatum suum petenti et Willelmo de Fortibus Comiti de Albemarlia tenenti de placito terre tali die etc. ita quod saluo eidem Simoni quod tunc allocetur ei quod Comes surrexit sine

[1] So B.
[2] The writ of Pone removing the case from the county court.
[3] Corr. *Hubertus*. B gives no reason for the judgment.
[4] B. m. 10 d.
[5] 30 Oct. 1222. Excerpt. Rot. Fin. vol. I, p. 95.
[6] Henry had entered into payment, had begun paying instalments. Here B stops.
[7] B. m. 10 d.

warranto quando essoniauit se de malo lecti, et Comes conuenit quod ueniat ad diem illum sine essonio.

1. [1]Preceptum fuit Roberto de Percy et tribus sociis suis attornatis insticiariis ad capiend' assisam ultime presentacionis quam Willelmus Comes Albemarlie aramiauit uersus Abbatem de Albamarlia[2] de ecclesia de Esingtona et[3] quod uenirent coram iusticiariis apud Westmonasterium ad faciendum recordum illius assise sicut coram eis capta fuit etc. Et Robertus et quidam ex sociis suis ueniunt et dicunt et recordantur quod cum preceptum Dom. Regis suscepissent de assisa illa capienda presente coram eis ipso Abbate quesitum fuit coram eis ab eodem Abbate si quid dicere uellet quare assisa remaneret, nichil dixit nisi quod quidam clericus fuit inde persona Robertus nomine qui presens fuit et hoc idem dixit, et Comes respondit quod fuit uacans et inde posuit se super iuratam, et inquisitum fuit per iuratores et per multos alios de comitatu utrum sit uacans uel non, et omnes una uoce dixerunt quod fuit uacans et in manu Archiepiscopi, et ita ceperunt assisam per quam idem Comes recuperauit seisinam suam et tali modo et de hoc recordo fecerunt ipsi iudicium de assisa illa. Et Abbas non potest hoc dedicere et ideo iusticiarii inde quieti et Abbas in misericordia. Ebor.

2. [4]Petrus filius Walteri, Philippus filius Alwini, Alanus filius Godwini, Nicholaus frater suus et Alanus filius Godstani queruntur quod Juliana[5] de Celario iniuste exigit ab eis consuetudines et seruicia que ei facere non debent nec solent, unde ipsi queruntur quod ipsa distrinxit eos per aueria sua quod facerent ei araturas et quod meterent blada sua et alias consuetudines facerent desicut liberi homines sunt et libere tenent quamlibet uirgatam terre pro x. sol. per ann. pro omnibus seruiciis, et quia noluerunt alia seruicia facere cepit ipsa aueria sua et tenuit contra uadium et plegium per quod deteriorati sunt et dampnum habent ad ualenciam c. sol. Sussex.

Et Juliana uenit et defendit uim et iniuriam et dicit

[1] B. m. 11.
[2] The Abbey of Melsa or Meaux in Holderness, founded by William Earl of Albemarle. Monast. vol. 5, p. 388.
[3] Om. *et*, B.
[4] B. m. 12 d.
[5] *queruntur quod Juliana* repeated.

quod non debet ad hoc breue respondere quia nullum placitum fuit inter eos in comitatu de seruiciis et consuetudinibus nec per breue nec sine breui, set uerum nult dicere. Ipsi sunt uillani sui, et debent ei omnes consuetudines uillanas, ita quod non possunt filias suas maritare sine licencia, et ipsi deliquerunt per quod ipsa tenuit curiam suam et eos inculpauit et cum ipsi respondissent et iudicium habere deberent de responso suo ipsi ante iudicium uenerunt et posuerunt se in misericordiam suam et habuerunt diem faciendi finem cum ea[1]. Ad diem illum[2] quia non uenerunt distrinxit eos per aueria sua et ipsi uenerunt ad uicecomitem et fecerunt querelam uicecomiti per quod ipse uicecomes cepit aueria sua et fecit uenire eam ad comitatum et ibi durauit illud placitum de capcione illorum aueriorum quousque ipsi protulerunt pone[3] suum de loquela ammouenda.

Et Petrus et alii hoc cognoscunt set dicunt quod nichil ei debent nisi tantum x. sol. et quod liberi homines sint et libere tenent de ea. Inde ponunt se super patriam.

Et Juliana petit iudicium, et ponit se super patriam utrum liberi homines sint sicut ipsi dicunt uel si sint uillani et terras suas teneant in uilenagio ita quod debent inde per ann. x. sol., et preterea arare j. acram ad frumentum, et seminare, et uenire pro semine ad granarium suum et metere bladum illius acre et cariare ad grangiam et ibi habere j. garbam ad quamlibet uirgatam terre et hoc ad cibum eorum proprium, et eodem modo debent waretare[4] j. acram ad ordeum et postea arare et seminare sicut prius, et quod non possunt filias suas maritare sine licencia etc., et quod ita sit producit sectam, et si hoc non sufficit ponit se super patriam, et preterea dicit quod quolibet anno potest taillare eos semel secundum quod racionabiliter poterunt et hoc bene patet quia postnatus filius semper habet terram patris sui sicut alii uillani de patria.

Et Philippus et alii sicut prius defendunt omne uilenagium et omnes uillanas consuetudines sicut prius et quod nichil

[1] No stop in MS.
[2] Full stop in MS.
[3] The Pone is the writ removing the plea into the king's court.
[4] *warectare*, B.

debent nisi x. sol. set bene cognoscunt quod postnatus filius habet terram patris sui quia terra est socagium et non est ita libera quod primogenitus filius debeat eam habere[1]. Et ideo[2] fiat inde iurata et ueniat tali die ad recognoscendum si predicti Petrus et alii teneant tenementa sua in eadem uilla et semper tenuerunt de patre ipsius Juliane et antecessoribus suis libere reddendo de qualibet uirgata terre x. sol. pro omnibus seruiciis et consuetudinibus sicut ipsi dicunt, uel reddendo x. sol. et faciendo preterea araturas et alias uillanas consuetudines et ita se interim certificent ut plenius certificar' possunt quas consuetudines etc. Et prohibitum est Juliane ne finem faciat etc.[3] |

3. [4]Abbas de Stanlegha[5] petit uersus Gaufridum de Stauertona quod faciat ei seruicium suum quod facere debet de libero tenemento suo quod de eo tenet in manerio de Stanlegha. Et Gaufridus uenit et dicit quod nichil de eo tenet in Stanlegha, immo tenet de Dom. Rege in capite reddendo ei unum esperuarium sorum, et Dom. Rex est in seisina de seruicio illo et semper fuit in seisina et nullo modo uult recedere a Dom. Rege nisi curia considerauerit. [155 b.] Warr.

Et Abbas dicit quod tenuit de eo et profert litteras Dom. Regis que testantur quod cum constat Dom. Regi ex inspeccione carte Dom. J. Regis patris sui quam Abbas et Conuentus de Stanlegha habent ipsum Dom. Regem[6] contulisse manerium de Stanlegha cum omnibus pert. absque ulla retencione, unde mandat iusticiariis quod iustificent predictum Gaufridum quod faciat predictis Abbati et Conuentui seruicium quod debet facere de libero tenemento suo quod de eis tenet in predicto manerio de Stanlegha reddendo eis unum espernarium sorum per annum etc.

Et Gaufridus sicut prius dicit quod nichil tenet de eis nec unquam tenuit et ideo de Dom. Rege nullo modo uult recedere nisi Dom. Rex proprio ore suo ei precipiat. Et ideo sine die quousque Dom. Rex aliud preceperit etc.

[1] B. stops.
[2] The borough English rule therefore is not a conclusive mark of villenage.
[3] Is this prohibition a protection for the tenants?
[4] B. m. 13.
[5] Stoneleigh. Monast. vol. 5, p. 443.
[6] Supply *eis*, B.

1064. Norf. [1]Abbas de Messendena[2] per attornatum suum petit uersus Hubertum de Burgo[3] quod permittat eum presentare ydoneam personam ad ecclesiam de Oweltona que uacat etc. et ad suam spectat donacionem, unde queritur quod idem Hubertus eum iniuste impedit et profert cartam Walteri filii Willelmi de Penna aduocati ecclesie eiusdem que testatur quod ipse dedit et concessit etc. deo et ecclesie de Messendena et canonicis etc. ecclesiam de Howeltona cum omnibus pert. suis etc. salua Johanni fratri suo predicta ecclesia quamdiu uixerit. Profert eciam cartam Johannis quondam Norwicensis Episcopi[4] que confirmat eis aduocacionem ecclesie de Oweltona sicut predictus Walterus eam eis racionabiliter contulit.

Et Hubertus per attornatum suum uenit et defendit uim et iniuriam et dicit quod iuste impedit quia manerium de Kaustona cuius manerii Oweltona[5] est membrum fuit eschaetum Dom. H. Regis aui Dom. Regis et ipse illud manerium cum membris et omnibus pert. suis tradidit Willelmo Lungespeye fratri suo[6] tenendum ad uoluntatem suam et ideo[7] Willelmus qui non habuit inde nisi balliam concessit et dimisit membrum de Oweltona Willelmo fratri predicti Walteri de la Penna, ita quod post mortem Willelmi Lungespeye rediit manerium de Kaustona ad Dom. Regem et recognitum fuit per preceptum Dom. Regis quod membrum[8] de Oweltona fuit membrum de Kaustona et sic pertinebat ad Kaustonam, et quod Willelmus de la Penna non habuit illud nisi de ballia Willelmi Lungespeye et tunc per illam recognicionem disseisitus fuit Walterus de eodem manerio, et idem Hubertus illud manerium habet ex dono Dom. J. Regis[9], et desicut Walterus non habuit inde feodum nec aliquis heres suus aliquid inde habet nec aliquid inde clamat non uidetur ei quod debeat ad simplicem cartam Abbatis respondere.

Et Abbas per attornatum suum dicit quod Walterus non

[1] B. m. 13.
[2] Missenden, Bucks. Monast. vol. 6, p. 547.
[3] The justiciar.
[4] John of Oxford, 1175—1200; John de Grey, 1200—14.
[5] Cawston and Oulton.
[6] Natural son, not brother.
[7] Corr. *idem*, B.
[8] Corr. *manerium*, B.
[9] See Rot. Cl. vol. I. p. 80.

habuit terram illam per Willelmum Lungespeye immo terram illam tenuit ut ius et hereditatem suam que ei descendit ab antecessoribus suis a conquestu Anglie quia Willelmus frater ipsius Walteri fuit seisitus ut de terra illa iure suo[1] et Willelmus pater ipsius Willelmi eodem modo et inde ponit se super patriam, et dicit quod Hubertus non habet terram illam per Dom. Regem immo illam emit de Johanne de Inkewrthe cui Walterus predictus illam uendidit et bene defendit quod nunquam per aliquam recognicionem fuit Walterus disseisitus.

Et Hubertus dicit quod per Dom. Regem habet terram illam ut pertinentem ad manerium de Kaustona et quod Walterus non habuit terram nisi per Willelmum fratrem suum cui Willelmus Lungespeye illam tradidit.

[2]Et quia nullus ex parte Walteri aliquid habet in manerio illo nec Walterus qui donum debuit fecisse non presentauit clericum ad ecclesiam illam consideratum est quod Abbas nichil capit per hanc cartam et sit in misericordia[3].

5. [4]Auicia que fuit uxor Willelmi de Torintona petit uersus Matheum de Torintona terciam partem etc. et Matheus defendit etc. Et quia Auicia producit sectam[5] quod dotata fuit de tercia parte omnium terrarum etc. et Matheus ostendit nichil nisi simplex dictum suum quod aliter fuit dotata consideratum est quod Auicia recuperauit seisinam suam et Matheus in misericordia[6]. Deuon.

6. Petrus de Malo Lacu summonitus fuit ad ostendendum quo waranto tenet uillam de Ketelburgo unde debuit respondisse Dom. Regi singulis annis de xx. lib. quamdiu uillam illam haberet in manu sua et non respondit. Suff.

7. [7]Willelmus de Dauinar'[8] per attornatum suum petit uersus Hugonem de le Fern' ix. acr. terre et dim. cum pert. in Nortona et uersus Gilibertum filium Henrici xv. acr. terre cum pert. in eadem uilla ut ius suum etc. Norhamton.

Et Hugo et Gilibertus ueniunt et dicunt quod breue

[1] *de terra illa ut de iure suo*, B.
[2] No judgment in B.
[3] Bracton cites this case f. 53 b, and again f. 246.
[4] B. m. 12. Much abridged.
[5] Four named suitors, B.
[6] Bracton, f. 304 b, cites this case.
[7] B. m. 12.
[8] *Dauintr'*, B.

loquitur de j. uirgata terre integre et ipsi non tenent illam immo Dawe Vincent tenet terciam partem capitalis mesagii illius uirgate terre et non tenet de eis nec in dominico nec in seruicio et ideo nolunt ad hoc breue respondere nisi curia considerauerit.

Et attornatus Willelmi dicit quod nescit utrum Dawe illam teneat uel non et alii dicunt quod bene sciunt hoc. Et ideo ipsi sine die et Willelmus in misericordia.[1] |

[156.] 1068. Midd. [2]Herewardus filius Rogeri petit uersus Henricum Fughebir'[3] et Julianam uxorem eius j. mesagium et sex acr. terre cum pert. in Eggewer' ut ius suum, unde Rogerus pater suus fuit seisitus ut de feodo et iure et in dominico tempore Ricardi Regis etc. capiendo inde expleta ad ualenciam v. sol., et de Rogero descendit ius terre illius ipsi Herewardo ut filio et heredi suo et hoc offert etc. Et Henricus et Juliana ueniunt et defendunt ius suum et seisinam Rogeri, set uerum uolunt dicere. Quidam Gauterus antecessor ipsius Henrici tenuit terram illam et obiit seisitus et post eum Willelmus filius suus et frater predicti Rogeri primogenitus et post eundem Willelmum uenit[4] ipsa Juliana ut filia et heres sua, et Rogerus fuit postnatus frater Willelmi et ideo ipse Herewardus nullum ius habere potest cum sit de postnato fratre.

Et Herewardus cognoscit quod Gauterus obiit seisitus set Willelmus filius suus tempore illo fuit apud Dunstapliam et Rogerus et Gilibertus frater eius et fratres eiusdem Willelmi locuti fuerunt cum eo in tantum quod remisit eis ius suum, set reuera post mortem Gaunteri[5] Rogerus pater suus mansit in Londonia, ipse diuisit[6] terram illam Willelmo fratri suo ad terminum et ita ad terminum illam tenuit et non alio modo.

Et quia cognoscit seisinam Willelmi siue iuste siue iniuste et quod fuit frater primogenitus et nichil ostendit per

[1] Bracton cites this case, f. 301 b, immediately after Case 1065.
[2] B. m. 11.
[3] *le Fugheler*, B.
[4] Om. *uenit*, B.
[5] Supply *quia*, B.
[6] Corr. *dimisit*, B. Hereward's case is that Walter died leaving three sons, William, Roger (Hereward's father) and Gilbert; William the first-born gave up his claim in favour of his brothers; afterwards William was allowed to occupy as termor.

quod sciri poterit quod Willelmus remisit ius suum, consideratum est quod Henricus et Juliana inde quieti et Herewardus in misericordia[1].

PLACITA APUD WESTMONASTERIUM DE TERMINO PASCHE ANNO REGNI REGIS HENRICI FILII REGIS JOHANNIS NONO.

9. Alexander filius Roberti optulit se iiij^to die uersus Gaufridum de Boelande, Ricardum de Seingnes et ceteros socios suos iusticiarios ultimo itinerantes in partibus illis quod fuerent recordum de assisa mortis antecessoris quam Hugo de la Sike et Beatrix uxor eius aramiauerunt uersus eundem Alexandrum de septem acr. terre cum pert. in Cautona que assisa coram eis capta fuit in itinere suo, et nullus eorum uenit' etc. et summon' etc., et ideo preceptum est uicecomiti quod uenire faciat a die S. Trin. in xv. dies predictos Ricardum et Magistrum Johannem ad faciendum etc., quia Gaufridus et Jordanus non fuit[2] in partibus illis etc. et uicecomes habeat corpora omnium recognitorum assise capte etc. et Hugo obiit etc. Norf.

Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam de Wyka que uacat etc. cuius aduocacionem Ricardus de Wika clamat uersus Priorem de Tywarday[3], qui uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia ipse et ecclesia sua habent aduocacionem ecclesie de Wika ex dono Walteri de Wyka antecessoris eiusdem Ricardi, et inde profert cartam eiusdem Walteri que donum illud testatur in hec uerba, Bartholomeo Exoniensi Episcopo[4] Walterus de Wyka salutem et fidele seruicium, Notum sit sanctitati uestre quod ego Walterus de Wyka et ego Alicia filia Ricardi de la Wyka concedo fratribus meis monachis de Tywardray hoc quod Cornub.

[1] The parties are kinsfolk, and agree upon the pedigree, so there is no jury or grand assize.

[2] Sic.

[3] Tywardreth, Cornwall. Monast. vol. 4, p. 654.

[4] Ob. 1184.

meum est in ecclesia B. Marie de Wyka id est ius aduocacionis etc. Profert eciam cartam Roberti filii Willelmi capitalis domini que donum illud confirmat. Profert eciam cartas Bartholomei Exoniensis Episcopi et Theobaldi quondam Cantuariensis Archiepiscopi[1] que donum illud sicut iustum est confirmant. Unde idem Prior dicit quod reuera Alicia predicta mater predicti Walteri personam ultimam presentauit que obiit, scil. quemdam Gilibertum, set Walterus filius et heres suus postea donum illud eis fecit.

Et Ricardus petit sibi allocari quod cognoscit presentacionem predicte Alicie auie sue et dicit quod donum Walteri uel carta sua ei non debent nocere quia idem Walterus nunquam seisinam habuit de aliqua terra eo quod obiit per magnum tempus ante Aliciam et Alicia obiit seisita de terra illa et inde ponit se super iur'. Et iuratores inde quesiti dicunt in fide qua tenentur Dom. Regi quod Walterus nunquam habuit seisinam de terra de Wyka immo Alicia obiit inde seisita ut de feodo et hereditate sua. Et ideo consideratum est quod Ricardus recuperauit seisinam suam et Prior in misericordia[2].

1071. Wygorn. [3]Willelmus de Bello Campo petit uersus Nicholaum de Kenet manerium de Sheldelegha cum pert. ut ius suum in quod idem Nicholaus non habet ingressum nisi per Ysobellam de Bello Campo uxorem suam matrem predicti Willelmi cuius heres ipse est que predictum manerium tenuit in maritagium ut dicit, et unde idem Willelmus dicit quod Ysobella obiit sine herede de se per quod terra debuit reuerti ad eum ut ad filium et heredem suum, et unde queritur quod post mortem ipsius Ysobelle cepit idem Nicholaus de hominibus suis x. marcas et inde producit sectam.

Et Nicholaus per attornatum suum uenit et dicit quod terra illa fuit hereditas ipsius Ysobelle et Dom. Rex dedit ei
[156 b.] terram | illam cum ipsa Ysobella unde dicit quod intelligit quod eam tenere debet tota uita sua licet mortua sit sine

[1] Ob. 1191.
[2] Cited by Bracton, f. 53 b, and again f. 246 b.
[3] Seemingly Isabella Beauchamp having by a former marriage a son, William, has married Nicholas Kenet and died without having issue by him. Nicholas claims curtesy. This is Fitz. *Dower*, 202.

herede de corpore suo ex quo Dom. Rex dedit ei maritagium, et non defendit capcionem denariorum.

Et Willelmus dicit quod non tenuit de Dom. Rege in capite immo tenuit de Radulfo de Tony per seruicium dim. militis. Et quia Nicholaus cognoscit quod nullum puerum habuit de ea licet Dom. Rex ei maritagium dederit, consideratum est quod Willelmus recuperauit seisinam suam et Nicholaus in misericordia et reddat ei x. marcas quas cepit etc.

Nota quod terra data in maritagium reuertitur ad uerum dominum donatorem quia nullum puerum habent simul[1].

2. Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam de Tumbestona, que uacat ut dicitur, cuius aduocacionem Matillis de Rochefordia clamat uersus Robertum de Tumbestona, qui uenit et bene concedit assisam. Et sciendum quod Warinus de Monte Canisio nominatus est in breui, set Matillis dicit quod remisit ei clamium suum. Norf.

Et super hoc uenit Abbas de Lauendena[2] et dicit quod aduocacio illius ecclesie ad eum pertinet et profert cartam Johannis de Bidun que testatur quod idem Johannes dedit ecclesiam illam domui de Lauendena. Et Matillis quesita de cuius seisina aramiauit assisam istam, dicit quod de presentacione Sarre de Bidun matris predicti Johannis que presentauit quendam Osbertum qui ultimo obiit persona et dicit quod tenet terram in qua ecclesia illa sita est nomine dotis. Et Abbas similiter cognoscit presentacionem Sarre, et ideo procedat assisa inter Robertum ex una parte et predictos Abbatem et Matillidem ex alia.

Juratores dicunt quod pater predicti Osberti fuit persona eiusdem ecclesie et patre suo defuncto uenit Durandus de Tumbestona auunculus predicti Osberti et presentauit ipsum Osbertum ita quod ad presentacionem suam fuit admissus. Postea uenit Sarra de Bidun et fecit quendam clericum suum Theodorum nomine implacitare ipsum Osbertum et in tantum processit loquela quod idem Osbertus accessit ad ipsam Sarram et rogauit eam ut non impediret institucionem suam et per sic dedit ei v. marcas et tunc accessit ipsa Sarra ad Episcopum et presentauit eundem Osbertum et sic remansit persona tota uita sua, ita quod Sarra uel antecessores

[1] See Br. f. 138. [2] Lavenden, Bucks. Monast. vol. 6, p. 888.

sui nunquam prius presentauerunt aliquem clericum, quia quidam Edricus pater predicti Durandi fundauit ecclesiam illam et illam dedit Sictrido filio suo postnato patri predicti Osberti et nunquam alius clericus quam Osbertus illam tenuit. Et iuratores quesiti si ipsa Sarra uel antecessores sui aliquem clericum presentauerunt alio modo, dicunt quod non, nec alius nisi antecessores Roberti, nec tempore pacis nec tempore guerre. Et ideo consideratum est quod Robertus recuperauit seisinam suam et Matillis in misericordia[1].

1073. Linc. Willelmus Decanus Lincolnie attachiatus fuit ad respondendum Thome de Curtona quare secutus est placitum in curia cristianitatis de laico feodo ipsius Thome in Katelestona contra prohibicionem etc. unde idem Thomas queritur quod ubi aueria ipsius Decani ueniunt in laico feodo suo ubi nullam communam habet nec de iure uenire debent et secundum regni consuetudinem ea facit inparcare, de illa inparcacione ita in laico feodo suo facta trahit eum in placitum et traxit post prohibicionem et inde producit sectam sufficientem etc.

Et Decanus per attornatum suum uenit et defendit contra eum et contra sectam suam quod nunquam traxit eum in placitum de aliquo laico feodo nec de inparcacione aueriorum facta in feodo de Ketelestona, set uerum uult dicere. Idem Thomas inparcauit aueria sua de elemosina sua in Querendona ubi Thomas nichil habet nec communam nec aliud, et quod alio modo non traxit eum in placitum offert defendere sicut curia considerauerit, et dicit quod nichil clamat in terra de Ketelestona et producit sectam quod de hoc secutus fuit placitum et non de aliis rebus.

Dies datus est eis etc. prece parcium et iudices interim remaneant domi et prohibitum est eis ne interim teneant placitum. Ad diem illum consideratum est quod attornatus Decani defendat se xij. manu et ueniat cum lege a die S. Martini etc.

1074. Norf. Brianus filius Petri petit uersus Hugonem filium Petri terciam partem xl. acr. terre cum pert. in Hecham ut ius suum, et ut racionabilem partem suam que eum contingit de

[1] Bracton, f. 214, speaks at length of this case.

libero tenemento suo quod fuit predicti Petri filii Godefridi patris eorundem Briani et Hugonis cuius heredes ipsi sunt etc.

Reynerus filius Petri eodem modo et per eadem uerba petit uersus eundem Hugonem terciam partem xliij. acr. terre cum pert. in eadem uilla ut racionabilem porcionem suam sicut prius ut de terra illa que partibilis est et inter fratres debet partiri. Postea dicit quod non petit eam ut terram partibilem nisi per quoddam donum quod quidam Prior de Lewes fecit Petro patri suo et Reynero fratri eiusdem Petri et inde profert cartam Willelmi quondam Prioris que testatur quod ipse dedit etc. Magistro Reynero et Petro fratri suo et filiis Petri si de sponsa nati fuerint in feodum et hereditatem omnes tenuras quas tenuit pater eorum etc.[1]

Et Hugo uenit et defendit ius eorum et quod terra non est partibilis, nec unquam partita fuit. De carta Prioris dicit | quod non debet ei nocere quia predicti Reynerus et Petrus nunquam per cartam illam seisinam habuerunt immo Godefridus pater eorundem Reyneri et Petri primo feofatus fuit et obiit inde seisitus et post eum Reynerus filius suus primogenitus tenuit tota uita sua sine parte quam Petrus pater eorum haberet, et quia Reynerus obiit sine herede de se remansit eadem terra eidem Petro fratri suo et patri eorum qui tenuit tota uita sua et obiit seisitus sine parte, et inde ponit se super patriam. Et Brianus et Reynerus quesiti si Petrus pater eorum tempore Reyneri fratris sui aliquam seisinam haberet de aliqua parte eiusdem terre dicunt quod non. Et dicunt quod Godefridus non obiit seisitus ut de feodo immo ballia quia Prior de Lewes terram illam ei commiserat tenendam ad uoluntatem eiusdem Prioris. [157]

Concordati sunt et Hugo dat dim. marcam pro licencia concordandi et est concordia talis quod Brianus et Reynerus remiserunt eidem Hugoni et heredibus suis totum ius etc. in tota predicta terra etc. et pro hac remissione etc. idem Hugo concessit eidem Briano xvj. acr. terre de terra quam Juetta mater eorum tenet in dotem post decessum ipsius Juette et eodem modo eidem Reynero iiij. acr. et dim. de terra eiusdem

[1] The demandants seemingly claim, not by inheritance, but as purchasers.

Juette post decessum etc. et de dominico eiusdem Hugonis tres acr. et dim. habendas et tenendas eisdem Briano et Reynero et heredibus eorum de corporibus suis procreatis et si non habuerint heredes reuertetur ad ipsum Hugonem etc.

1075. Norff. Godefridus de Langetoft attachiatus fuit ad respondendum Roberto de Binetr' qui est infra etatem quare fecit uastum et exilium de terris[1] predicti Roberti in Binetr' quas habet in custodia de hereditate sua ad exheredacionem ipsius Roberti contra prohibicionem etc. unde idem Robertus queritur quod asportauit domos et arbores exstirpauit et aliud uastum fecit ad exheredacionem suam. Et Godefridus uenit et defendit uastum etc. set uerum uult dicere. Ipse recepit ibi in custodia xviij. domos et super hoc uenerunt Johannes Godchep et Estrangia uxor eius mater eiusdem Roberti et petierunt dotem eiusdem Estrangie que eam contingebat de tenemento quod fuit Hugonis quondam uiri sui, et habuit, et quia nullam domum habuit ad dotem suam, ipse dedit eis duas domos de predictis xviij. domibus et duas arbores siue plus et nunquam aliud uastum fecit.

Nota quod paruitas uasti consideranda est et ubi amote fuerint domus super aliud feodum et quo reuerti non poterunt, faciat alias ad custum suum[2].

Et Robertus dicit quod predicti Johannes et Estrangia posuerunt domos illas super feodum eiusdem Johannis quod nunquam poterit reuerti ad ipsum Robertum et petit inde iudicium. Et ideo pro paruitate uasti et modo uastandi consideratum est quod Godefridus faciat alias duas domos ad ualenciam predictarum domorum et sit in misericordia. Et inuenit tales plegios quod amplius non faciet uastum nec arbores asportabit et quod faciet domos sicut predictum est etc.

Nota quod ubi contentio de custodia quia unus dicit quod soccagium, alius quod feodum militare, et quod antecessor tenuerit nullum fecit [illegible] anno et die quo fuit uiuus et mortuus et ideo sine die usque ad etatem heredis[3].

1076. Norht. Willelmus de Dauintr' petit uersus Ysobellam que fuit uxor Johannis de Weltona custodiam terre que fuit predicti Johannis in Nywenham cuius custodia ad eum pertinet eo quod idem Johannes tenuit de eo per seruicium militare ut dicit.

Et Ysobella uenit et defendit quod non debet inde custodiam habere quia terra illa est socagium et profert

[1] *de terris* interl. by annotator.
[2] Br. f. 316 b. This is Fitz. *Wast*, 137.
[3] The word *unus* is not in the MS., but must be supplied. This is an application of the principle that an infant need not answer touching that of which his ancestor died seised.

cartam eiusdem Willelmi que testatur quod idem Willelmus dedit predicto Johanni de Weltona pro homagio et seruicio suo unam uirg. terre et dim. in Niwenham tenendam de eo et heredibus suis reddendo inde annuatim pro omni seruicio ducent' allec'[1] etc. unde eadem Ysobella dicit quod Johannes uir suus nunquam fecit inde aliquod forinsecum seruicium et ideo dicit quod non debet inde custodiam habere.

Et Willelmus defendit cartam sub tali forma set reuera bene cognoscit quod dedit Johanni terram illam per seruicium ducent' allec' et per forinsecum seruicium et Johannes fecit inde forinsecum seruicium et sectas ad comitatum et huiusmodi.

Et Ysobella dicit quod uir suus nunquam fecit forinsecum, nec anno et die quo obiit nec antea, et hoc offert probare sicut curia considerauerit. Et Willelmus dicit quod ante guerram motam inter Regem J. et barones suos fecit forinsecum, set non post guerram eo quod nullum forinsecum petitum fuit ab eo. Et quia cognoscit quod Johannes obiit seisitus de illa quietancia consideratum est quod Ysobella est inde quieta usque ad etatem heredis, et Willelmus in misericordia.

7. Ricardus de Vabadun petit uersus Hamonem de Wateuilla feoda trium militum cum pert. in Meaudona ut ius suum etc. Et Hamon uenit et dicit quod Willelmus de Wateuilla implacitat eum de eadem terra per idem[2] breue de recto et petit iudicium si debeat utrique eorum de eadem terra respondere. Et Willelmus presens est et hoc cognoscit et dicit quod breue suum fuit prius impetratum et prius fuit placitum suum in comitatu et inde ponit se super comitatum, et Ricardus similiter. Surr.

Et ideo preceptum est uicecomiti quod in pleno comitatu recordari faciat ad quem diem et quo anno idem Ricardus tulit breue suum per quod implacitauit eundem Hamonem de eadem terra et ad quem diem et quo anno idem Willelmus tulit uicecomiti breue suum per quod plac' etc. de eadem terra, unde idem Ricardus dicit quod ipse prius implacitauit eundem

Nota de prioritate impetrationis breuis de recto, ubi duo implacitant unum. Inquisitio[3].

[1] Two hundred herrings.
[2] A writ of the same kind, though not the same writ.
[3] Br. f. 113 b.

Hamonem et unde Willelmus dicit etc., et recordum illud habeat in Oct. S. Mich. per litteras suas et per duos legales milites ex illis qui record' illi fuerunt[1] etc. | [157 b.]

1078. Berks. Rogerus de Cuseruge summonitus fuit ad respondendum Abbati de Abbendonia quo iure communam pasture exigit in terra ipsius Abbatis de Ore desicut idem Abbas nullam communam habet in terra eiusdem Rogeri nec idem Rogerus seruicium ei facit etc., unde idem Abbas queritur quod iniuste exigit communam in terra sua quia ipse nullam habet communam in terra eiusdem Rogeri etc. Et Rogerus dicit quod iuste communicat cum eo quia habet quandam brueriam que pertinet ad manerium suum de Cuseruge et que iacet inter Cuserigge et manerium eiusdem Abbatis de Ore[2], in qua idem Abbas communam habet et semper habuit et hac racione clamat ipse communam. (Quo iure communa communicat.)

Et Abbas dicit quod Rogerus nullam partem habet de bruera illa immo tota bruera illa sua est et pertinet ad manerium suum de Ore et inde ponit se super patriam. Et Rogerus similiter quia dicit quod medietas illius bruere aut plus est dominicum suum et pertinet ad manerium suum de Cuseruge et inde ponit se super iuratam. Et ideo fiat iurata inde per milites et alios etc. et ueniat tali die etc. ad recognoscendum si tota bruera que iacet inter Cuseruge et Ore sit dominicum eiusdem Abbatis et ecclesie sue et pertineat ad manerium suum de Ore an medietas eiusdem bruere aut plus sit bruera eiusdem Rogeri et dominicum suum pertinens ad manerium suum de Cuseruge sicut idem Rogerus dicit quia tam etc.

1079. Hunt. Willelmus Hatecrist petit uersus Robertum de Wassinglegha viij. uirg. terre cum pert. in Wassingelegha ut ius suum etc.

Et Robertus uenit et dicit quod non debet ad hoc breue respondere quia loquela illa posita fuit coram iusticiariis in banco per quoddam breue quod dicitur pone a tali die etc. ad quem diem idem Robertus se essoniauit, et Willelmus tunc

(Nota quod non ualet Pone ubi nullum placitum per breue de recto est in comitatu set per aliud Pone ibi prius inde translatum[3])

[1] Corr. recordo illi interfuerunt.
[2] Oare and Curridge.
[3] Cited by Bracton, f. 332 b., quia in comitatu nullum est placitum ex quo inde semel translatum est.

non uenit per quod essoniator suus per iudicium curie recessit sine die, et postea idem Willelmus acquisiuit aliud pone desicut nulla loquela ad hunc diem fuit in comitatu etc., et ideo non uult respondere nisi curia considerauerit. Et Willelmus hoc totum cognoscit et ideo Robertus sine die et Willelmus in misericordia.

30. Editha que fuit uxor Willelmi le Blake petit uersus Reginaldum le Teler medietatem unius mesagii cum pert. in Wigornia ut dotem suam etc. Wygorn.

Et Reginaldus uenit et dicit quod non potest inde respondere quia non tenet illud mesagium nisi ad terminum de anno in annum de Geruasio le Seler et inde uocat eum ad warantum. Habeat eum tali die etc.

31. Preceptum fuit uicecomiti quod inquireret diligenter qui fuerunt iuratores assise noue disseisine nuper capte coram iusticiariis ad hoc assignatis inter Willelmum de Percy querentem et Robertum de Percy de quodam stagno leuato in Horningetona ad nocumentum liberi tenementi eiusdem Willelmi in Tatecastro[1] et quod assumptis illis et aliis etc. per quos etc. in propria persona accederet ad Hornigetonam et per eorum uisum stagnum illud esse faceret sicut esse debet et solet et secundum quod recognitum fuit coram iusticiariis, et quod si idem Robertus uel sui aliquid occupauerint contra sacramentum predictorum recognitorum id sine dilacione emendari faceret et eodem modo si idem Willelmus uel sui aliquid occupauerint etc. et quod si ab eodem Roberto uel Willelmo aliqua inde purprestura facta fuerit purpresturam illam scire faceret iusticiariis etc. quanta et quo modo facta esset etc. Et uicecomes misit inquisicionem que talis est, quod Robertus de Percy leuauerit quoddam stagnum apud Hornigetonam ad nocumentum liberi tenementi ipsius Willelmi in Tatecastro hoc modo scil.[2] quod idem Willelmus retinuisset quod ipsi iuratores amensurassent illud superfactum, ipsi deposuissent duos pedes plenarie per rectam lineam de predicti stagni altitudine et sumitate certe terre Ebor.

[1] Hornington and Tadcaster.

[2] An omission may be suspected, but the point of the case is that, legal proceedings having been begun, William took the law into his own hands.

uersus profunditatem aque uersus austrum, set cum dies datus fuerit eisdem iuratoribus ad stagnum amensurandum idem Willelmus de Percy ante diem illum fere prostrauit totum illud stagnum et molendinum illi stagno attachiatum absentibus omnibus recognitoribus, et preterea iuratores dixerunt quod Willelmus ideo[1] posuit in uisu suo illud molendinum, nec iuratores quia non habuerunt inde preceptum, nec per sacramentum suum esset illud molendinum prostratum, nec de stagno nisi duo pedes ut predictum est, dicunt eciam quod occasione huius rei[2] occupauit illud molendinum cum magna quantitate stagni per quod idem Robertus dampnum habet ad ualenciam xxx. marc., et quod idem Willelmus hoc fecit cum multitudine gencium et in manu armata. Dicunt eciam quod idem Robertus nullam purpresturam fecit super eundem Willelmum. Et ideo preceptum est uicecomiti quod sine dilacione distringat ipsum Willelmum per terras et catalla sua ad reddendum eidem Roberto pro dampno xxx. marc. illarum[3] et quod stagnum illud et molendinum illud esse faciat in eodem statu quo esse debet et solet et secundum quod coram eodem uicecomite per predictos recognitores recognitum est et Willelmus in misericordia[4].

1082. Willelmus filius Johannis peciit uersus Willelmum filium
Staff. Willelmi de Abbedestona medietatem j. uirg. terre et dim.
(168.) cum pert. | in Abbedestona et Willelmum patrem eiusdem Willelmi unam uirg. terre et dim. cum pert. in eadem uilla ut ius suum unde Johannes pater suus fuit seisitus ut de feodo et iure et in dominico tempore Regis Ricardi etc. capiendo inde expleta ad ualenciam v. sol. et de ipso Johanne descendit ius terre illius ipsi Willelmo ut filio et heredi suo, et quod tale fuit ius suum etc. optulit probare per corpus cuiusdam liberi hominis sui Rogeri de Frankeuilla qui hoc optulit disracionare per corpus suum ut de uisu suo.

Et Willelmus filius Willelmi uenit et uocauit ad warantum de sua medietate Willelmum patrem suum, qui uenit et ei warentizauit et de tota terra defendit ius Willelmi

[1] For *ideo* read *non*. A not uncommon blunder.

[2] Supply *Willelmus*. William abated more than the nuisance.

[3] Sic.

[4] See Br. f. 231 b.

et seisinam patris sui Johannis et totum de uerbo in uerbum per corpus cuiusdam liberi hominis sui Gerardi de Coltona qui hoc optulit etc. Unde consideratum fuit quod duellum fieret inter eos, et quod Gerardus daret uadium defendendi et dedit et inuenit plegios de defensione sua, et Rogerus similiter inuenit plegios de disracionando, et datus fuit dies partibus talis etc. ut tunc ueniant campiones armati. Ad quem et Willelmus petens et Willelmus tenens se essoniauerunt et habuerunt diem per essoniatores suos tali die etc. Ad quem diem Willelmus tenens uenit cum campione suo armato et optulerunt se primo die et secundo et tercio et quarto et Willelmus petens non uenit nec campio suus. Et ideo consideratum est quod Willelmus qui tenet eat inde quietus et quod ipse et heredes sui teneant in pace et quiete de ipso Willelmo et heredibus suis in perpetuum[1] et Willelmus petens et suus campio in misericordia et campio capiatur et plegii sui etc.

83. Eadem Margeria [2]que fuit uxor Thome de Hortona[2] petiit uersus Johannem le Gras terciam partem sex bouat. terre cum pert. in Bosewicke et terciam partem quarte partis j. molendini cum pert. in eadem uilla et terciam partem v. bouat. cum pert. in Newebrigge et terciam partem duarum bouat. terre et dim. cum pert. in Beuerlaco et terciam partem v. sol. redditus cum pert. in Eboraco et terciam partem quarte partis pasture de Katerholme ut dotem suam etc. Ebor.

Et Johannes uocauit inde ad warantum Robertum filium et heredem predicti Thome de Hortona qui est infra etatem et in custodia Simonis de Hales. Idem uero Simon cum eodem Roberto uenit et dicit quod idem Robertus non debet terram illam ei warentizare quia in carta Thome patris sui nominate sunt plures terre de quibus idem Johannes ad exheredacionem suam fecit homagium suum Ricardo de Percy et seruicium suum similiter, et ideo petit iudicium [3]si residuum terre illius ei debeat warentiam ei facere[3] desicut per eum exheredatus est de seruicio suo et feodo.

[1] Default after battle waged; the judgment for ever deprives the defaulter of all remedy. Br. f. 367.

[2–2] Interlined to explain this extract.

[3–3] Sic.

Et Johannes dicit quod reuera fecit homagium et seruicium predicto Ricardo per uoluntatem et assensum predicti Thome patris eiusdem Roberti ita quod pater eiusdem Roberti non obiit seisitus de seruicio illo.

Et Simon hoc defendit. Et quia Simon non potest dedicere cartam Thome, nec quod idem Johannes ita attornatus esset eidem Ricardo de seruicio suo, consideratum est quod Margeria recuperauit de terra eiusdem Roberti ad ualenciam predictarum terciarum parcium usque ad etatem Roberti et cum peruenerit ad etatem deliberet ei terram illam si poterit et uoluerit.

1084. Oxon. Walterus Saunc appellat Simonem Oldierde quod sicut fuit apud Henle in domo Gileberti[1] Godefridi in uigilia S. Agnetis de nocte uenit idem Simon cum ui sua et in pace Dom. Regis et in assultu premeditato assultauit eum et ei fecit unam plagam in capite quodam candelabro ferreo ita quod mahemiatus est, et in roberia ei abstulit xx. marcas, et quod hoc fecit nequiter et in felonia offert disracionare uersus eum sicut curia considerauerit sicut homo qui mahemiatus est.

Et Simon uenit et defendit pacem Dom. Regis infractam et feloniam et plagam et roberiam et totum de uerbo in uerbum et hoc offert defendere per corpus suum sicut curia considerauerit.

Walterus dicit quod mahemiatus est et uisa est plaga in capite et recognitum est quod hoc est mahemium et ideo nullum iacet duellum[2].

Et Simon postea uenit et ponit se super patriam et super milites et alios qui non sunt de feodo Comitis Gloucestrie et ideo sex milites et alii de com. Oxon. qui non sunt etc. et sex milites et alii de com. Buck. et sex etc. de com. Beres. ueniant tali die etc. et interim Simon custodiatur. Et postea facta est inquisicio coram M. de Patteshulla et aliis que talis est, quod idem Walterus fuit maleficiens et ebrius sepius cotidie, ita quod in predicta domo quadam die per ebrietatem uoluit concumbere cum ancilla ipsius Gileberti, ita quod in illo facto oppressit quendam puerum ita quod obiit in ceto

[1] Supply *filii.* [2] Br. f. 144 b.

dies, et clamor leuatus fuit, et ad clamium illud uenit Simon cum aliis et inuenit eundem Walterum super feminam illam bracceis dimissis circa pedes et ipse uoluit leuare eum et Walterus extraxit cnipulum suum et uoluit occidere ipsum Simonem, et Simon cum candelabro ad defendendum se percussit eum, aliter enim mortuus esset. Et ideo preceptum Dom. Regis est quod Simon eat inde quietus et Walterus committatur in custodia[1]. |

5. Jurata uenit recognitura ex consensu parcium si Bartholomeus filius et heres Willelmi de Bussey presentauit Nicholaum de Trally qui ultimo obiit persona ad ecclesiam de Eywenthe uel non, quia tam Thomas de Grauenel et Johanna uxor eius et Priorissa S. Elene de Londonia uersus quos Abbas de Wardena clamat aduocacionem dicte ecclesie quam idem Abbas posuerunt se inde in iuratam illam secundum quod patet in recordo de placitis in Oct. S. Mart. anno nono. [158 b.] Bedeford.

Juratores dicunt quod Bartholomeus nunquam presentauit predictum Nicholaum, set Nicholaus pater eiusdem Nicholai dedit eidem Nicholao qui ultimo obiit ecclesiam illam ad se sustentandum ad scolas. Dicunt eciam quod Walterus Espec[2] auunculus Nicholai senioris dedit omnes aduocaciones omnium ecclesiarum citra Humbriam eidem Nicholao seniori, et post mortem eiusdem Nicholai omnes aduocaciones debuerunt reuerti ad Willelmum de Bussey nepotem et heredem predicti Walteri set idem Willelmus obiit ante ipsum Nicholaum et ideo debuerunt aduocaciones reuerti ad heredes ipsius Willelmi[3].

Et super hoc profert eadem Priorissa cartam Matillidis de Bussey que testatur quod ipsa dedit etc. deo et ecclesie S. Elene Londonie et monialibus etc. totam terram et redditus et domos cum omnibus pert. suis que habuit in uilla de Eywrthe, saluo maritagio Johanne filie sue[4] de quo maritagio predicta Johanna faciat omnino placitum suum et nullam mencionem fecit de ecclesia.

[1] See f. 120 b.
[2] The founder of the Abbey of Wardon. Monast. vol. 5, p. 369.
[3] Corr. *Walteri* (?).
[4] Wife of Thomas Gravenel. Excerpt. Rot. Fin. vol. 1, p. 18.

Et quia Walterus Espoc dederat predicto Nicholao seniori predictam aduocacionem simul cum aliis aduocacionibus tota uita eiusdem Nicholai et Willelmus de Bussey post illud donum[1] seisinam habuit de illa aduocacione eo quod obiit antequam Nicholaus et Matillis et Cecilia soror eius exspectauerunt mortem Nicholai et ad eas reuersa fuit aduocacio illa secundum dictum iuratorum, consideratum est quod Abbas de Wardena nichil capit per hanc iuratam et sit in misericordia pro falso clamore. Et quia idem Thomas et Johanna non habent nisi medietatem uille per escambium de Roberto de Veteri Ponte et Johanna uxore sua participe uxoris predicti Thome et ita medietatem illius aduocacionis et idem Thomas et Johanna dicunt quod non habent, nisi centum solid. terre in eadem uilla in maritagium ex dono predicte Matillidis, nec ostendunt quod dederat aduocacionem, nec facta est mencio de medietate aduocacionis in illo dono, et ipsa Matillis totum residuum sue medietatis eiusdem uille dedit predicte Priorisse et donum suum non dedicitur, consideratum est quod Thomas et Johanna recuperauerunt medietatem illius aduocacionis, et Priorissa aliam medietatem eiusdem aduocacionis, et habeant litteras etc.

1086. Suff. Robertus le Enueyse et alii tres milites missi ad Oliuam de Hecham que se essoniauit de malo lecti uersus Salomonem de S. Eadmundo et Beatriciam uxorem eius de placito terre ueniunt et dicunt quod languida est et quod uiderunt eam tali die et dederunt ei diem a tali die in j. annum apud Turrim Londonie. Idem dies datus est Egidie sorori sue scil. Oliue in banco et sororibus Oliue predicte per attornatos suos etc.

1087. Linc. Ricardus Marescallus petit uersus Willelmum Cause j. bouat. terre et dim. cum pert. in suburbio Lincolnie et uersus Ricardum filium Petri dim. bouat. terre cum pert. in eadem uilla ut ius suum, unde idem Ricardus fuit seisitus ut de feodo et iure et in dominico tempore J. Regis patris Dom. Regis capiendo inde expleta ad ualenciam v. sol. etc.

[1] *nullam* or another negative seems wanted. The point seems to be that nothing can descend from one not seised.

Et Willelmus pro se et pro Ricardo[1] cuius loco etc. uenit et defendit ius suum nunc etc. et dicit quod non debent eis[2] inde respondere quia si seisinam habuisset ipse Willelmus eandem terram recuperauit in curia Dom. Regis apud Lincolniam coram Dom. Justiciario[3] et Stephano de Segraue per iudicium curie Dom. Regis et ideo petit iudicium si debeat inde respondere.

Et Ricardus[4] bene cognoscit quod idem Willelmus aliquando implacitauit eundem Ricardum in curia Dom. Regis apud Lincolniam ita quod ipse uocauit inde ad warantum quendam filium Hugonis de Neouilla le Gras cui idem Hugo attornauerat seruicium eiusdem Ricardi, et quia puer ille non tenuit terram illam nec fuerat in seisina de seruicio ut dictum fuit, consideratum fuit quod puer ille non debuit warentizare, et per hoc amisit seisinam suam desicut idem Hugo debuit terram illam ei warentizasse.

Et Willelmus dicit quod reuera uocauit ad warantum iuniorem filium predicti Hugonis ut ita haberet etatem eius[5], et quia idem puer nunquam seisinam habuit nec de terra nec de seruicio, consideratum fuit quod nullam warentiam facere debuit per quod idem Ricardus per iudicium curie amisit seisinam suam et ipse illam recuperauit.

Postea quia Ricardus cognoscit quod alias uocauit ad warantum predictum filium Hugonis et tunc consideratum fuit quod non debuit warentizare, modo consideratum est quod nichil inde clamare potest, et ideo Willelmus inde quietus et Ricardus in misericordia.

Rogerus Gulofre et alii tres milites missi ad Priorem S. Fridewithe Oxonie qui languidus est etc. ad audiendum quem ipse loco suo attorniare uoluerit ad lucrandum etc. in loquela quam habet uersus Abbatem de Dorcestria de placito prohibicionis etc. ueniunt et dicunt quod posuit loco suo Willelmum de Kynchtona etc. | Oxon.

Rogerus Gulofre et aliis[6] tres milites summoniti ad eligend' xij. ad fac' recognicionem magne assise inter Priorem [109.] Oxon.

[1] Richard Fitz Peter.
[2] Corr. *ei*.
[3] Hubert de Burgh.
[4] Richard Marshall.
[5] So that the parol might demur during the nonage.
[6] Corr. *alii*.

de Derh' petentem et Dionisiam que fuit uxor Johannis Pin etc. et infra[1] tenentes de iiij.^{xx} et xvij. acr. terre et xij. perticatis terre cum pert. in la More unde ipsa Dionisia et alii posuerunt se in magnam assisam Dom. Regis et petunt recognicionem fieri utrum ipsi maius ius habeant in terra illa an predictus Prior et ecclesia sua, uenerunt et elegerunt istos Rogerum Gulofre Nicholaum de Noers et alios decem etc.

Dies datus est eis tali die et tunc ueniant xij. recognitores etc. Et sciendum quod Johannes Pin uir Dionisie obiit post breue istud impetratum, set Dionisia nec alii tenentes non reclamauerunt immo concesserunt quod assisa procederet et terra est hereditas Dionisie et procedat assisa.

1090. Ebor. Philippus filius Ernisii summonitus fuit ad respondendum Ricardo de Percy quare sine licencia eiusdem Ricardi duxit in uxorem Agnetem filiam Rogeri de Argentham que fuit de donacione eiusdem Ricardi eo quod Rogerus pater suus cuius heres ipsa est tenuit de eo per seruicium militare etc., unde idem Ricardus dic'[2] per attornatum suum queritur quod propter hoc quod eam duxit in uxorem deterioratus est et dampnum habet ad ualenciam c. sol. et eo amplius.

Et Philippus uenit et defendit uim et iniuriam et dicit quod Willelmus de Moubray de quo Rogerus predictus tenuit dedit ei illud maritagium et inde uocat ad warantum Nigellum filium et heredem predicti Willelmi. Habeat eum tali die etc. per auxilium curie.

1091. Norf. Willelmus de Nerefordia petit uersus Petrum de Nerefordia medietatem feodi j. militis cum pert. in Nerefordia exceptis xl. acr. terre etc. ut ius suum, et ut illam unde Matillis antecess' sua fuit seisita ut de feodo et iure et in dominico tempore H. Regis aui Dom. Regis capiendo inde expleta ad ualenciam v. sol. etc. et de Matillide descendit ius terre illius Joudelino filio suo et de Jeudelino Petro fratri suo quia obiit sine herede de se, et de Petro Joudelino filio suo, et de Joudelino huic Willelmo ut filio et heredi suo etc. et quod ita sit etc.

[1] This marks an omission. The names of other tenants are left out.

[2] *dicit;* but omit this word.

Et Petrus uenit et dicit quod de eodem feodo aramiauit quidam Heruicus assisam mortis antecessoris de xxviij. acr. terre et ideo petit iudicium si inde debeat respondere. Et Willelmus hoc totum cognoscit.

Et ideo consideratum est quod de illis xxviij. acr. terre remaneat hec loquela sine die quousque assisa illa capiatur[1]. Et de residuo respondeat idem Petrus.

Et Petrus uenit et defendit ius suum de residuo et seisinam Matillidis et totum etc. et ponit se in magnam assisam Dom. Regis et petit recognicionem fieri quis eorum maius ius habeat in terra illa. Dies datus est etc.

2. Simon de Hautona et Sarra uxor eius per attornatum Sarre petunt uersus Willelmum de Billingeh' terciam partem iiij. bouat. terre cum pert. in Straby et uersus Henricum de Billingeh' terciam partem redditus duarum marc. in Wltrope et terciam partem j. bouat. terre et duorum toftorum cum pert. in Beningewrthe ut dotem suam etc. Linc.

Et Willelmus et Henricus ueniunt et petunt inde uisum. Habeant. Dies datus est eis etc. et interim etc.

3. Idem Simon et Sarra petunt uersus Lambertum de Bussey terciam partem xiij. bouat. terre cum pert. in Olberneby et terciam partem[2] xiij. bouat. terre cum pert. in Estkeles et Westkeles et uersus Willelmum de Benigewrthe terciam partem xxx. bouat. terre cum pert. in Benigewrthe et terciam partem xv. bouat. terre cum pert. in Cotes et in Keles et terciam partem j. mesagii cum pert. in Wlingresty et terciam partem lxxv. acr. terre cum pert. in Freskorie et terciam partem sex bouat. terre cum pert. in Wluesthorpe ut dotem suam. Et Lambertus et Willelmus ueniunt et petunt inde uisum. Habeant etc. Linc.

4. Gena Basset per attornatum suum optulit se iiij. die uersus Ricardum filium Willelmi de placito tercie partis redditus iiij. sol. et v. uiuariorum et sex acr. terre et j. mesag' cum pert. in Bromwico, quam terciam partem clamat in dotem etc. Et Ricardus non uenit etc. et summonitus etc. Stafford.

Judicium, Tercia pars capiatur in manum Dom. Regis et dies etc. et ipse summoneatur quod sit a die S. Mich. in xv.

[1] Br. f. 113. [2] *parcium*, MS.

dies. Et sciendum quod Willelmus de Bromwico custos Ricardi nominatur in breui, set non habet terram nisi in custodia cum Ricardo et ideo procedat loquela uersus Ricardum.

1095. Suffok. [159 h.] Willelmus filius Joudewini petit uersus Robertum de Haustede feodum j. militis cum pert. in Sumertona ut ius suum etc. | unde Mauricius de Sumertona antecessor eiusdem Willelmi seisitus fuit de medietate ut de feodo et iure et in dominico tempore H. Regis aui Dom. Regis etc. capiendo inde expleta ad ualenciam v. sol. etc. et de Mauricio descendit ius terre illius Basilie sorori sue eo quod Mauricius obiit sine herede de se, et de Basilia descendit ius terre illius Joudewino filio suo et de Joudewino huic Willelmo ut filio et heredi suo etc. De alia medietate dicit quod Heruicus antecessor suus fuit seisitus ut de feodo etc. sicut prius eodem tempore etc., et de Heruico descendit ius terre illius Andree fratri suo et de Andrea Basilie filie sue et de Basilia predicto Joudewino et de Joudewino huic Willelmo ut filio et heredi suo, et quod Mauricius et Heruicus ita fuerunt seisiti etc.

Et Robertus uenit et dicit quod non debet ei inde respondere, quia predictus Mauricius per quem idem Willelmus clamat ius in terra illa aliquando implacitauit Radulfum patrem suum de eadem terra in curia Roberti de Fully capitalis domini, et tandem concordati fuerunt in curia predicti Regis H. coram scaccario, et profert quoddam scriptum sine sigillo in hec uerba, Hec est concordia facta inter Mauricium filium Andree et Radulfum de Haustede de feodo j. militis in Sumertona quod Mauricius clamauit uersus Radulfum predictum et unde placitum fuit inter eos in curia Roberti de Kuilly, scil. quod predictus Mauricius recognouit predicto Radulfo ius suum quod idem Radulfus habebat in illo predicto feodo militis et remisit et quietum clamauit illud predictum feodum militis cum omnibus pert. suis finaliter de se et de heredibus suis predicto Radulfo et heredibus suis et pro hac concessessione[1] et quietancia dedit predictus Radulfus predicto Mauricio viij. marcas argenti, Et sciendum[2] quod hec

[1] Sic. [2] Probably the recital of the chirograph continues.

concordia concessa fuit et assecurata et recordata apud Westmonasterium ad scaccarium de tali termino scil. eo tempore postquam Papa Alexander et Imperator Alemann' concordati fuerunt[1] coram Johanne Norwicensi Episcopo[2] et Ricardo de Lucy[3] et Ricardo thesaurario[4], et ibi coram eis et aliis baronibus de scaccario predictus Mauricius reddidit breue Dom. Regis per quod placitauit uersus Radulfum in manum ipsius Radulfi et ibi fractum fuit, hiis testibus Hugone de Gundeuilla et aliis, unde idem Robertus dicit quod ibi interfuit quidam Baldewinus Blundus qui precepit Odoni filio suo ut si quid inde audiret hoc disracionaret et ideo offert disracionare per corpus eiusdem Odonis quod ita fuit placitum inter Mauricium et Radulfum patrem suum et quod Mauricius ita remisit ius suum sicut predictum est secundum quod considerauerit curia ut per ipsum cui Baldewinus pater suus precepit qui illud uidit et audiuit et interfuit.

Et Willelmus defendit illud cyrographum et predictam conuencionem et quod Mauricius nunquam remisit eidem Radulfo ius suum sicut illud scriptum testatur, set Mauricius et Heruicus ita fuerunt seisiti sicut predictum est, et hoc offert disracionare per corpus cuiusdam liberi hominis sui Alexandri de Muletona nomine uel ad defendendum quod Mauricius nunquam remisit ius suum sicut predictum est secundum quod curia considerauerit. Datus est eis dies de audiendo iudicio suo etc.

Allreda que fuit uxor Ade de Byrlawe petit uersus Willelmum de Meisuilla *Hecneri* terciam partem uille de Byrlawe cum pert. et terciam partem uille de Crumecliue cum pert. et terciam partem uille de Esperesd' cum pert. ut dotem suam etc. Norhumb.

Et Willelmus uocauit alias ad warantum Henricum de [illegible] et Feliciam uxorem eius et ad peticionem Willelmi preceptum fuit uicecomiti Norhumbrie quod summoneret eos etc. et uicecomes mandauit quod ipsi Henricus et Felicia

[1] It is curious to find an English legal document dated by relation to a foreign event, though the 24th of July, 1177, the day on which Frederic received the kiss of peace, is for ever memorable.

[2] John of Oxford, 1175—1200.

[3] Justiciar 1151—1179.

[4] Richard Fitz Neal, author of the Dialogus.

manent in Episcopatu Dunholmensi infra libertatem Dom. Dunholmensis ubi manum non apponit et non habent alibi terram etc. Et ideo mandatum est Dom. Dunholmensi Episcopo quod distringat eos per terras et catalla sua quod sint etc. tali die etc. ad warantizandum etc. uel ad recognoscendum etc. quia dedimus[1] in mandatis uicecomiti Norhumbrie quod summoneret eos et manent infra libertatem nostram ut maudauit contra quam uenire nolumus sicut nec debemus.

1097. Ebor. [2]Ricardus de Beuerlaco et Helewisia uxor eius Thomas de Melsa et Mazelina uxor eius summoniti fuerunt ad warantizandum Abbati de Melsa unam caruc. terre cum pert. in Drengo quam tenet et de eis tenere clamat et unde cartam Thome de Drengho patris ipsarum Helewisie et Mazeline cuius heredes ipse sunt habet ut dicit, unde idem Abbas profert cartam eiusdem Thome que donum illud testatur et unde queritur quod idem Ricardus et alii contra cartam illam pauerunt unum pratum de eadem terra cum warda facta scil. illud pratum quod uocatur Criftinge et non permittunt eundem Abbatem pratum illud custodire[3] nec facere inde commodum suum secundum quod continetur in carta illa, et homines suos uerberant et quendam bouem suum occiderunt per que deterioratus est et dampnum habet ad ualenciam c. sol. et inde producit sectam.

Et Ricardus et Thomas pro se et uxoribus suis quarum loco etc. ueniunt et cognoscunt[4] predicti Thome et donum suum et bene illam warentizant et similiter predictum pratum et bene defendunt omne impedimentum de prato illo et uerberacionem hominum et occisionem bouis et predictum dampnum c. sol. et totum etc., set uerum nolunt dicere. Ipse occasione illius prati uult attrahere sibi quandam pasturam iuxta pratum illud de qua nunquam habuit seisinam nec est de illa carucata terre nec ad illam pertinet nec unquam seisitus fuit et inde ponunt se super patriam.

Et Abbas dicit quod pastura illa pertinet ad illam

[1] Sic.

[2] See Chron. de Melsa, vol. 2, p. 15 for facts concerning this case.

[3] It seems as if the dispute were as to whether common of pasture was appurtenant to this meadow.

[4] Supply *cartam*.

carucatam terre et ei data fuit cum illa carucata terre et inde ponit se super patriam, et preterea dicit quod in prato illo ceperunt aueria sua et predictum dampnum ei fecerunt et inde producit sectam etc. |

Et Ricardus et Thomas pro se et uxoribus suis quarum loco etc. defendunt contra eum et contra sectam suam quod nullum impedimentum fecerunt de prato illo et hoc offerunt etc. Et ideo consideratum est quod Ricardus defendat se xij. manu pro uxore eius et Thomas similiter et ueniant cum legibus tali die etc. Et de communa pasture que non nominatur in breui siue in carta si Abbas disseisitus fuerit querat breue de noua disseisina si uoluerit, et inde recedant Ricardus et Thomas sine die. [169.]

Sarra que fuit uxor Willelmi Burnel per attornatum suum Deuon.
petit uersus Robertum Burnel terciam partem uille de Cruk cum pert. etc. ut dotem suam unde predictus Willelmus eam dotauit die etc.

Et Robertus uenit et dicit quod non debet inde dotem habere quia ipse Willelmus uir suus nunquam terram habuit quia fuit in custodia Willelmi Bruere cum terra sua et quando fuit de xviij^o. anno exiuit de custodia predicti Willelmi Bruere et duxit eandem Sarram in uxorem et obiit antequam terram suam haberet, et ideo petit iudicium si debeat dotem habere.

Et Sarra per attornatum suum dicit quod desponsata fuit per uoluntatem capitalis domini et quod fuit dotata sicut prius etc., et petit sibi allocari quod etatem habuit quando eam desponsauit.

Et quia Robertus cognoscit quod Willelmus frater suus quondam uir Sarre habuit etatem xviij. annorum et non debuit quod ipsam dotasset, et fuit in seisina ut ille qui fuit in custodia[1], et capitalis dominus non queritur de eo quod ipsam duxit, consideratum est quod bene potuit eam dotare, et ideo Sarra recuperauit seisinam suam et Robertus in misericordia.

David de Saumreuilla petit uersus Nicholaum filium Essex.
Henrici unam caruc. terre cum pert. in Godinestre ut ius

[1] The ward is seised, not the guardian.

suum etc. et ut illam in quam non habet ingressum nisi per Henricum patrem suum cui Mabilia mater eiusdem Dauid illam dimisit dum idem Dauid fuit infra etatem et in custodia eiusdem Mabilie etc.

Et Nicholaus uenit et dicit quod terra illa est de socagio Dom. Regis pertinens ad manerium de Writele[1] quod habet consuetudines suas per se et petit iudicium si debeat alibi respondere quam in illo manerio.

Post uenit Nicholaus et dicit quod terra reuera est liberum socagium et petit uisum de terra illa. Habeat etc. et interim etc.

1100. Suff. Willelmus Talesmasche et Alicia uxor eius cuius loco etc. petunt uersus Widonem de Verdun et Aliciam uxorem eius feodum j. militis cum pert. in Hecham ut ius suum etc. unde Sabina antecessatrix sua fuit seisita ut de feodo et iure et in dominico tempore H. Regis aui Dom. Regis capiendo inde expleta ad ualenciam v. sol. etc. et de Sabina descendit ius terre illius Ade filio suo et de Ada Willelmo fratri suo et de Willelmo Umfrido fratri suo eo quod ambo obierunt sine herede de se et de Umfrido ipsi Alicie ut filie sue et quod ita sit etc.

Et Wydo et Alicia per attornatum suum scil. Alicie ueniunt et dicunt et defendunt ius eorum habendi in dominico quia Robertus de Cokefeldia frater predicte Sabine dedit terram illam in maritagium Willelmo de Valeines cum Alicia sorore sua et profert cartam Ade filii predicte Sabine que testatur[2] quod de terris de Chedebiria et de Hecham quas clamauit sicut maritagium matris sue uersus Robertum de Cokefeldia et heredes suos et quas idem Robertus dederat in maritagium Willelmo de Valeines cum Alicia sorore sua, unde conuencio facta fuit inter predictos Robertum et ipsum Adam antequam Robertus descederat[3], videlicet quod idem Adam deberet deuenire homo ipsius Roberti de eisdem terris

[1] Writtle.

[2] What follows is obscure, but the skeleton of the sentence seems this:—*carta testatur quod de terris...concessit idem Adam quod conuencio sit firma et stabilis.* A compromise between Robert of Cockfield and Adam son of Sabina (who also is Adam son of Robert son of Humfrey) is by this charter confirmed as between this Adam and Adam of Cockfield heir of Robert. The present tenants claim under William of Valeines.

[3] Sic.

etc. et quod idem Adam deberet dare et concedere Willelmo de Valeines et heredibus suis de predicta Alicia sorore sua[1] tenendas de eo et heredibus suis pro homagio suo et per seruicium j. militis quod idem Willelmus[2] et heredes sui facere debent, et quia Robertus ante hanc conuencionem perfectam obiit eandem conuencionem sicut prius affirmata fuit inter Robertum de Cokefeldia et eundem Adam. concessit idem Adam quod ipsa sit firma et stabilis inter eundem Adam filium Roberti filii Umfridi et heredes suos et Adam de Cokefeldia filium et heredem Roberti de Cokefeldia et heredes suos, unde idem Adam filius Roberti filii Umfridi fecit homagium eidem Ade de Cokefeldia et recepit homagium Willelmi de Valeines. Hunc[3] autem finem idem Adam filius Roberti filii Umfridi et heredes sui debent warentizare predicto Willelmo[4] et heredibus suis quos habuerit de Alicia sorore[5] sua etc., unde idem Wido et Alicia[6] dicunt quod desicut idem Willelmus et Alicia[7] clamant per predictam Sabinam et Adam filium suum et Adam cartam illam fecit et fecit homagium suum Ade de Cokefeldia et recepit homagium Willelmi de Valeines, petunt iudicium si super cartam illam debeant respondere.

Et Willelmus pro se et Alicia defendit quod Adam filius Roberti filii Umfridi nunquam fecit homagium Ade de Cokefeldia, nec Adam filius Sabine[8] nunquam seisinam habuit de terra illa et ideo carta illa non debet eis nocere. |

Et Wydo et Alicia dicunt quod Adam filius Roberti filii Humfridi fecit homagium predicto Ade de Cockefeldia secundum cartam illam, et si carta illa eis non sufficit ponunt se in magnam assisam Dom. Regis et petunt recognicionem fieri utrum ipsi maius ius habeant in terra illa secundum predictam conuencionem quam ipsi cognoscunt an idem Willelmus et Alicia tenendi in dominico, et si magna assisa non iaceat dicent aliud. [150 b.]

[1] Robert's sister.

[2] William of Valoines.

[3] The plea of the tenants continues.

[4] William of Valoines.

[5] Corr. uxore (?). Perhaps sua refers to Robert of Cockfield.

[6] The tenants.

[7] The demandants, William Talmash and his wife.

[8] Seemingly Adam son of Sabina, and Adam son of Robert son of Humfrey, are the same.

Et quia Willelmus et Alicia defendunt homagium predicti Ade et quod non cepit homagium Willelmi de Valeines, consideratum est quod magna assisa sit inter eos ad recognoscendum utrum ipsi Wido et Alicia maius ius habeant tenendi terram illam de ipsis Willelmo[1] et Alicia per predictam conuencionem factam inter Adam filium predicte Sabine et Adam filium Roberti de Cokefelde de eadem terra et per homagium quod idem Adam cepit de Willelmo[2] uel idem Willelmus[3] et Alicia tenendi in dominico. Datus est dies etc.

1101. Glouc. Ricardus Tyrelle et Dionisia uxor eius attachiati fuerunt ad respondendum Magistro Militum Templi in Anglia quare non tenet[4] ei finem factum inter eos de tribus uirg. terre cum pert. in Shiptona unde cyrographum etc. quod idem Magister profert et quod testatur quod ipsi Ricardus et Dionisia remiserunt et quietum clamauerunt de se et de heredibus ipsius Dionisie ipsi Magistro et successoribus etc. totum ius et clamium quod habuerunt uel habere potuerunt in tota terra illa etc. et in dominico et in seruicio pro iiij. marc. etc. unde idem Magister queritur quod idem Ricardus et Dionisia contra finem illum ceperunt aueria eius pro seruicio per quod deterioratus est et dampnum habet ad ualenciam xl. sol. et inde producunt[5] sectam etc.

Et Ricardus et attornatus Dionisie ueniunt et defendunt contra eum et contra sectam suam quod nunquam cepit[6] aueria sua post finem illum nec per eos deterioratus est etc. et hoc offerunt defendere sicut curia considerauerit.

Consideratum est quod Ricardus defendat se xij. manu et attornatus eius[7] similiter se xij. manu et ueniant cum legibus tali die etc.

1102. Linc. Simon de Hautona et Sarra uxor eius per attornatum suum petunt uersus Rannulfum Comitem Cestrie et Lincolnie terciam partem lxv. bouat. terre et redditus xx. sol. de uno molendino cum pert. in Hautona et terciam partem sex bouat. terre cum pert. in Eukintorpe et terciam partem xxij.

[1] William Talmash.
[2] William of Valeines.
[3] William Talmash.
[4] Sic.
[5] Corr. *producit*.
[6] Sic.
[7] Corr. *attornatus Dionisie* (?). The wife appeared by an attorney of her own who is to make law for her.

acr. terre et sex acr. prati cum pert. in Hautona in sock de Bulinbroc et terciam partem x. bouat. terre cum pert. et xxx. acr. terre cum pert. in Stepinges et terciam partem septem bouat. terre cum pert. in Beningewrthe ut dotem ipsius Sarre unde Gilibertus de Beningwrthe quondam uir suus eam dotauit etc.

Et Rannulfus Comes uenit et uocauit inde ad warantum Willelmum filium et heredem predicti Giliberti qui presens est per summonicionem ei factam et cognoscit cartam patris sui set dicit quod non tenetur ei warentizare quia facta fuit tempore quo pater suus languidus fuit de languore quo obiit et quo memoriam amisit, et preterea pater suus nichil sibi uel heredibus suis retinuit immo totam quietam clamauit terram illam ut capitali domino et ideo[1] petit iudicium si debeat terram illam ei warentizare.

Et Comes dicit quod si pater suus illam terram quietam clamauit, continetur in carta illa quod idem Gilibertus et heredes sui tenentur terram illam ei warentizare et heredibus suis contra omnes homines. De tempore languoris dicit quod hoc non debet ei nocere quia idem Willelmus warentizauit ei quandam aliam cartam sub nomine eiusdem Giliberti uersus Helenam de Stepinges que facta fuit post istam cartam et petit inde iudicium.

Post uenit Willelmus et ei warentizauit terram totam etc. et dicit quod ipsa fuit dotata nominatim de terra de Hautona set nullam sectam inde habet. Et ipsa hoc defendit et dicit quod dotata fuit de tercia parte per totum, et inde producit sectam. Et ideo[2] consideratum est quod idem Willelmus faciat eidem Simoni et Sarre escambium ad ualenciam predictarum terciarum parcium per totum, et Comes teneat quiete et in pace etc.

[3]Jurata uenit ex consensu parcium si Willelmus filius Henrici et antecessores sui tenuerunt duas partes unius bouate terre cum pert. in Piltona in uilenagio de antecessoribus Bartholomei filii Eustachii faciendo has consuetudines Rot. 1.

[1] On the ground that an heir may not be altogether disinherited.
[2] Br. f. 304 b.
[3] For the pleadings see above, Case 916.

subscriptas scil. tres sol. et iiij. den. per annum de firma et ad Natale iiij. gallinas et ad summonicionem ipsius Bartholomei inter Natale et Purificacionem unum conuiuium et in Quadragesima arare per j. diem ad proprium cibum suum et herciare per j. diem ad proprium cibum suum, et die Pasche dare xx. oua et in estate arare per j. diem ad dignarium ipsius Bartholomei, et per j. diem falcare ad cibum ipsius Bartholomei scil. bis in die, et per j. diem cariare fenum suum ad cibum eiusdem Bartholomei, et in autumpno operari debet ad precariam ipsius Bartholomei cum tota familia sua excepta uxore sua, et ad luuebone Bartholomei inuenire unum hominem ad proprium cibum, et in hyeme arare per j. diem ad dignarium Bartholomei, et si maritare noluerit filiam suam uel sororem suam finem faciet cum ipso Bartholomeo secundum quod poterit, uel si idem Willelmus uel antecessores sui terram illam tenuerunt libere reddendo per ann. iij. sol. et iiij. den. et faciendo seruicium forinsecum pro omni seruicio etc. |

[161.] Juratores dicunt quod idem Willelmus et antecessores sui solent et debent facere omnes predictas consuetudines quas Bartholomeus petit scil. de j. bouata terre cum pertinenciis, preter hoc quod in die Natalis quando reddit gallinas debet comedere cum Bartholomeo eodem die et preter hoc quod nunquam uiderunt filiam uel sororem uendere uel merchetum dare uel maritare, set uiderunt quod idem Bartholomeus uendidit Radulfo Cayllard Johannem fratrem ipsius Willelmi de patre et matre pro xl. sol. et idem Radulfus fecit de eo uoluntatem suam.

Et ideo consideratum est quod Willelmus conuictus est de uilenagio et si facere noluerit predictas consuetudines teneat illam bouatam terre per easdem consuetudines, sin autem faciat Bartholomeus de terra et de ipso Willelmo uoluntatem suam ut de uillano suo et ei liberatur[1].

1104. Sussex. Felicia Harang attachiata fuit ad respondendum Willelmo de Ouinges quare ipsa intrusit se in unam carue. terre cum pert. in Bromhurst et ui et armis se in eadem terra tenuit,

[1] William is personally a villein, yet his right to hold the land by the accustomed services is plainly recognized.

unde Johannes de Ouinges pater predicti Willelmi cuius heres ipse est fuit seisitus ut de feodo die quo obiit, unde idem Willelmus queritur quod desicut ipse post mortem Johannis patris sui seisitus fuit de eadem terra ut de hereditate sua eadem Felicia cum multitudine armatorum hominum loricis et purpuntis et capellis ferreis et omnibus armis et ui eiecit eum et catalla sua inuenta in domo sua uastauit et destruxit sicut blada sua, fena, forragia et quicquid ibi inuenerunt et gardinum exstirpauit et domos prostrauit et aliam destruccionem fecit per quod deterioratus est et dampnum habet ad ualenciam xl. marcarum et inde producit sectam.

Et Felicia uenit et defendit uim et iniuriam et intrusionem, set reuera ipsa tenet terram illam ut ius et hereditatem suam. Et quesita si Johannes obiit seisitus de terra illa dicit quod reuera obiit seisitus. Et ideo consideratum est quod Willelmus recuperauit seisinam suam et Felicia in misericordia.

Preceptum est uicecomiti quod per sacramentum legalium hominum diligenter inquirat quod dampnum eadem Felicia fecerit eidem Willelmo de domibus suis gardinis uiuariis et aliis rebus etc. et inquisicionem illam habeat tali die etc.

15. Willelmus de Herdewico per attornatum suum petit uersus Ricardum de Caldicot' j. uirg. terre cum pert. in Caldic' ut ius suum unde Mauricius auunculus suus fuit seisitus ut de feodo et iure et in dominico tempore H. Regis aui Dom. Regis capiendo inde expleta v. sol., et de Mauricio quia obiit sine herede de se debuit descendere terra illa Huberto fratri suo, set Alicia uxor predicti Mauricii tenuit terram illam in dotem et uixit diucius quam Hubertus et ideo debet terra illa descendere eidem Willelmo ut filio ipsius Huberti et heredi, et in quam idem Ricardus non habet ingressum nisi per patrem suum cui Alicia uxor predicti Mauricii que illam tenuit in dotem ei dimisit etc. Warr.

Et Ricardus uenit et defendit ius suum et predictum ingressum et dicit quod de dim. uirg. terre habuit Thurkillus pater suus ingressum[1] in terram illam ex dono predicti

[1] Stop in MS.

Mauricii per cartam illam que donum illud testatur. De alia dim. uirg. terre dicit quod Ricardus de Pakintona illam ei dedit per cartam suam, que hoc testatur et eum uocat inde ad warantum. Et Ricardus presens est et ei warentizat.

Et Willelmus dicit quod iniuste warentizat quia nec ipse nec pater suus nunquam seisinam inde habuerunt. Et de alia med. uirg. terre dicit quod nunquam Mauricius illam dedit quia carta falsa est et recens et Mauricius obiit xl. annis transactis et fuit seisitus die quo obiit et ideo carta illa non debet ei nocere.

Et Ricardus de Caldicot' per attornatum suum cognoscit quod reuera Mauricius obiit seisitus de illa dim. uirg. terre, set prius illam dederat Thurkillo patri suo per predictam cartam.

Et Ricardus de Pakintona dicit quod quidam Godwinus auus suus habuit tres filios Hubertum primogenitum, Robertum medium et Mauricium postnatum, et idem Hubertus primogenitus post mortem patris sui tenuit illam dim. uirg. terre unde uocatus est ad warantum et illam dedit Mauricio fratri suo postnato pro homagio et seruicio suo, et Mauricius tenuit tota uita sua, et post mortem eius uenit Hubertus et reiseisiuit terram illam in manum suam et tenuit, et idem Ricardus sicut filius Roberti secundi fratris uenit et inplacitauit eundem Hubertum in curia ipsius Huberti eo quod non potuit esse dominus et heres[1] et recuperauit per concordiam illam dim. uirg. terre, et quod ita sit ponit se in magnam assisam Dom. Regis et petit recognicionem fieri utrum ipse maius ius habeat tenendi illam dim. uirg. per predictum donum quod Hubertus fecit eidem Mauricio uel idem Willelmus tenendi in dominico.

Et Willelmus dicit quod reuera Hubertus pater suus tenuit terram illam in feodo et totam terram predictam concessit Mauricio fratri suo ad se sustentandum et ad dotandum Aliciam uxorem suam, eo quod parentes Alicie noluerunt eam dare eidem Mauricio nisi terram haberet et hoc defendit quod Mauricius nunquam fecit inde homagium[2]

[1] Br. f. 279, 279 b.

[2] Br. f. 279 b, so the rule about lord and heir would not apply.

Huberto fratri suo nec terram illam ei dedit nisi ad uitam suam tantum et ad dotandum eandem Aliciam et hoc offert defendere sicut curia considerauerit.

Et quia Ricardus de Caldicot' cognoscit quod Mauricius obiit seisitus de dim. uirg. terre et quod obiit l. annis transactis et carta inuenta est recens uix de j. anno et ita falsa, Consideratum est quod Willelmus recuperauit seisinam suam de illa dim. uirg. terre et Willelmus filius eiusdem Ricardi et attornatus eius custodiantur pro falsitate carte etc. |

Et quia Ricardus de Pakintona qui se facit warantum Ricardi de Caldicot' warentizauit aliam dim. uirg. terre eidem Ricardo de Caldicot' et Willelmus dicit quod idem Ricardus uel pater suus nunquam aliquam inde seisinam habuit nec in dominico nec in seruicio, Consideratum est quod fiat inde iurata et ueniat in aduentu iusticiariorum ad primam assisam etc. ad recognoscendum si predictus Ricardus de Caldicot' aliud ius uel alium ingressum habuit in illam dim. uirg. terre cum pert. quam Ricardus de Pakintona warantus eiusdem warantizauit eidem[1] Ricardo uersus eundem Willelmum quam per predictam Aliciam que illam ei dimisit etc. quia Willelmus et Ricardus posuerunt se in iuratam illam. Et si Ricardus de Caldicot' amiserit per iuratam illam habeat escambium de terra predicti Ricardi de Pakintona. Et fecit finem pro falsa carta etc. [161 b.]

ROTULUS DE PLACITIS QUE SEQUEBANTUR DOMINUM REGEM CORAM W. DE RALEGHA ANNO REGNI HENRICI FILII REGIS JOHANNIS OCTAUO-DECIMO INCIPIENTE NONODECIMO.[2]

[3]Eustachius de Estuteuilla uenit coram Dom. Rege et ostendit quod Nicholaus de Estuteuilla auunculus suus in Ebor.

[1] *war' eiusdem warant' eidem*, MS.

[2] A = Tower Roll No. 5. The period covered by this roll is from Michaelmas 1234 to Whitsuntide 1235. The roll is of great interest; it contains many proceedings against Des Roches, Passelew, Rievaulx and Segrave.

[3] A. m. 1. Hardly legible. Before the king at Wallingford on the octave of Trinity.

pleno comitatu Eboraci dimisit se de manerio de Cotingeham et illud ei reddidit ut ius suum, ita quod postea fuit in seisina de eodem manerio per xiij. septimanas sicut de libero tenemento suo et cepit inde expleta ad ualenciam x. lib., et postea per uoluntatem Dom. Regis disseisitus est et per balliuos suos et petit iusticiam sibi fieri et petit seisinam suam talem qualem prius habuit, et cum seisinam suam habuerit respondebit cuilibet et stabit recto. Alanus de Waxtonesham qui narrauit pro Eustachio in misericordia quia Eustachius deaduocauit id quod pro eo narrauit.

Et super hoc ueniunt Hugo Wack et Willelmus de Mastak et dicunt quod de manerio illo fuerunt ipsi in seisina racione uxorum suarum filiarum heredum predicti Nicholai, et dicunt quod uenerunt apud Norhantonam alias coram Dom. Rege et dixerunt quod manerium illud fuit ius uxorum suarum, et que non fuerunt summonite, et sine quibus ipsi non potuerunt nec debuerunt respondere, et dicunt quod fuerunt in seisina per Dom. Regem donec idem Dom. Rex eos per uoluntatem suam disseisiuit et petunt seisinam suam, et cum seisinam suam habuerint respondebunt cuilibet et stabunt in recto, et dicunt quod fuerunt inde disseisiti post diem eis inde datum in curia Dom. Regis. Et quesiti utrum Dom. Rex eos ultimo disseisiuit uel predictum Eustachium, dicunt quod disseisiuit eos ultimo et quod nichil sciunt de seisina ipsius Eustachii, uel disseisina.

Et super hoc uenit Dom. Rex in cuius presencia hec omnia hinc inde dicta sunt et recordatur, quod inuenit predictum Eustachium inde seisitum, et quod idem Eustachius optulerat ei dum fuerat in seisina mille libras per sic quod inde[1] disseisiretur nisi per iudicium, uel quinquaginta marcas per sic quod Dom. Rex caperet terram illam in manum suam et teneret donec unicuique ipsorum iusticia inde fieret in curia sua, et bene cognoscit quod per uoluntatem suam disseisiuit ipsum Eustachium sine summonicione et sine iudicio. Et idem Eustachius ad huc offert ei predictas mille libras per sic quod per iudicium curie sue inde deducatur. Et admittuntur.[2] Dicit eciam Dom. Rex quod post seisinam

[1] Supply *non*, A. [2] The money is accepted.

quam reddidit predictis Hugoni et Willelmo de eodem manerio, per consilium magnatum de curia sua cepit ipse terram illam in manum suam propter uastum et exilium que ipsi fecerunt de boscis et aliis contra prohibicionem suam donec unicuique ipsorum iusticia fieret in curia sua. Et uult et precipit quod in curia sua statim fiat inde iudicium et iusticia.

Et quia cognoscit quod primo disseisiuit ipsum Eustachium sine summonicione et iudicio per uoluntatem suam, consideratum est quod hoc primo emendetur et ideo Eustachius rehabeat seisinam suam, et secundum legem terre respondeat ipsis Hugoni et Willelmo et uxoribus ipsorum per assisam mortis antecessoris uel per breue de recto.

67. [1]Johannes Belet filius Roberti Belet tulit breue de amensuracione dotis uersus Margeriam filiam Michaelis de Wahulla et dicit quod plus habet in dotem de hereditate ipsius Roberti quam ad eam pertinet habendum in Lewes, et unde dicit quod ibi plus habet scil. duas partes trium uirg. terre et xxx. acr. terre in eadem uilla, et petit quod amensuretur. Oxon.

Et Margeria uenit et dicit quod non tenet terram illam nomine dotis set tenet eam sicut illam unde feofata fuit per ipsum Robertum antequam eam desponsaret per cartam suam quam profert et que hoc testatur. Et quesita quando fuit ei data terra[2] illa, dicit in quadragesima quando Dom. J. Rex profectus fuit in Scociam, et quesita quando fuit desponsata, dicit quod | ad festum[3] S. Petri Aduincula sequens, [162] et dicit quod cepit expleta et in seisina fuit per dimidium annum fere antequam eam desponsaret, et dicit quod terra illa ei uendita fuit pro xxx. marcis.

Et Johannes uenit et dicit quod nunquam fuit inde in seisina antequam idem Robertus eam desponsaret et si carta ei inde facta fuit hoc fuit occasione sponsaliorum[4] postea subsequencium, et inde ponit se super patriam. Et Margeria similiter. Et ideo preceptum est uicecomiti quod uenire

[1] A. m. 3 d; under the heading: Pleas at Wallingford on the morrow of Trinity.
[2] terra repeated.
[3] 1 Aug.
[4] Sic. As to gifts in consideration of future marriage, see Br. f. 29.

faciat apud Westmonasterium coram iusticiariis in banco tali die etc. xij. milites etc. per quos rei ueritas etc. qui non sint de balliua Thome de Langelegha nec in dangerio[1] nec potestate sua et qui nulla affinitate attingant ipsos Johannem et Margeriam ad recognoscendum super sacramentum suum si predictus Robertus quondam uir suus antequam ipsam Margeriam desponsaret fere per dimidium annum uendidit terram illam eidem Margerie et cartam suam ei inde fecit, et si per donum illud fuit in seisina et expleta inde cepit, et si illam ei dedit occasione sponsalium subsequencium uel non etc., et se ita inde certificent etc. Et hinc inde concessum est quod siue uenerint siue non quod iurata capiatur. Isti eliguntur de consensu parcium etc. et infra.[2]

Postea apud[3] concordati sunt, et est concordia talis scilicet quod predicta Margeria recognouit totam terram predictam cum pert. esse ius ipsius Johannis et illam ei reddidit in eadem curia et remisit et quietam clamauit de se et heredibus suis ipsi Johanni et heredibus suis etc., et pro hac recognicione etc. idem Johannes concessit eidem Margerie terciam partem tocius terre predicte cum pert. tenendam tota uita sua nomine dotis, et post mortem ipsius Margerie tota predicta tercia pars cum pert. reuertetur ad ipsum Johannem et heredem[4] suos quiete in perpetuum etc. Et sciendum quod carta quam predicta Margeria protulit de feofamento pro nulla habebitur, et mandatum est Waltero de Tywe clerico de comitatu cui carta illa tradita fuit quod cartam illam reddat predicto Johanni. Et sciendum quod Margeria tenet se contentam pro mesuagio ad terciam partem suam de mesuagio quod fuit quondam Azonis de Lewes.

1108. [5]Robertus Passelewe[6] summonitus fuit ad respondendum
Bed. Huberto de Burgo Comiti Kancie[7] quo waranto tenet manerium de Aspele de quo idem Hubertus de Burgo fuit

[1] Sic, A. See Ducange s. v. *dangerium*; it is our *danger*. Persons who are within my power are in danger of me, or in my danger. Thomas of Langley is warden of a royal forest. See Index to Rot. Cl.

[2] Seventeen names in A.

[3] Supply *Westmonasterium*, A.

[4] Corr. *heredes*, A.

[5] A. m. 3 d. Seemingly at Westminster; quindene of Trinity.

[6] An adherent of Des Roches, lately Treasurer: now in deep disgrace. See Mat. Par. vol. 3, p. 293 f.

[7] Whose outlawry has just been reversed; see above, Case 857.

seisitus die quo terre sue capte fuerunt in manum Dom. Regis per preceptum suum et cetera.

Et Robertus uenit et dicit quod habet manerium de dono Dom. Regis per cartam suam sicut illud quod fuit eschaeta sua de terra que fuit Falcasii,[1] et inde uocat Dom. Regem ad warantum, et profert cartam Dom. Regis que testatur quod dedit ei manerium illud et preterea totam terram que fuit Huberti de Burgo et quam tenuit de Reginaldo de S. Valerico in Henlawe habendam et tenendam sibi et heredibus suis de Dom. Rege et heredibus suis reddendo inde per annum unum esperuarium mutorium uel quatuor solidos, et unde dicit quod idem Falcasius fuit forisiudicatus per quod terra illa fuit eschaeta Dom. Regis et Dom. Rex illam ei dare potuit ut eschaetam suam et illam ei dedit.

Et Hubertus dicit quod fuit inde seisitus sicut predictum est et petit seisinam suam qualem tunc habuit etc.

Postea apud Kenigtonam coram Dom. Archiepiscopo Cantuariensi et coram episcopis et comitibus et aliis magnatibus dicit Dom. Rex quod non uult ei warentizare[2] quia quando posuit eundem Hubertum in prisonam suam per consilium suum quod tunc habuit[3] ipse[4] tunc reddidit et concessit ei et heredibus suis omnes terras quas tunc habuit de hereditate propria et preterea omnes terras quas habuit de legalibus perquisitis suis exceptis terris quas tenuit de Dom. Rege in capite, et unde Dom. Rex dicit quod predictus Robertus recepit terram illam et omnes alias terras in custodia simul cum omnibus aliis terris eiusdem Huberti ad respondendum de exitibus clericis Italicis pro dampnis suis eis illatis,[5] ita quod Dom. Rex terram illam non habuit nec in dominico nec in seruicio postquam idem Hubertus inde disseisitus fuit, et preterea nullus uocatus ad warantum de aliqua terra teneatur respondere de warantya sine summonicione per breue Dom. Regis uel per preceptum iusticiariorum suorum, et Dom. Rex non potest summoneri nec preceptum

[1] Fawkes of Breaute.
[2] He will not warrant Robert.
[3] By the counsel of the advisers whom he has just dismissed.
[4] Hubert surrendered his lands to the king.
[5] It had been laid to Hubert's charge that he had instigated the outbreak of 1232 against the Italian clergy. Mat. Par. vol. 3, p. 217—221.

sumere ab aliquo cum non habeat superiorem se in regno suo,[1] et Dom. Rex cognoscit quod idem Hubertus fuit inde disseisitus per preceptum suum, Consideratum est quod idem Hubertus recuperauit seisinam suam et Robertus in misericordia, et habeat tale recuperare uersus Dom. Regem de escambio quale habere debebit, uel si uoluerit loqui de iure, uersus dictum Hubertum.

1109. Oxon. [2]Mandatum fuit Engelardo de Cygoingny per Dom. Regem quod haberet coram eo tali die etc.[3] Et Engelardus uenit et dicit quod predicta filia et heres infirma est et profert litteras Dom. Regis patentes que testantur etc.[4]

Et Agnes mater ipsius filie et quondam uxor ipsius Reginaldi per Willelmum Basset dicit quod Reginaldus nichil tenuit[5] de Dom. Rege in capite per seruicium militare, set dicit quod predictus Reginaldus et Willelmus de Ruwedona tenuerunt de Dom. Rege apud Merlebergum quoddam molendinum reddendo per annum duos solidos et quedam calcaria aurea, et offert Dom. Regi xx. marc. pro habenda predicta filia sua uel pro habenda consideracione curie sue. Et quia terra illa est socagium, consideratum est coram Dom. Rege quod predicta Agnes rehabeat filiam suam et quod Mathia Bezil reddat predicto Engelardo lx. marcas. |

[162 b.] 1110. Wilt. [6]Walterus De Pauilly uicecomes Wilt. summonitus fuit ad ueniendum coram Dom. Rege ostensurus quare cepit aueria Abbatisse de Rumescia occasione hundredi sui de Hweruelesdena[7] et iniuste detinuit contra iudicium[8] inde nuper datum in curia nostra[9] coram iusticiariis nostris apud Westmonasterium ut dicat, unde eadem curia recordatur quod iudicium tale fuit quod Abbatissa habere debet hundredum predictum reddendo xl. solidos, et carte Regum que ipsa inde habet teneantur, et quod x. marce quas uicecomes

[1] See Br. f. 5 b, 382 b. This important passage is scarcely legible in A which has been sadly rubbed.

[2] A. m. 4.

[3] *coram eo a die S. Joh. Bapt. in xv. dies ubicunque esset filiam et heredem Reginaldi Basset que fuit in custodia sua de ballio Mathei Bezil*, A.

[4] A grant of the wardship by the king to Matthew Bezil, and a grant by Matthew to Engelard. A.

[5] The last five words are written over an erasure, and are found again in the margin.

[6] A. m. 6.

[7] Whorwelsdown.

[8] For which judgment, see Case 775.

[9] Sic, A.

exigebat nomine redditus de cetero non exigantur, et quod uicecomes si uoluerit ueniat ad hundredum ad duos turnos suos per annum et placitet placita que ad uicecomitem pertinent, nisi Abbatissa uelit cum eo gratis finem facere, et quod Abbatissa habeat omnia placita que pertinent ad hundredum per predictos quadraginta solidos secundum quod in carta Regum continetur.

Postea apud Merlebergum coram Dom. Rege quia contencio fuit inter Eliam[1] Com' Sarrisbirie tunc uicecomitem et Abbatissam que placita pertineant ad uicecomitem et que ad hundredum, ita discussum est inter eos quod quia archiepiscopi barones et omnes alii summoniti sunt ad turnos illos, defalte et misericordie inde prouenientes pertinent ad uicecomitem et similiter uisus franci plegii et assise panis et ceruisie et attachiamenta false mensure et placitorum corone et placita de aueriis captis et contra uadium et plegium detentis. Et ideo illa remaneant uicecomiti ibidem placitanda nisi Abbatissa inde finem facere uelit gratis. Ad hundredum uero pertinent placita de hominibus uerberatis et de medletis ubi felonia non apponitur et de equis bobus et aliis uulneratis uel mahemiatis et de debitis que exiguntur sine breui Regis et aliis huiusmodi querelis sine breui, et de omnibus aliis huiusmodi placitis que ad hundredum pertinent infra predictos duos turnos per totum annum. Et ideo Abbatissa talibus libertatibus utatur et inde in seisinam[2] remaneat[3].

[illegible] [3]Nicholaus de Lettres summonitus fuit ad respondendum Dom. Regi quo waranto tenet manerium de Watele de quo Hubertus de Burgo Comes Kancie seisitus fuit de[4] quo manerium illud captum fuit in manum Dom. Regis per preceptum ipsius Dom. Regis etc. Et Nicholaus uenit et dicit etc. Et Hubertus uenit et dicit etc.[5] Noting.

[1] Com. Elam. A. Countess Dowager, widow of Earl William Longsword.
[2] [illegible] A.
[3] A. R. 7. As to the reversal of [illegible] see above, Case [illegible].
[4] [illegible]
[5] Nicholas pleads a grant by King John ; also a grant by the now King made in A. R. 8 to Nicholas, the land having belonged to Ralph Tesson, one of the Normans. Hubert pleads seisin at the date of this last grant. A.

Postea coram Dom. Rege apud Rofham[1] quia seisina ipsius Huberti non dedicitur immo recognita est per Dom. Regem et plures alios, et preterea quia carta Dom. Regis facta fuit postquam idem Hubertus fuit disseisitus, et quia terra illa non fuit eschaeta Normannorum nec idem Hubertus fuit forisiudicatus, Consideratum est quod predictus Hubertus recuperauit seisinam suam saluo iure ipsius Nicholai et aliorum[2], si quid iuris habeant in terra illa. Et idem Hubertus de dono et uoluntate sua concedit eidem Nicholao medietatem bladi in terra illa seminati etc.

1112. Glauc. [3]Dom. Rex mandauit Aldithe que fuit uxor Johannis le Archer quod ipsa sine dilacione faceret deliberare dilecto et fideli suo Galfrido de Cam cui concessit custodiam terre et heredis ipsius Johannis usque ad etatem predictorum heredum Sarram filiam predicti Johannis quondam uiri sui et unam heredum ipsius Johannis etc.

Et Alditha uenit et producit predictam Sarram filiam suam et dicit quod idem Johannes uir suus habuit quemdam filium qui est in custodia ipsius Gaufridi et qui heres est. Et Sarra liberata est[4] predicto Gaufrido et ipse eam liberauit statim Aldithe matri sue cum catallis suis tali modo quod si de predicto filio et herede humanitus contingat et sine herede de se moriatur et ipsa Sarra non sit maritata tempore mortis ipsius filii quod predicta Alditha mater sua eam reddat eidem Galfrido solutam et non maritatam, et si ante mortem ipsius filii maritata fuerit quod ipsa Alditha de hoc quieta remaneat etc.

1113. Norht. [5]Gilibertus de Segraue summonitus fuit ad respondendum[6] Dom. Regi manerium de Burtona quod est eschaeta Dom. Regis et quod eidem Giliberto concessit per consilium Stephani de Segraue patris sui etc.

Et uenit ipse et dicit quod post summonicionem factam ei de eodem manerio est ipse disseisitus per Marescallum[7] et

[1] *Rofam*, A; Rochester.
[2] No persons named in A; *aliorum* refers to persons in general.
[3] A. m. 8. Reading; Sunday after the Assumption.
[4] *est* repeated.
[5] A. m. 12 d. Windsor; *in crastino Natiuitatis*. This must refer to the birthday of Our *Lady*, 8 Sept.
[6] Corr. *reddendum*, A.
[7] Richard Earl Marshall, whose adherents had ravaged the lands of Segrave the justiciar.

ita quod blada sua asportata sunt, et petit iudicium si debeat disseisitus respondere.

Et quia nemo disseisitus de aliqua terra respondere debet antequam seisinam suam habeat, concessum est quod Gilibertus habeat seisinam suam. [1]Preceptum est uicecomiti[1]. Et uicecomes faciat reportari et reddi eidem Giliberto si quid fuerit inde asportatum. Idem dies datus est ei etc. ut supra etc.[2] |

4. [3]Prior S. Swithuni[4] etc. et infra[5] summoniti fuerunt ad respondendum Dom. Regi quare leuauerunt furcas et quemdam hominem mortuum suspenderunt in warrenia Dom. Regis de Ouertona ubi furce prius non fuerunt leuate contra libertates Dom. Regis eiusdem warennie. Et Prior dicit etc.[6] De furcis leuatis dicit quod illas habet leuatas, et libertatem habet habendi furcas quia habet infangenethef et utfangenethef per cartas antecessorum Dom. Regis scil. Johannis Regis patris Dom. Regis quam profert que testatur etc.[7] Et quia conuictum est per cartas etc. quod habet infangenethef et utfangenethef, consideratum est quod iuste leuate sunt et ideo remaneant etc. [163.] Wilt.

De homine suspenso dicit quod quidam latro qui utlagatus fuit ut dicitur solet furari aueria et ducere ea in boscum ipsius Prioris in quemdam locum secretum et ibi solet excoriare boues et uaccas et cum semel interceptus fuerit[8] et circumdatus gentibus ipse latro cultello suo se interfecit, et quando ita se ipsum interfecerat, et quia dictum fuit quod utlagatus est uenerunt predicti homines et postquam uisus[9] per coronatorem leuauerunt predicti homines de Ouertona furcas et illum suspenderunt, set Prior dicit quod factum illud non aduocat.

Et quia predictus latro non fuit conuictus ad latronem nec utlagatus, consideratum est quod iniuste suspensus fuit et ideo libertas capiatur in manum Dom. Regis et Prior in

[1-1] Interlined in A.
[2] Michaelmas three weeks.
[3] A. m. 13. Morrow of Exaltation of Cross, at Marlborough.
[4] Winchester.
[5] About twenty defendants, A.
[6] He has first to answer a charge of keeping unlawed dogs, A.
[7] An express grant of infang-and outfangthief, A.
[8] Corr. *esset*, A.
[9] Supply *fuit*, A; *uisus* repeated in the text.

misericordia. Postea[1] fecit cum Dom. Rege pro libertate sua et pro misericordia l. marc.

1115. Berek. [2]Preceptum fuit balliuis Episcopi Sarrisbiriensis de Sunninges quod recordari facerent loquelam que fuit in hundr' suis[3] in Sunninges inter Walkelinum de Stoke querentem et Willelmum de Gildehaulle deforciantem de quadam equa unde idem Walkelinus queritur quod ei iniuste detenta est in eodem hundredo etc. et recordum haberent coram Dom. Rege etc. Et recordum uenit quod tale est. Quedam equa arestata fuit in manerio de Sunninges et Willelmus de la Gilhale uenit in pleno hundredo et dicit quod equa illa sua est et producit sectam sufficientem, et inuenit plegium de habendo equam illam ad standum in eadem curia recto[4] per unum annum et unum diem si quis inde loqui uellet secundum consuetudinem manerii, et equa ei liberata fuit. Et Wakelinus de Stoke uenit ad eandem curiam et dicit quod equa illa sua est et quod haberet ad diem quicquid ei necesse foret quod sua esset[5]. Et balliuus dedit ei diem in xv. dies et quod tunc produceret sectam suam et similiter predicto Willelmo. Ad diem illum uenerunt et Wakelinus et Willelmus, et Wakelinus producit sectam quod sua est, et similiter Willelmus uenit cum secta sua dicens quod sua fuit et ei pullanata, et cum curia nesciuit cui incumbebat probacio, posita fuit loquela et iudicium in respectum usque ad quartam curiam pro afforciamento habendo, et ad quartam curiam uenit Wakelinus et tulit breue Dom. Regis quod recordum fieret et ueniret coram Dom. Rege etc. Postea apud Westmonasterium etc. tali die uenit Wakelinus post essonia facta ab eodem Willelmo, et Willelmus producit sectam suam et ipsi quos produxit pro se discordati sunt in multis et in tempore et in aliis circumstanciis, quia quidam dicunt quod quedam equa mater ipsius pullani empta fuit ab eodem Willelmo iiij. annis elapsis et quod tunc fuit pregnans et quod habuit quandam stellulam in fronte albam, quidam dicunt quod sex annis et quod nullam stellulam habuit,

[1] Supply *finem*, A.
[2] A. m. 13 d. The Bishop of Salisbury had a palace at Sonning.
[3] *hundredo suo*, A.
[4] *illam ad rectum in eadem curia*, A.
[5] He will have sufficient proof that the mare is his.

quidam uero conueniunt in tempore set discordant in signo quia dicunt quod non habuit stellulam set albos pilos in fronte, quidam dicunt quod nullam habuit stellam.

Et Wakelinus producit sectam que concordat in omnibus et per omnia, et dicunt omnes quos ipse producit pro se quod ad diem talem etc. quatuor annis elapsis uenit idem Wakelinus et emit equam unam soram cum pullo lactente et tradidit pullum illum custodiendum cuidam Johanni de Pareo. Et quesiti de signo et uerbis[1] concordant quia dicunt quod pullus habuit sinistram auriculam fissam et caudam pro parte abscisam et dicunt quod pullus niger fuit. Et pullus uisus est et non habet etatem nisi quatuor annorum ad plus uel trium et dimidii ad minus. Et Thomas de Perham seruiens manerii dicit quod predictus Wakelinus antequam equam petitam uidisset dixit omnia signa et colorem et omnia per que cognosci potuit, et Willelmus cum supra hoc esset interrogatus nichil certum dicebat nisi quod ei pullunata fuit, et nichil sciuit de etate. Et quia secta quam Willelmus producit non est sufficiens nec aliquid probat, et quia loquela incepta fuit infra libertatem Episcopi Sarrisbiriensis et balliuus Episcopi petit curiam suam, concessa est ei et teneat unicuique iusticiam. Et Willelmus et Gunilda mater sua cognoscunt quod quidam Rogerus de Etona uendidit patri ipsius Willelmi matrem illius eque vj. annis elapsis uel septem, et dicunt quod tunc fuit pregnans, et equa non est adhuc nisi iiij. annorum ad plus etc.

6. [2]Beatricia uxor Gaufridi de Dichefordia ponit loco suo Gaufridum uirum suum uel Willelmum de Euesham uersus Willelmum Trauers de placito terre. Et sciendum quod Beatricia essoniauit se de malo lecti et habuit languorem et unde habuit diem apud Turrim Londonie a die uisus sui in unum annum et unum diem et qui transit[3] tali die etc. Et datum est ei quod ueniat in eodem statu in quo nunc est ad primam summonicionem quando iusticiarii residebunt in banco uel in aduentu iusticiariorum cum in partes etc. sine essonio. | Wygorn.

[1] A has two words which are not legible; I cannot read them.
[2] A. m. 14. Westminster; octave of Michaelmas.
[3] Corr. *transiit*, A.

[163 b.]
1117.

Nota prouisionem factam et concessam de bastardia de eo qui natus est ante sponsalia[2].

[1]Prouisum est coram Dom. Rege, Archiepiscopo Cantuariensi, Episcopis, Comitibus, Baronibus et aliis Magnatibus et Consilio Dom. Regis quod nulla assisa ultime presentacionis de cetero de ecclesiis prebendatis nec de prebendis capiatur[3].

Item eodem die prouisum est coram eisdem quod omnes uiri religiosi quicunque sint et qui habent ecclesias parochiales in proprios usus habeant de cetero assisas ad recognoscendum utrum feodum etc. sit libera elemosina etc., eodem modo et per eadem uerba secundum quod clerici rectores ecclesiarum illas habent etc. et uacentur[4] persone in breuibus sicut et clerici exceptis ecclesiis conuentualibus et earum feodis de quibus nulle huiusmodi assise capiantur[5].

Prouisio de bastardia obiecta contra eum qui natus fuit et genitus ante matrimonium[8].

[[6]Et similiter[7] concessum est a Dom. Rege coram Archiepiscopis, Episcopis, Comitibus et Baronibus qui conuenerant apud Mertonam ubi tractatum fuit de communi utilitate regni super pluribus articulis Dom. Regem et regnum tangentibus ubi inter alia[9] tractatum fuit de obiectione bastardie utrum uidelicet aliquis natus ante matrimonium[10] succedere possit antecessoribus suis in hereditate et haberi pro legittimo[10] sicut ille qui post matrimonium natus fuit. Et ad[11] Archiepiscopi et omnes Episcopi respon-

[1] A. m. 15. Under the heading *Placita apud Westmonasterium coram Dom. Rege in Oct. S. Mich. anno Regni eius xviij°* The difficult questions raised by this record I propose to discuss in my Introduction.

[2] By the usual annotator.

[3] In A *capiatur* is wanting. This provision is repeated below. See the end of this record and Br. f. 241 b. This is Fitz. *Darren Presentement*, 23.

[4] Corr. *uocentur*, A.

[5] This provision is repeated below. See Br. f. 286 b. This is Fitz. *Juris Utrum*, 16.

[6] I find nothing in A resembling the passage which I enclose in [ ]. What has gone before is on memb. 15 and is there followed by divers law-suits. Then at the top of memb. 15 d. there is the heading *Die Jouis proximo post festum S. Dionisii anno Regis Henr. fil. Reg. J. xviij. coram Dom. Rege et subscriptis.* The passage in [ ] corresponds to the preamble and cap. 9 of the Statute of Merton, and is found with little variation in Bracton f. 416 b. I collate the Statutes of the Realm (S) and Bracton (Br).

[7] S and Br. give date: morrow of St Vincent A. R. 20, i.e. 23 Jan. 1236; S adds that the magnates were assembled for the coronation of the king and queen.

[8] By the occasional annotator.

[9] Here follows in substance cap. 9 of Stat. Mert.; but in an expanded form similar to that given by Bracton.

[10-10] *habere poterit hereditatem*, S; *haberi possit pro legitimo*, Br.

[11] Supply *hoc*. S has *Responderunt omnes Episcopi*; Br. has *Ad quod omnes Episcopi responderunt*.

derunt quod [1]cum illi qui nati sunt ante matrimonium ita legittimi sunt sicut illi qui post matrimonium nati sunt coad deum et coad ecclesiam[1] noluerunt neque potuerunt [2]sine preiudicio ecclesiastice dignitatis respondere ad breue de inquisicione facienda de bastardia sic obiecta, rescribere Dom. Regi in forma eis demandata a Dom. Rege per breue suum, uidelicet utrum ipse qui huiusmodi bastardia obiecta esset natus esset ante sponsalia siue matrimonium uel post, et cum hoc esset in preiudicium ecclesiastice dignitatis[2], rogabant magnates ut ad hoc consentirent, quod nati ante matrimonium[3] ita legittimi essent sicut et illi qui post sponsalia uel[4] matrimonium [5]coad successiones parentum et eorum hereditates[5], quia ecclesia tales habet pro legittimis. Et omnes Comites et Barones quotquot fuerunt[6] una uoce responderunt quod noluerunt[7] leges Anglie mutare que [8]usque ad tempus illud[8] usitate fuerunt et approbate.] Bastardia.

[9]Postea uero alio die coram ipso Dom. Rege et subscriptis conuocato consilio prouisum fuit et concessum ab ipso Dom. Rege coram uenerabili patre E. Cantuariensi Archiepiscopo[10], R. Cycestrensi Episcopo Dom. Regis Cancellario, R. Dunnolmensi Episcopo, H. Elyensi Episcopo, Episcopo Norwicensi, Episcopo Londoniensi, Episcopo Bathoniensi, Episcopo Exoniensi, Episcopo Karleolensi, Episcopo Herefordensi et Episcopo Roffensi, item coram comitibus subscriptis R. Comite Cornubie et Pictauie, G. Comite Marescallo, J. Comite Lincolnie, W. Comite Warenne, J. Comite Cestrie, W. Comite

[1—1] This whole passage is wanting in S; Br. gives it with merely verbal variations.

[2—2] S has merely *ad istud responderunt, quia hoc esset contra communem formam ecclesie.* Br. agrees substantially with the text.

[3] Br. but not S inserts *quasi omnia.*

[4] S but not Br omits *sponsalia uel.*

[5—5] Br omits; S has *quantum ad successionem hereditariam.*

[6] S, but not Br., omits *quotquot fuerunt.*

[7] Sic, Br; *noluit,* S.

[8—8] S but not Br omits.

[9] At the top of A. m. 15 d, as already said is the heading *Die Jouis proxima,* etc. On this follows *Prouisum fuit et concessum a Dom. Rege et subscriptis omnibus et aliis quod decetero* etc. From *decetero* which occurs below, A agrees with my text, subject to the variants that I have noted. The names of the magnates in A occur at the end of the ordinance, after *cum talis bastardia obiciatur.* There is nothing in the statute-book answering to what follows. Bracton gives the date *Postea uero die Jouis proxima post festum S. Dionisii.* The year previously mentioned by him is A. R. 20. S. Denis is Oct. 9, Monday in 1234, Tuesday in 1235, Thursday in 1236.

[10] In A the names at the end of the ordinance are in the nominative.

de Ferers, Thoma Comite Warrewici, H. Comite Kancie, H. de Ver Comite Oxonie, H. Comite Herefordie, S. de Monte Forti Comite Leycestrie, item coram baronibus subscriptis Radulfo de Tony, Philippo de Albeniaco, Radulfo filio Nicholai, Herberto filio Mathei, Johanne Marescallo, Galfrido de Lucy, Ricardo de Argenten, Hugone Dispensatore, Willelmo de Say, Willelmo Bardolf, Willelmo de Cantilupo seniore, et Willelmo de Cantilupo iuniore, Ricardo Siward, Godefrido de Craucumba, Almarico de S. Amando Bertramo de Curiel[1], Engelardo de Cygony, Roberto de Mucegros, Baldewino de Pauntona, Herberto de Lucy et Ricardo filio Hugonis et pluribus aliis tunc ibi presentibus, quod de cetero cum talis bastardia obiecta fuerit[2] alicui in curia Dom. Regis quod [3]bastardus sit et ideo bastardus quia[3] natus ante [4]sponsalia siue[4] matrimonium contractum inter patrem suum et matrem suam mittatur loquela ad episcopum[5] loci ut inquiratur[6] per hec uerba[7] utrum talis natus fuerit[8] ante sponsalia uel[9] matrimonium uel post[10], ita quod in inquisicione illa cesset omnis appellacio sicut in [11]omni alia inquisicione de[11] bastardia de qua [12]inquisicio fuerit transmissa ad curiam cristianitatis episcopo uel ordinario facienda, et ita maxime quod[12] nulla fiat appellacio extra regnum [13]si de necessitate contingat appellari[13]. Et ideo[14] tunc preceptum fuit quod ita teneretur et observaretur in futuro[14] tam de illis[15] de quibus iudicium ex tunc[16] faciendum esset[17] in curia Dom. Regis [18]tam de placitis inceptis quam incipiendis[18] cum huiusmodi bastardia obiciatur[19].

[1] *Kuriel*, A.
[2] Sic, Br.; *obicitur*, A.
[3-3] Sic, Br.; omit A.
[4-4] Sic, Br.; omit A.
[5] *ordinarium*, Br.
[6] *ad inquirendum* not *ut inquiratur*, A; *et fiat inquisitio*, Br.
[7] Sic, Br.: omit *per hec uerba*, A.
[8] Sic, Br.; *fuit*, A.
[9] Sic, Br.; omit *sponsalia uel*, A.
[10] Br. but not A inserts *et rescribat ordinarius per eadem uerba Dom. Regi sine aliqua cauillatione.*
[11-11] Sic, Br.; *simpliciter*, A.
[12-12] *inquisitio demandanda fuerit alicui ordinario facienda, et maxime quod*, Br.; *placitum transmissum erit ad curiam cristianitatis, ita quod* A.
[13-13] Sic, Br.: omit A.
[14-14] Sic, Br.; *decetero ita teneatur*, A.
[15] Br. inserts *quam*.
[16] *est* not *ex tunc*, A.
[17] Om. *esset*, A.
[18-18] *quam de placitis que nondum incipiuntur*, A.
[19] Br. adds *ex tali causa*. Here in A follow the names of the magnates.

[1]Concessum est eciam eodem die a Dom. Rege et a supradictis omnibus quod assisa ultime presentacionis non capiatur de ecclesiis prebendatis nec de prebendis. Concessum est eciam uiris religiosis qui ecclesias parochiales habent in proprios usus quod ipsi de terris ecclesiarum illarum habeant sicut persone assisam ad recognoscendum utrum terra sit libera elemosina pertinens ad ecclesiam unde ipsi sunt persone et quod nominentur persone in breuibus sicut[2] et per eadem uerba secundum quod clerici rectores aliarum ecclesiarum nominantur, exceptis ecclesiis conuentualibus et earum feodis de quibus nulle huiusmodi assise capiantur.

[3]Assisa uenit recognitura si Johannes le Fay iniuste et sine iudicio disseisiuit Willelmum Renard de libero tenemento suo in Brumlegha post primam coronacionem Dom. Regis apud Westmonasterium, et unde queritur quod disseisiuit eum de terra circiter j. carue. terre etc. Surr.

Et Johannes uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri quia reuera terra illa unde queritur fuit cuiusdam Anxelli de Coburg qui profectus fuit in Normanniam, et quia ipse Johannes audiuit quod idem Anxellus mortuus fuit, cepit terram illam ¦ et illam tenuit in manu sua, et postea [151.] quia idem Willelmus ei seruierat commisit ei terram illam et tradidit ad uoluntatem suam et quamdiu ei placeret et quamdiu ei bene seruiret et donec recti heredes uenirent et facerent quod de iure facere deberent, et idem Anxellus postea uenit in Angliam et inuenit Willelmum ita seisitum et perquisiuit sibi uersus Dom. Regem quod rehabuit[4] seisinam suam, et quando illam habuit, tradidit eam cuidam Johanni Anguillun, et ita quod predictus Willelmus perquisiuit breue de noua disseisina iam viij. annis elapsis coram Roberto de Lexetona et Willelmo de Londonia apud

[1] This clause is given more briefly in A.

[2] A here omits *patet ex altera parte huius rotule* (referring to what is printed above from the front of the roll. [illegible]. *De tenementis uero que ad [illegible] pertinent racione ecclesiarum [illegible]*, *non*. Thus in A ends the ordinance. Against the last part of it, the scorer has set his mark.

[3] A. m. 16. An assize taken by William Raleigh and Robert of Bockeley at Lambeth.

[4] Sic, A.

Bermundeseiam[1], et postea uenit et noluit sequi ita quod remansit in misericordia et ipse et plegii sui de presequendo, et bene dicit quod terram illam nunquam habuit in feodo nisi ad uoluntatem suam, et si ita esset quod fuit inde disseisitus, hoc fuit per Anxellum et non per ipsum Johannem, et inde ponit se super iuratam, et dicit quod idem Willelmus cepit v. marcas per sic quod[2] retraheret.

Et Willelmus uenit et dicit quod fuit inde feofatus et inde fuit in seisina per multum tempus et idem Johannes inde cepit homagium suum et fuit inde seisitus donec fuit disseisitus per ipsum Johannem. De hoc autem quod tulit breue de noua disseisina super ipsum Johannem de Fay et Johannem Anguillun, dicit quod nullum breue tulit super ipsum Johannem de Fay set reuera tulit illud super predictum Johannem Anguillun, et quia audiuit quod breue illud non potuit ei prodesse noluit illud sequi et ita remansit in misericordia, et bene defendit quod nullum tulit super predictum Johannem de Fay nec denarios recepit pro se retrahendo, et quod inde fuit feofatus et ita seisitus ponit se super iuratam.

Juratores dicunt quod terra illa fuit predicti Anxelli et ipse Johannes cepit in manum suam terram illam secundum quod predictum est, quia credidit quod idem Anxellus mortuus esset in Normannia, et quando idem Johannes illam habuit in manu sua tradidit eam ipsi Willelmo, et ita quod Willelmus fuit in seisina per tres annos et cepit expleta, et reuerso Anxello de Normannia, uenit idem Johannes et disseisiuit ipsum Willelmum de eadem terra et illam tradidit ipsi Anxello, set nesciunt si preceptum Dom. Regis inde haberet. Et dicunt quod melius credunt quod tradita fuit ipsi Willelmo ad uoluntatem ipsius Johannis et quamdiu ei placeret quam alio modo et in feodo. Et ideo consideratum est quod Johannes inde quietus et Willelmus in misericordia.

1119. [3]Isobella que fuit uxor Alexandri Parent summonita fuit

Essex.

[1] Robert Lexington and William of London, two justices of the King's Court.

[2] Supply se. A.

[3] A. m. 16.

ad respondendum Dom. Regi quo waranto tenet xvij. acras terre cum pert. in Haueringe et alii etc. etc. et infra[1].

Et Isobella et omnes alii ueniunt et dicunt quod tenuerunt terras illas de Henrico filio Aucheri aliquando dum uixit et ipse in uita sua attornauit seruicia ipsorum Alexandro de la More et dicunt quod faciunt ei seruicia sua et uocant ipsum inde ad warantum. Et ipse presens est et dicit quod non habet diem ad warantizandum et petit diem, et datus est eis dies coram Dom. Rege ubicumque etc. Et de terra quam ipse tenet petit uisum et habet. Idem dies datus est ei qui supra[2], et interim etc.

[3]Adam filius Heruei et Juliana uxor eius petunt uersus Gaufridum filium Johannis manerium de Ornesby cum pert. ut ius suum et de quo Johannes filius Hugonis pater predicte Juliane cuius heres ipsa est fuit seisitus in dominico suo ut de feodo die quo iter arripuit uersus terram sanctam et in quo itinere obiit ut dicitur et unde Gunnora de Radinges[4] uxor predicti Johannis filii Hugonis et mater ipsius Juliane postea in curia nostra coram iusticiariis nostris apud Westmonasterium recuperauit dotem suam uersus Matillidem de Berners que se facit[5] uxorem predicti Johannis, et que in eadem curia obiecit eidem Gunore quod nunquam fuit predicto Johanni legittimo matrimonio copulata, que Gunora postmodum per hoc quod eam misimus ad curiam cristianitatis probauit sponsalia sua ut dicitur etc.[6] Norf.

Et Galfridus uenit et defendit ius suum et dicit quod non debet ei respondere de manerio illo cum pert. quia non tenet totum manerium illud, quia Willelmus Anguilyn tenet unum mesuagium et Willelmus de Sparham tenet aliud mesuagium in eadem uilla et terram de quibus ipse nichil tenet nec in seruicio nec in dominico, et desicut non tenet manerium totum non uult respondere nisi curia considerauerit. Et Adam et Juliana non possunt hoc dedicere, et petunt licenciam recedendi de breui suo, et habent, et ideo inde

[1] Ten other defendants are sued concerning distinct parcels, A.

[2] Ten defendants whose names are given, A.

[3] A. m. 19 d. Westminster, octave of S. Martin. Bracton f. 298.

[4] Corr. *Bendenges*, A.

[5] Corr. *fecit*, A.

[6] As to the action between Gunora and Maud, see Br. f. 306 b.

sine die. Et sciendum quod Galfridus cognoscit quod tenet totum residuum etc.

1121. Deuon. [1]Hugo de Chaggefordia attachiatus fuit ad respondendum Henrico Teutonico quare de nocte ui et armis et contra pacem Dom. Regis asportauit blada hominum maneriorum de Aluringtona et de Wikes que idem Henricus habet de ballio Ricardi Comitis Cornubie et Pictauie de terris quas idem Comes habet de dote J.[2] Regine matris Dom. Regis, et unde idem Henricus queritur quod tali die etc. uenit[3] Hugo dictus cum gente armata circiter ducentis hominibus uenit[4] ad predicta maneria et blada ita asportauit de terra sua, et unde dicit quod homines et tenentes sui blada illa seminauerunt, et unde dampnum habet ad ualenciam etc. et inde producit sectam etc. |

[164 b.] Et Hugo uenit et defendit uim et iniuriam et asportacionem bladi et quod nullum bladum asportauit de terra ipsius Henrici et inde ponit se super patriam, et dicit quod terra de qua blada fuerunt asportata sua est, et quesitus quis eorum seminauit terram illam, dicit quod homines ipsius Henrici set hoc fecerunt super defensum suum, et quando blada fuerunt matura uenit ipse et fecit blada illa asportari de die et non de nocte. Et dicit quod homines ipsius Henrici de predictis uillis habuerunt aliquando communam pasture in eadem terra que sua est, et postea illam excoluerunt secundum quod predictum est sed nullam communam habere potuerunt nisi pro seruicio quod pro ea fecerunt. Et cognoscit quod blada illa asportauit postquam fuerunt intassata super terram illam.

Et Henricus dicit quod terra sua est et quod blada ita fuerunt asportata et ui et armis et de nocte et hoc pertinet ad Dom. Regem et inde petit iudicium. Postea concordati[5] sunt per licenciam et Hugo dat eidem Henrico centum solidos pro dampnis predictorum hominum et Henricus tenet se inde contentum, et ideo inde sine die etc.

[1] A. m. 23. Octave of Hilary.
[2] Isabella of Angoulême. Her dower lands had lately been given by the King to his brother Richard of Cornwall. Mat. Par. vol. 3, p. 125.
[3] Sic, A.
[4] Sic, A.
[5] *cons*', MS.

2. [1]Preceptum fuit balliuis de Kingestona quod in plena curia sua de Kingestona recordari facerent loquelam que est in eadem curia inter Radulfum del How et Radulfum de Immewrthe et Alanum de Legha et Johannam uxorem eius tenentes de xj. uirg. terre cum pert. in Immewrthe excepta una acra et unde predictus Radulfus de How queritur falsum sibi factum fuisse iudicium in eadem curia, et recordum uenire faceret per quatuor qui recordo illi interfuerunt etc. Et Radulfus Cortes et etc. et infra[2] quatuor qui recordo illi interfuerunt ueniunt et recordantur quod Radulfus de How tulit quoddam breue de recto ad curiam de Kingestona de predicta terra quod secundum consuetudinem manerii deduceretur. Et post summoniciones et supersisas essoniauerunt se tenentes de malo ueniendi et postea essoniauit se predicta Johanna de malo lecti et essonium ei fuit allocatum tam racione breuis quam secundum consuetudinem manerii. Surr.

Et Radulfus de Ho dicit quod falsum ei factum fuit iudicium quia in maneriis Dom. Regis nec ad huiusmodi breuia iacet essonium de malo lecti. Et quesitus utrum essonium iniuste fuit allocatum uel racione breuis uel occasione consuetudinis manerii dicit quod racione breuis. Et breue ostensum est et loquitur de puro facto[3] secundum consuetudinem manerii, et quia breue in se habet illud essonium quia loquitur pure de facto[4], ideo balliui inde sine die et Radulfus in misericordia et procedat loquela in curia etc.

3 [5]Burgenses de Dunwico queruntur quod Benedictus Maior Suthamptone et Walterus et alii balliui eiusdem uille ceperunt consuetudines de allec' et de aliis que facere non debent et dicunt eo quod quieti debent esse de omnibus consuetudinibus per cartam[6] Johannis Regis quam proferunt que hoc idem testatur et similiter per cartam Dom. Regis qui nunc est que illam cartam confirmat, et unde queruntur quod contra cartas illas arestauerunt xj. naues in portu[7] de Hamele. Suhamt.

[1] A. m. 23 d.
[2] This marks the omission of three names, A.
[3] Corr. recto, A: an odd mistake.
[4] Corr. recto, A.
[5] A. m. 25 d.
[6] Rot. Cart. p. 51, dated 29 June, 1199.
[7] *potu*, MS. Hamble between Southampton and Portsmouth.

Et Benedictus et Walterus ueniunt et dicunt quod nullas naues arestauerunt set consuetudines de allec' ceperunt et de aliis quia ante confeccionem illarum cartarum et post seisinam inde habuerunt et illa seisina usi sunt hucusque etc.

Dies datus est eis etc. Post ueniunt balliui de Suhamptona et proferunt cartam Regis Johannis anno regni sui primo[1] que testatur quod concedit et confirmat burgensibus Suhamptone[2] in perpetuum cum portu de Portesm' cum omnibus pertinenciis, libertatibus et liberis consuetudinibus suis et aliis omnibus que ad firmam predicte uille pertinebant tempore Henrici Regis patris sui, et dicunt quod per cartam illam que prius confecta fuit quam carte illorum de Dunwico et eciam per cartam Regis Ricardi quam habent sunt ipsi in seisina de capiendis consuetudinibus et tolneto.

Et quia ipsi burgenses de Dunwico nichil ostendunt quod sint in seisina quietancie per cartas illas uel quieti esse debeant, consideratum est quod illi de Suhamptona sine die et illi de Dunwico in misericordia.

1124. Hunting.

Nota quousque quod idem est quod donec[4].

Terminus terminans set indeterminatus et incertus, et ideo liberum tenementum sicut ad uitam hominis, quia tamen certus fuerit, tamen incertus hora mortis[6].

Et forte non dedit ei escambium nec heredes obligati fuerunt.

[3]Stephanus de Segraue summonitus fuit ad respondendum Dom. Regi de placito quod reddat ei maneria de Almundebiria et de Westona, in que non habet ingressum nisi per Johannem Comitem Cestrie et Huntingdonie qui illa dare non potuit, eo quod Dom. J. Rex pater Dom. Regis non dedit ea Comiti Dauidi patri suo cuius heres ipse [Johannes[5]] est nisi quousque [J. Rex] eidem Comiti [Dauidi] daret escambium ad ualenciam in escaetis. Et habuit diem talem etc. ad quem se essoniauit et habuit diem per essoniatorem suum a die etc. ad quem nec uenit nec essoniatorem misit. Et nunc uenit [per attornatos suos[7]]. Et Dom. Rex se tenet ad defaltam etc. Et Stephanus per attornatum suum defendit

[1] Not found in the printed Charter Roll.

[2] Supply *uillam de Suhamptona*, A.

[3] A. m. 27.

[4] The word *quousque* is equivalent to *donec*. So Br. f. 26 b.

[5] Words in brackets inserted by annotator; not in A.

[6] These remarkable words occur in Bracton, f. 27. Si autem fiat donatio ad terminum annorum, quamuis longissimum, qui excedat uitam hominum, tamen ex hoc non habebit donatorius liberum tenementum, cum terminus annorum certus sit et determinatus, et terminus uitae incertus, et quia licet nihil certius sit morte, nihil tamen incertius est hora mortis.

[7] By annotator; not in A.

summonicionem, essonium, et sursisam et totum, et ideo uadiet legem et ueniat cum lege tali die etc. se xij. manu. et attornatus iuret in animam domini sui etc. Idem dies datus est Stephano per attornatum suum de audiendo iudicio suo uersus Dom. Regem. Postea uenit attornatus Stephani et fecit legem secundum quod ei adiudicata fuit et iurauit in animam domini sui.

Nota de S. de Segraue qui fecit attornatos et fuit tenens et postea defendit summonicionem et sursisam et totum per attornatos et ipsi uadiauerunt legem et illam fecerunt et iurauerunt in animam domini sui. Set uidetur quod hoc fuit error in persona tenentis etsi hoc ualere posset in persona petentis [1].

[2] Postea apud Wudestok auditum fuit recordum istud coram ipso Dom. Rege in warderoba Dom. Regis et presente fratre Galfri lo Templario factum fuit iudicium et concessum a Dom. Rege quod terra illa sic data remaneret ipsi Stephano de Segraue et heredibus suis in feodo, quia Dom. Rex nunquam prouidit nec reddidit escambium eidem Comiti Dauidi in uita sua quia prouisio non tetigit heredes suos. |

[165.] Cantebr.

[3] Elias de Essewilla summonitus fuit ad respondendum Willelmo de Ferariis quare non reddit ei Simonem filium et heredem Elie de Chichesaunt cuius custodia ad eum pertinet eo quod predictus Elias terram suam tenuit de eo per seruicium militare, et unde dicit quod per detentionem illam deterioratus est ad ualenciam xl. marcarum.

Et ad alium diem ita conuenit quod predictus Elias producere deberet eum ad hunc diem si posset et quod diligenciam apponeret producendi eum et si non possit [4] eum producere quod manifestaret quis eum haberet etc.

Et Helyas uenit set non producit heredem illum et dicit quod illum non potest producere quia illum non habet nec illum reddere potest quia est in manu cuiusdam Roberti

[1] I cannot find that Bracton covers just this point; though on f. [illegible] he says that a tenant who has personally waged law of non-summons cannot afterwards make his law by attorney. As to the attorney swearing on the soul of the principal see f. [illegible]7 b.

[2] What follows is added by the annotator at the foot of the page. The legal point seems this:—the king gave land to Earl David and his heirs *pro eo quod* the king should make another provision for David; no provision was made in David's lifetime; Segrave claims under John son of David; he cannot be deprived of the land by any provision made for the heirs of David, *quia provisio non tetigit heredes*. See Br. f. 26 b. The annotator seems to have had personal knowledge of the result of this action against the disgraced justiciar. This passage is not in A and does not look quite like an extract from a roll; the proceedings in the wardrobe may have been informal. Geoffrey the Templar had the keeping of the great seal in 1238; little is known of him; in 1235 he would be one of the king's clerks and, it may be, supplied the annotator with this information. See Mat. Par. vol. 3, p. 495.

[3] A. m. 28.

[4] *posset*, A.

filii Radulfi de Graucherst nec per eum ibi est nec per eum ei liberatus est.

Et Willelmus dicit quod fuit in manu ipsius Helye post mortem patris sui et in domo sua et inde producit sectam etc.

Et Helyas dicit et cognoscit quod reuera aliquando fuit in domo sua et idem Robertus illum ibi adduxit et postea eum inde abduxit et illum habet sicut credit, et bene defendit contra ipsum et sectam suam quod ipsum non habet nec eum habuit nec ipsum reddere potest. Et ideo defendat se xij. manu et ueniat cum lege etc. tali die etc.

Et quia Helyas dicit quod predictus Robertus illum habet, preceptum est uicecomiti Bedefordie quod faciat eundem Robertum uenire ad diem illum et secum adducat predictum heredem, quia idem Helyas[1] quod idem Robertus eum adduxit sepius ad domum suam et illum inde abduxit et quod illum habet. Et si Robertus illum heredem tunc adduxerit uel cognouerit quod illum habeat tunc sit Helyas quietus de lege.

Postea ad alium diem uenit predictus Helyas et recognouit predictam custodiam terre et heredis illius esse ius ipsius Willelmi et illam ei reddidit. Et quia non habet heredem illum ad manum datus est eis dies etc. ut illum reddat Dom. Nicholao de Neouilla cui idem Willelmus concessit et dedit predictam custodiam terre et heredis sicut ipse cognouit coram iusticiariis etc.

1126. Oxon. [2]Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam de Chinnouere que uacans est cuius aduocacionem Prior de Wallingfordia clamat uersus Rogerum de Queney.

Et Rogerus per attornatum suum uenit et bene concedit assisam et dicit quod quidam Walterus de Vernun presentauit quendam Adam clericum ad eandem ecclesiam qui ad eandem presentacionem fuit admissus, et dicit quod antecessores sui habuerunt terram illam ad quam aduocacio illa pertinet de dono ipsius Walteri et unde dicit quod presentacio pertinet ad eum.

[1] Supply *dicit*, A. [2] A. m. 29 d.

Et Prior dicit quod presentacio pertinet ad ipsum et quod Prior Sampson predecessor suus presentauit ad ecclesiam predictum Adam clericum et qui ad presentacionem suam fuit admissus.

[1]Et super hoc uenit quidam Simon de Chennouere et dicit quod presentacio pertinet ad ipsum et quidam Adam antecessor suus presentauit predictum Adam clericum nepotem suum ad eandem ecclesiam qui ad presentacionem suam fuit admissus, et unde dicit quod nunc aramiauit assisam ultime presentacionis coram iusticiariis itinerantibus apud Hertfordiam.

Et Prior dicit quod predictus Simon nichil clamare poterit in predicta aduocacione quia ipse Simon remisit[2] cognouit quod aduocacio illius ecclesie pertinet ad Priorem et conuentum et ecclesiam suam S. Trinitatis de Wallingefordia et nichil uendicat nec uendicare poterit in predicta aduocacione et quod quietum clamauit pro se et heredibus suis quicquid ipse uel heredes sui in ea possent clamare uel uendicare aliquo tempore, et inde profert cartam suam que hoc testatur.

Et Simon uenit et bene cognoscit quod fecit cartam illam Priori et domui sue set dicit quod hoc fecit per timorem et oppressionem et in tempore guerre. Et quesitus quid fecit post guerram si reclamaret et ostenderet aliquam uim uel metum ei illatum et quid fecisset tempore pacis, dicit quod nichil inde fecit. Et ideo consideratum est quod loquela uacua est quantum ad ipsum et remaneat assisa quam aramiauit coram iusticiariis apud Hertfordiam, et procedat inter predictos Rogerum de Quency et Priorem, et assisa remaneat capienda pro defectu recognitorum, quia tantum tres uenerunt et tres se essoniauerunt. Et ideo assisa ponitur in respectum usque etc. et ueniant tunc xij. et uicecomes apponat milites tot et tales etc. Et concessum est quod siue uenerint siue non assisa illa capiatur. Ad diem illum uenit assisa etc.

[1] Bracton, f. 16 b, cites this case concerning duress. Simon of [illegible] uenit a *latere*, comes in as third party.

[2] Supply *et*, A.

Juratores dicunt quod sicut credunt et inquirere poterunt quod quidam predecessor ipsius Prioris de Wallingefordia presentauit ipsum Adam et sicut credunt quod Adam habuit ingressum in ecclesiam illam per predictum predecessorem, et idem Adam in uita sua hoc cognouit dum uixit, et certitudinem magnam habere non poterunt quia idem Adam uixit persona[1] per c. annos[2]. Et ideo Prior habeat seisinam suam et Rogerus in misericordia, et perquirat sibi breue de recto si uoluerit, et Prior habeat breue ad Electum Lincolnie[3] etc. |

[165 b.] 1127. Norht. [4]J. Comes Cestrie[5] summonitus fuit ad respondendum Hugoni de Albiniaco, W. Comiti de Ferariis et Agneti uxori eius et Hawisie de Quency Comitisse Lincolnie quare deforciat eis racionabilem partem que eos contingit de hereditate Rannulfi quondam Comitis Cestrie et unde obiit ipse seisitus in comitatu Cestrie, computata tamen eisdem Hugoni, Agneti et Hawisie parte sua quam nunc habent alibi de predicta hereditate ipsius Comitis, computata eciam eidem Comiti Cestrie parte sua racionabili de terra quam nunc tenet alibi de eadem hereditate etc., et unde dicunt quod predictus Comes Cestrie habet in tenancia capitale mesuagium Cestrie, et Hugo de Albiniaco habet Conuentriam cum aliis terris, Willelmus de Ferariis et Agnes uxor eius habent Certesleghain cum aliis terris, et Hawisia de Quency habet Bullingbroc cum aliis terris, et omnes in tenancia, et unde petunt ab eodem Comite Cestrie id quod eis deest de racionabili parte ipsorum que eos contingit de hereditate illa in comitatu Cestrie.

Et Comes Cestrie per attornatum suum uenit et dicit quod non debet ad hoc breue respondere nec ad summonicionem istam quia Dom. Comes non uult aliquam recolligere summonicionem de terris et tenementis in comitatu Cestrie que facta sit alibi extra comitatum Cestrie, et bene dicit quod breue Dom. Regis non currit in predicto comitatu suo, nec uult ad tales summoniciones respondere, set petit quod

[1] Supply *in eadem ecclesia*, A.
[2] Sic A.
[3] Grosteste, consec. 3 June 1235.
[4] A. m. 30 d.
[5] John Scot. As to the partition of the great inheritance of Earl Ranulf see Mat. Par. vol. 3, p. 230.

Dom. Rex teneat ei libertates suas et quibus ipse et antecessores sui semper hucusque usi sunt, et petit quod predicti querentes ueniant in comitatu Cestrie et ipse faciet eis plenam iusticiam.

Et Comes de Ferariis et omnes alii qui sunt coheredes sui participes de hereditate illa petunt iudicium. Ponitur in respectum etc.[1]

[illegible] [2]Assisa uenit recognitura si Cristiana de Mandeuilla soror Walteri filii Roberti fuit seisita de dominico suo ut de feodo de sepcies uiginti et quatuor acris terre cum pert. in Dersingham die etc. et si etc. et si idem Walterus sit propinquior heres etc. unde Henricus de Bailloil' et Lora uxor eius et alii etc. et infra[3] tenent etc.

Et Henricus et omnes alii ueniunt per attornatos suos et dicunt quod assisa non debet inde fieri, quia bene concedunt quod predicta Cristiana obiit sic seisita de predicta terra, set idem Walterus non fuit frater predicte Cristiane nisi ex parte patris, et terra illa descendit eidem Cristiane ex parte Gunnore matris sue, et dicunt quod uxores sue sunt heredes predicte Cristiane hac racione, quia tres fratres fuerunt, scil. Petrus, Robertus, Philippus ex parte patris et matris, et predictus Petrus terram illam tenuit et obiit sine herede de se, et habuit quandam uxorem Gundredam de Warauna que terram illam tenuit tota uita sua nomine dotis. De predicto Roberto exiuit Gunora mater predicte Cristiane que Cristiana obiit sine herede de se. Et Philippus tercius frater adiit Scociam et ibi genuit quendam Willelmum de Valoynes qui fuit heres suus et de quo exierunt uxores predictorum Henrici et aliorum. Et quia predicta Cristiana obiit sine herede de corpore suo, dicunt quod ipsi sunt propinquiores heredes ipsius Cristiane et non predictus Walterus qui non est frater nisi ex parte patris de quo hereditas illa non descendit, et petunt iudicium.

[1] For more as to the descent of the [illegible] inheritance, see below MS. [illegible]

[2] This case was printed by Mr [illegible] Greenstreet in a discussion [illegible] the extinction of the barony of [illegible]. See *Notes and Queries*, 25 Feb. 1882, where a drawing of the pedigree will be found. I cannot find this case in A.

[3] This marks an omission of the names of other tenants, namely Cristiana and Isabella and their respective husbands.

Postea coram Dom. Rege apud Westmonasterium factum est iudicium, Quia predicta terra descendit eidem Cristiane de predicto Roberto auo suo ex parte matris et iste Walterus est frater ipsius Cristiane tantum ex parte patris ex altera uxore qui nichil clamare potuit in terra illa nisi racione predicte Gundrede[1] uxoris sue prime, et quia predicta Lora, Cristiana et Isobella exiuerunt de predicto Philippo tercio fratre ipsius Roberti aui predicte Cristiane et ideo propinquiores heredes, Consideratum est quod predicti Henricus et Lora et alii teneant in pace, et quod ipse Walterus nichil capit per hanc assisam et sit in misericordia etc.[2]

1129. Surr. [3]Gregorius de la Dun questus fuit de Giliberto Basset quod cum per conuencionem factam inter Alanum Basset patrem eiusdem Giliberti cuius heres ipse est et Willelmum de la Dun patrem ipsius Gregorii cuius heres ipse est habere debeat in Broewde qui fuit de dominico Regis Ricardi auunculi Dom. Regis centum porcos quietos de pannagio et que acquietancia pertinet ad quandam firmam xl. sol. quas[4] idem Gregorius Dom. Regi debet annuatim, idem Gilibertus non permittit eundem Gregorium porcos suos habere in bosco illo sicut predictus Willelmus pater suus habuit et sicut ipse habere consueuit per predictam conuencionem immo illos capit et captos detinet contra uadium et plegium et[5] ut idem Gregorius dicit, et unde dicit quod pater suus tenuit quandam serianciam et habuit in bosco illo boscum mortuum, mel, et alia quedam ut pertinencia ad predictam serianciam, et ipse pater suus omnia ista remisit predicto Alano pro habendis xl. porcis quietis de pannagio in bosco illo secundum quod predictum est et dicit quod magnum dampnum habet et quod ipse ita fuit seisitus et pater suus xxx. annis elapsis, et dicit quod nichil habet in auxilium ad predictos xl. sol. soluendos Dom. Regi nisi predictam quietanciam de pannagio ad porcos suos et de hoc ponit se super patriam. Dicit eciam[6] quando idem Gilibertus non habuit graciam Dom. Regis[7]

[1] Corr. *Gunore* (?)
[2] This claim by the half-brother is noteworthy. See Br. f. 65.
[3] A. m. 33.
[4] Sic A.
[5] Sic A; but omit *et*.
[6] Supply *quod*, A.
[7] Gilbert has been in revolt; his outlawry has lately been reversed. See above Case 857.

quod uicecomes Surreie scil. Magister Willelmus le Brun disseisiuit eum de predicta libertate de porcis suis ita habendis et nunquam inde seisinam habuit postea. |

Et Gilibertus uenit et defendit uim et iniuriam et petit [126.] iudicium si debeat ei respondere desicut nullam sectam producit nisi simplicem uocem suam, nec aliquid scriptum ostendit de aliqua conuencione facta inter patres ipsorum, nec aliquam certificacionem nominat de dampnis suis quid et quantum dampnum habuerit, et petit iudicium de predicta cognicione quod uicecomes eum disseisiuit.

Et quia predictus Gregorius nullam sectam producit nisi simplicem uocem suam nec cartam ostendit nec aliud de aliqua conuencione, et preterea cognoscit quod idem Gilibertus non disseisiuit eum set quod primo eiectus fuit per uicecomitem, consideratum est quod Gilibertus quietus recedat de hoc breui, et Gregorius in misericordia.

50. [1]Preceptum fuit uicecomiti quod in pleno comitatu Buck. recordari faceret loquelam que fuit in eodem comitatu per breue Dom. Regis inter Agnetem Peeche et Walterum Walensem et Mabiliam uxorem eius de amensuracione pasture ipsius Agnetis in Esthenlegha, unde ipsi Walterus et Mabilia questi fuerunt sibi falsum factum fuisse iudicium in eodem comitatu et recordum illud uenire faceret tali die etc. per quatuor milites etc. Ad quem diem non uenit recordum nec milites nisi Matheus de Bikestrope tantum, et ita quod alias preceptum fuit uicecomiti sicut prius etc. quod recordari etc. et recordum mitteret tali die etc. per iiij. milites etc. et quod ipsi audirent iudicium pro comitatu quare recordum non habuerunt tali die etc.

Ad diem illum etc. uenit recordum et iiij. milites cum recordo et non possunt sanare defaltam quare recordum non habuerunt ad alium diem et ideo in misericordia comitatus etc.[2]

Et Walterus pro se et Mabilia uxore eius uenit et dicit quod recordum illud non est tale sicut ipsi recordantur in

[1] A. m. 34 d.
[2] Four named knights *ueniunt et recordantur sicut patet in cedula attachiata in fine rotuli* A. This schedule I do not find.

parte qui[1] ubi dicunt quod predicti Walterus et Mabilia concesserunt[2] in amensuracione facienda et quod nichil dixerunt quare amensuracio illa non procederet, dicunt quod non bene recordantur quia nunquam in amensuracione illa consenserunt et cum ipse[3] proferret breue de amensuracione in comitatu pecierunt ipsi iudicium si procedere deberet amensuracio super eos desicut ipsa nichil tenuit in uilla illa nisi ad uitam suam et nomine dotis et desicut ipsi habuerunt dominium[4] et non potuerunt exaudiri, et super hoc processit comitatus et adiudicauit admensuracionem faciendam, et ita quod facta fuit admensuracio et adiudicatum per comitatum post amensuracionem quod Walterus et Mabilia superhonerauerunt[5] et quod fieret amensuracio et quod ipsi redderent eidem Agneti pro dampnis ij. marcas, et ita quod per indicium comitatus facti fuerunt denarii illi etc., [6]et quod tale fuit recordum sicut ipsi dicunt et non sicut comitatus recordatur offert disracionare per unum audientem et uidentem scil. talem[7] etc. qui hoc offert etc. Et iiij. milites dicunt quod tale fuit recordum sicut ipsi dicunt et hoc offerunt etc.

Postea conuenit inter eos de consensu parcium etc.

1131. Oxon. [8]Willelmus Scissor summonitus fuit ad respondendum Radulpho Jowas qui plene etatis est quare non reddit ei feodum j. militis cum pert. in Neutona quod habuit in custodia de hereditate predicti Radulphi de dono Dom. Regis et quod satisfaciat eidem Radulpho de uasto et exilio domorum et gardini que fecit in predicto feodo ad exheredacionem predicti Radulphi ut dicitur etc., et unde idem Radulphus queritur quod domos prostrauit et asportauit et gardinum exstirpauit et aliam fecit destruccionem ad ualenciam xl. marcarum etc.

Et Willelmus uenit et dicit quod terra illa fuit eschaeta Dom. Regis per feloniam quam Johannes de Breaute fecit et Dom. Rex ei dedit[9] custodiam terre et maritagium predicti

[1] Corr. *quia*, A.
[2] Corr. *consenserunt*.
[3] Corr. *ipsa*.
[4] Seemingly so in A also.
[5] They had surcharged the common. As to such an action as this see Br. f. 229.
[6] New paragraph in MS. and in A.
[7] A blank left for name in A.
[8] A. m. 5.
[9] Rot. Cl. vol. 1, p. 642 b. John of Breaute was a kinsman of Fawkes and took part in the insurrection of 1224.

Radulphi et petit iudicium si debeat ad hoc breue respondere desicut idem Radulphus se subtraxit ita quod nunquam uoluit ad ipsum uenire postquam Dom. Rex ei dederat custodiam. Dicit eciam quod idem Radulphus non est plene etatis, et si debeat respondere antequam habeat seisinam de eo respondebit ad uastum.

Et Radulphus uenit et dicit quod plene etatis est et quod maritagium non pertinet ad ipsum Willelmum quia Adam le Butiller capitalis dominus illius feodi qui uendidit eidem Johanni[1] custodiam illius terre retinuit sibi ipsi maritagium de eo et ideo non pertinet ad eum de maritagio.

Et quia constare non potest si sit plene etatis uel non per aspectum corporis inde datus est eis dies talis etc. ut predictus Radulphus tunc ueniat ad probandum etatem suam[2], et preceptum est uicecomiti quod per xij. legales inquirat in pleno comitatu coram custodibus placitorum corone si predictus Adam dedit eidem Johanni et uendidit custodiam terre cum maritagio sicut idem Willelmus dicit, uel si ei uendidit custodiam terre tantum et retinuit sibi maritagium ut idem Radulphus dicit etc., et inquisicionem illam etc. uicecom'[3] habeat ad predictum diem etc. |

Postea ad talem diem prius assignatum non uenit Willelmus primo die set se essoniauit et tercio die antequam essonium redditum esset uenit et statim recessit et ideo non fuit essonium allocatum. Et Radulphus uenit cum secta sua ad proband' etatem et ideo capiatur probacio per defaltam, et quia si presens esset non posset aliquid dicere contra productos in hoc casu. Et producit Ricardum de Nywentona et xj. alios[4] qui omnes dicunt super sacramentum suum quod Radulphus habet xxj. annos adminus, quidam dicunt quod habet xxij. annos, et quidam quod xxiij., et ideo plenam habet probacionem propter etatem[5] suam. Et profert inquisicionem que talis est quod predictus Adam le Butiller capitalis dominus feodi de quo Radulphus Jaws tenuit uendidit Johanni de Breaute tantum custodiam terre [106 b.]

[1] John of Breaute.
[2] Sic, f. 121 b.
[3] Om. etc. uicecom' A.
[4] Names in A.
[5] Corr. *plenam habet etatem per probacionem* A.

quam idem Radulphus tenuit in Newetona, set nunquam uendidit predicto Johanni de Breante maritagium heredis predicti Radulphi. Et quia conuictum est per probacionem quod plene etatis est et quod predictus Adam capitalis dominus ipsius Radulphi non uendidit Johanni de Breaute nisi tantum custodiam terre sine maritagio et custodia predicti heredis, et quia Dom. Rex nec aliquis per eum plus habere potest in dicta custodia quam Johannes dictus habuit, nec eciam idem Radulphus in aliquo deliquid[1] erga Dom. Regem quod se subtraxit de custodia eiusdem Willelmi quantum ad maritagium pertinet, ideo consideratum est quod predictus Radulphus recuperet seisinam suam de terra sua sicut ille qui plene etatis est et Willelmus in misericordia, et fiat inquisicio quod uastum idem Willelmus fecerit in eadem terra et ueniat inquisicio tali die etc.

1132. Midd. [2]Preceptum est uicecomiti Middlesexie quod faciat interrogare Willelmum de Marisco, Johannem Cabbus et alios etc. et infra[3] et utlagare pro morte Henrici Clement quia statim fugerunt post factum illud etc. Et Rogerus de Marisco et G. Comes Marescallus cognouerunt quod illi fuerunt ad factum illud secundum quod idem Dom. Rex recordatur[4].

ROTULUS DE PLACITIS QUE SEQUEBANTUR DOM. REGEM HENRICUM ANNO REGNI SUI VICESIMO.

1133. Bed. Johannes de Traylli petit uersus Walterum de Godaruilla tres carucatas terre cum pertinenciis in Suchg*mere* excepta tercia parte aduocacionis ecclesie eiusdem uille ut ius suum et in quas non habuit ingressum nisi per disseisinam quam Dom. Rex fecit eidem Johanni per uoluntatem suam dum

[1] Corr. *deliquit* A.
[2] A. m. 5 d.
[3] Six others A.
[4] William Marsh killed Henry Clement, who boasted of having compassed the death of Richard Earl Marshall. William was outlawed, took to piracy and was at length hanged. Gilbert Marshall proved his own innocence. Mat. Par. vol. 3, p. 327, vol. 4, p. 193—6. On A. m. 33 d is an interesting record of the murder

fuit infra etatem et in custodia Comitis Gloucestrie etc. Et Walterus uenit et dicit quod non debet respondere quia non tenet[1] terram illam cum omnibus pertinenciis quia non habet nisi terciam partem aduocacionis illius ecclesie, et Prior de Newenham habet duas partes et desicut non habet nisi terciam partem et ipsi petunt duas partes per os et per breue non uult respondere nisi curia considerauerit.

Et Johannes uenit et dicit quod hoc non debet ei nocere et bene concedit quod predictus Prior habet duas partes set illas habet de dono Willelmi de Bello Campo quia ille due partes pertinent ad baroniam ipsius Willelmi et nichil clamat in illis duabus partibus nisi tantum in tercia parte et ideo illam terciam partem excepit in peticione sua quia ipse est in seisina de illa tercia parte et predecessores sui illam dederunt cuidam clerico, qui presens est et hoc idem testatur, et desicut illam tenuit non habet necesse illam petere.

Postea uenit Walterus de Godarduilla et saluo primo responso suo dicit et defendit ingressum per disseisinam quam Dom. Rex ei fecisse debuit set habet ingressum in terram illam per Falkasium de Breaute qui terram illam ei dedit cum pertinenciis suis excepta aduocacione ecclesie et inde profert cartam ipsius Falkasii que hoc testatur.

Et Johannes uenit et dicit quod carta illa non debet ei nocere quia post confectionem illius carte fuit ipse in seisina quando fuit infra etatem et in custodia predicti Comitis Gloucestrie et donec ita fuit disseisitus secundum quod breue dicit et cum habuerit seisinam suam qualem tunc habuit respondebit omnibus de iure etc.

Postea dicit Walterus quod non habet ingressum per disseisinam quam Dom. Rex fecisse debuit set illam habuit per iudicium curie Dom. Regis apud Westmonasterium in placito moto inter ipsum et Comitem Gloucestrie etc. |

Et Johannes dicit quod non recuperauit per iudicium set [167.]
per uoluntatem quia reuera fuit in seisina dum fuit infra

[1] Bracton, f. 133 b, vouches this case concerning the question of nonage. He cites it from A. R. 19. The rolls of pleas which followed the king seem to begin in the summer. Probably the roll from which these extracts were made extended from the summer of 1235, A. R. 19, to the summer of 1236, A. R. 20. This case is Fitz. *Assise*, 131.

etatem et in custodia ipsius Comitis, et si Comes aliquando inde esset inplacitatus non potuit tamen amittere terram per iudicium que fuit ipsius Johannis nec eciam ipse Johannes fuit ad hoc uocatus.

Et Walterus dicit quod ita fuit feofatus et disseisitus postea et postea illam recuperauit per iudicium sicut prius dixit. Et quesitus in cuius manu fuit terra illa quamdiu fuit extra seisinam, dicit quod in manu Dom. Regis aliquando in manu aliorum, set semper dicit per[1] illam recuperauit per iudicium secundum quod predictum est etc.

Et Johannes dicit quod ita fuit in seisina dum fuit in custodia et infra etatem et quod idem Walterus non habuit ingressum nisi per disseisinam quam Dom. Rex ei fecit secundum quod predictum est, et offert Dom. Regi j. palefridum per sic quod ueritas inquiratur uel per recordum curie uel alio modo. Et in recordo apud Westmonasterium compertum est quod Walterus per iudicium recuperauit seisinam suam talem qualem habuit quando disseisitus fuit saluo iure cuiuslibet.

Postea recordatum est et a Dom. Rege et consilio suo quod idem Johannes nullam habuit seisinam dum fuit infra etatem et in custodia nec alio modo nec pater suus inde obiit seisitus nisi quod Comes Gloucestrie seisinam habuit per ipsum Dom. Regem sicut ipse Rex cognoscit postquam disseisiuit ipsum Walterum. Et quia continetur in breui quod idem Johannes profert quod fuit disseisitus per uoluntatem etc., et recordatum est quod nunquam seisinam habuit set predictus Comes, nec potest disseisiri aliquis qui non fuit seisitus, consideratum est quod Walterus teneat in pace et Johannes in misericordia et perquirat sibi per aliud breue si uiderit expedire.

1134. Glouc. Galfridus de Langlegha petit uersus Robertum Musard medietatem trium hidarum et unius uirgate terre et dimidie et l. acrarum prati cum pert. in Suthingtona ut ius suum etc. Et Robertus uenit et petit inde uisum etc. Habeat etc. Dies datus est eis etc. et interim etc. Et sciendum quod Hasculfus particeps eiusdem Galfridi de altera medietate

[1] Corr. *quod* not *per*.

summonitus fuit quod esset coram Dom. Rege tali die etc. ad sequendum cum ipso Galfrido etc. si uellet, et tunc non uenit nec ad[1] diem uenit, et ideo sequatur Galfridus de parte sua non obstante eo quod Haseulfus non sequitur.

35. Ricardus filius Alani de Igoldesuilla summonitus fuit ad respondendum Willelmo de Ingoldesuilla quid iuris clamat in xij. acr. terre cum pert. in Erdletorpe quas Alanus filius Haldani pater ipsius Ricardi cuius heres ipse est dedit predicto Willelmo per cartam suam ut dicit et quod pratum Johannes de Hiltoft tenuit ad firmam ad terminum qui nondum preteriit de predicto Alano tempore quo donum illud fecit predicto Willelmo. Linc.

Et Ricardus uenit et dicit quod tale ius clamat in terra illa, quia dicit quod pater suus habuit terram istam ut ius et hereditatem suam et ipse est filius eiusdem patris sui primogenitus et heres et ideo dicit quod maius ius habet in terra illa quam quilibet alius. Et Willelmus dicit quod idem Ricardus nichil iuris habet nec clamare potest in prato illo, quia Alanus filius Aldani pater ipsorum aliquando dimisit pratum istud ad firmam Johanni de Hiltoft ad terminum qui adhuc durat et infra terminum illum in legia potestate sua dedit illud eidem Willelmo per cartam suam et firmarium attornauit ei sicut ei cui terram illam dedit et talem ei fecit seisinam qualem habuit et qualem ei facere potuit durante adhuc termino ipsius Johannis, et quod ita sit ponit se super patriam. Et Ricardus similiter. Et ideo preceptum est uicecomiti quod coram eo et coram custodibus etc. conuenire faciat etc. ad recognoscendum super sacramentum suum si predictus Alanus pater ipsorum in legia potestate sua dedit pratum illud predicto Willelmo filio suo iuniori per cartam suam, et si attornauit firmarium suum ei sicut sibi ipsi fuit prius attornatus uel non, et inquisicionem habeat tali die etc. coram Dom. Rege etc.

Postea uenit inquisicio que talis est quod dictus Alanus prius dederat dictas xij. acras prati Ricardo filio suo et dictum Johannem sibi attornauit, et postea orta est lis inter Alanum predictum et Ricardum filium suum et Ricardus

[1] Supply *istum* (?)

abiit in transmarinis partibus, et interim predictus Alanus dedit predictas xij. acr. prati predicto Willelmo et attornauit predictum Johannem sibi per cartam suam. Postea concordati sunt et est concordia talis quod predictus Willelmus remisit et quietum clamauit de se et heredibus suis ipsi Ricardo et heredibus suis totum ius et clamium quod habuit in tota predicta terra cum pert. in perpetuum pro c. solidis etc. |

[167 b.] 1136. Salop. Anketillus Mallore summonitus fuit ad respondendum Huberto de Burgo Comiti Kancie quo waranto tenet manerium de Erdlegha quod fuit dominicum Dom. Regis, et quod predictus Comes habuit de dono Dom. Regis et unde idem Comes fuit disseisitus per uoluntatem Dom. Regis etc.

Et Anketillus uenit et dicit quod disseisitus est de eodem manerio et ita disseisitus quod uicecomes impedit eum ad impetracionem ipsius Comitis quod non potest redditum suum percipere nec pro uoluntate sua disponere, et petit iudicium si debeat disseisitus respondere.

Et Comes Kancie dicit quod non est per eum disseisitus nec ipse aliquod apponit impedimentum et si forte uicecomes excesserit mandatum Dom. Regis hoc non est per eum, et bene uult quod ipse plene habeat seisinam suam, et Anketill' respondeat sub eadem condicione.

Postea uenit et dicit quod multum seruiuit Dom. Regi et Dom. Rex pro homagio et seruicio suo manerium illud et dedit ad feodi firmam per cartam suam quam profert et que testatur quod dat et confirmat Anketillo Mallore pro homagio et seruicio suo manerium de Erdlegha quod fuit dominicum Dom. Regis quod fuit Ade de Port in comitatu Staffordie cum aduocacione ecclesie manerii habendum et tenendum sibi et heredibus suis de Dom. Rege et heredibus suis ad feodi firmam pro x. marcis per annum reddendis ad scaccarium etc., et dicit quod non uidetur ei quod debeat sine Dom Rege respondere et bene defendit seisinam ipsius Comitis et petit iudicium.

Et Comes dicit quod fuit in seisina et ita disseisitus per uoluntatem Dom. Regis et petit seisinam suam, et quod fuit in seisina Dom. Rex hoc testatur per breue suum et petit iudicium.

Dom. Rex eodem modo respondet quo respondit in recordo Mathie Besill'[1]. Et ideo idem iudicium. Et quia Dom. Rex cognoscit quod ita fuit seisitus et per eum disseisitus, consideratum est quod Comes recuperauit seisinam suam et Anketillus in misericordia. Datus est dies eidem Anketillo uersus Dom. Regem de warentya utrum debeat warentizare uel non tali die etc.

7. Matillis que fuit uxor Walteri de Leyburnia que appellauit Robertum Sorel de morte predicti Walteri uiri sui uenit et retraxit se et ideo ipsa et plegii sui in misericordia et ipsa custodiatur. Et quia nescitur adhuc utrum ipsum interfecit per infortunium uel alio modo, et quia posuit se in ecclesiam, eligat idem Robertus unum de duobus utrum uoluerit ponere se in ecclesiam et ibi regnum abiurare uel hic statim abiurare. Et ipse eligit quod statim hic abiurabit etc. Abiurauit regnum et elegit portum Douore. Et datus est ei terminus transeundi mare a tale die etc. in xl. dies, et interim transeat uel tunc ad terminum ultimum nisi impediatur pro defectu nauis uel uentorum. Et Simon de Monte Forti manu capit quod interim per eum non eueniet malum nec dampnum Dom. Regi nec regno. Ebor.

8. Preceptum fuit uicecomiti quod cum balliui de Kingestona quedam catalla inuenissent in domo Stephani de Meudona furto ut dicebatur sublata, propter que Emmam uxorem ipsius Stephano domi non existente cum ipsis catallis ceperunt etc. eamque in curia Dom. Regis de Kingestona coram se super catallis illis ab eo[2] tanquam furto sublatis accusarunt, super quibus cum ipsa Emma predictum Stephanum uirum suum traxisset ad warantum ipsi balliui nichilominus ipsam Emmam suspendi fecerunt etc., [3]et unde preceptum fuit uicecomiti quod[3] predictis balliuis preciperet quod recordari facerent loquelam illam etc. et recordum illud haberent coram Dom. Rege etc. Qui ueniunt et recordantur etc. quod inuenerunt predictam Emmam graneam[4] coquentem etc. Et quesita ubi haberet graneam[5] illam dicit quod furata fuit Surr.

[1] Referring to Case 1141.
[2] The goods were stolen by Stephen.
[3-3] These words seem superfluous.
[4] *gran'* MS.
[5] *granc'* MS.

et cognouit latrocinium suum, et de aliis multis maleficiis, et dixit quod plures habuit participes et socios etc. scilicet tales etc., set non uocauit uirum suum ad warantum, ita posuerunt iudicium inde in respectum ut si interim Stephanus ueniret et warentizaret si uellet, et Stephanus non uenit set se subtraxit, et quia ipsa cognouit quod ipsa cum aliis furata fuit et warantum non habuit ideo fuit per iudicium suspensa.

Et Simon dominus ipsorum Emme et Stephani dicit quod bene recordantur in parte et male in parte, quia cum ipsa capta esset cum latrocinio illo semper uocauit uirum suum ad warantum etc. Et secta testatur idem quod balliui predicti dicunt et dicit quod duo homines secuti fuerunt illud latrocinium uersus ipsam Emmam.

Et quia ipsa Emma fuit inde seisita et cognouit latrocinium nec aliquem uocauit ad warantum nisi quod habuit participes et si uocasset uirum suum illum non habuit[1], ideo consideratum est quod iudicium bonum et balliui inde sine die et Simon in misericordia.

1139. Buck. Assisa uenit recognitura si Walterus de Hemmedena, Johannes Swayn, Cristiana uxor eius iniuste et sine iudicio disseisiuerunt Aliciam filiam Arnaldi de libero tenemento suo in Merckham scilicet de dim. hida terre etc. |

[168.] Et Walterus et Johannes et Cristiana non ueniunt set Johannes de Henred balliuus eorum uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri nec ei responderi debet sine uiro suo, quia habet uirum suum quemdam Vincencium qui adhuc uiuus est etc.

Et Alicia uenit et cognoscit quod habuit uirum set ipse iam habitum religionis suscepit de uoluntate et licencia sua apud Ambresbiriam[2] et inde profert litteras Priorisse de Ambresbiria que testantur quod ipse habitum religionis assumpsit et frater ibi est effectus de licencia eiusdem uxoris sue moram facturus in religione tota uita sua etc.

[1] She did not vouch her husband to warranty, or if she did, she did not produce him, which comes to the same thing. As to theft by a married woman, see Br. f. 151 b. The intervention of the lord is remarkable.

[2] He can only I suppose have become a lay brother or something of the kind in the nunnery at Amesbury.

Dicit eciam quod assisa non debet inde fieri quia ipse non disseisiuit eam quia reuera predictus Vincencius fuit uillanus Abbatis de Abbendonia, et idem Abbas disracionauit eum in comitatu sicut uillanum suum cum sequela et catallis suis, et postquam ipsum ita recuperauit per iudicium curie sue cepit idem Walterus[1] terram in manum suam sicut senescallus Abbatis.

Et Alicia dicit quod terra illa est hereditas sua et quod ipsa libera est et credidit ipsum esse liberum quia quidam liber homo emit eum antequam ipsum caperet in uirum. Et cognoscit quod idem Abbas distrinxit eum ut uillanum suum et ita quod fecit eum uenire ad comitatum et coegit eum ad cognoscendum se esse uillanum. Et dicit preterea quod nichil tenet de Abbate de Abbendonia nec tenere clamat immo dicit quod tenet de Willelmo de Sewekwrthe[2] etc. Et quesita quando esset disseisita dicit quod iam duobis annis elapsis. Et quesita quando uir suus posuit se in religionem dicit quod ad festum S. Nicholai proximo preteritum. Et quia ita fuit disseisita tempore uiri sui qui uillanus fuit, tempore quo fuit copulata uillano, nec adhuc constat in ueritate utrum Vincencius uir suus redire possit ad seculum uel non donec constiterit per litteras episcopi loci, et preterea tempore quo fuit disseisitus[3] conqueri non potuit quod iniuste esset disseisitus[3] pro impedimento quod habuit per uillanum, consideratum est quod assisa non iacet[4]. Et ideo Walterus et alii inde sine die et Alicia in misericordia, et perquirat sibi per breue de ingressu si uoluerit[5].

[illegible] [6]Thomas filius Umfridi de Rumenal summonitus fuit ad respondendum Johanni de Snane quare deforciat ei xxx^ta. acras terre cum pert. in Tamlande quam[7] Robertus de Tamlande eidem Johanni dimisit ad terminum qui nondum preteriit infra quem terminum idem Robertus eandem Kanc.

[1] One of the deforciants.

[2] Seacourt (?) See Chron. Abing. (ed. Stevenson). Ind. s. v. Seve-courte.

[3] Corr. disseisita.

[4] Bracton, f. 195, cites this case to show that the villein's wife cannot bring the assize if she and her husband have been ejected from her land.

[5] See below MS. f. 175 b, where Alice brings another action.

[6] An interesting and probably very early specimen of the *Quare ejecit*, a remedy lately invented for the ousted termor. See Br. f. 220.

[7] Corr *quas*.

terram prefato Thome dimisit ad terminum, occasione cuius dimissionis idem Thomas ipsum Johannem de eadem terra eiecit ut dicit, et unde idem Johannes dicit quod predictus Robertus terram illam ei dimisit per cartam suam et ipse denarios illos ei soluit pro terra illa ad terminum habenda etc.

Et Thomas uenit et dicit quod terram illam ei iniuste non deforciat, quia reuera aliquando quando predictus Robertus denariis indigebat tradidit de terra illa xxvi. acras terre duobus firmariis scilicet Roberto le Seinte et Stephano Fabro ad terminum v. annorum, et postmodum quia fuit in Judaismo et quia oportuit ipsum terminum illum prolongare et denarios recipere ad se acquietandum de Judaismo accessit ipse Robertus ad predictum Thomam et dixit ei quod uoluit ei pocius tradere terram illam et terminum elongare quam alicui alii si posset habere inde consensum et uoluntatem predictorum firmariorum, et in tantum insimul locuti fuerunt quod conuenit inter eos quod de consensu predictorum firmariorum tradidit ipse Robertus et concessit eidem Thome predictas xxvi. acras et preterea iiij. acras terre et quoddam mesagium ad terminum xx. annorum pro l. marcis argenti quas ei dedit, et ita quod immediate post predictos firmarios et de consensu eorum et durante adhuc termino ipsorum usque ad iiij. annos intrauit ipse in seisinam et ita est in seisina et per scriptum inter eos factum quod profert et quod hoc testatur. Et quesitus quando habuit seisinam dicit quod xij. die Septembris anno regni xviij. scilicet die Martis proxima post Natiuit.[1] B. Marie scilicet v^{ta}. die post festum illud et bene defendit seisinam ipsius Johannis, et profert cartam predictorum firmariorum quam ei tradiderunt de termino suo v. annorum, et quod ita sit sicut ipse dicit ponit se super patriam et super testes nominatos in carta scilicet tales etc.

Et Johannes uenit et dicit quod predictus Robertus tradidit et concessit ei predictas iiij. acras terre et mesagium et fecit ei donum et cartam ad festum Natiuit. B. Marie anno regni $xviij^{o}$. et ita quod positus fuit inde in seisinam.

[1] 8 Sept. a Friday in 1234.

die dominica proxima sequente, et dicit quod uersus predictos firmarios fecit tantum quod ipsi concesserunt ei terminum suum pro c. sol. quos eis dedit, et ipse Robertus ita ei totam terram illam dimisit ad terminum xv. annorum et in seisina positus fuit die dominica secundum quod predictum est de quatuor acris et mesuagio, et die Jouis sequente positus fuit in seisina de predictis xxvj. acris terre, et ita quod de tota terra et mesuagio fuit in seisina post illum diem Jouis usque ad diem Lune sequentem et donec per predictum Thomam fuit eiectus et inde producit sectam. Et Robertus qui terram illam ita dimisit presens est et hoc totum cognoscit scilicet dimissionem et terminum eidem Johanni factum secundum quod idem Johannes dicit in narracione sua, | et [168 b.] quod ita sit ponit se super patriam et testes nominatos in carta, scilicet tales etc. Dies datus est eis etc. ut de die in diem etc.

Mathias de Besilla summonitus fuit ad respondendum Surr. Huberto de Burgo Comiti Kancie quo waranto tenet manerium de Westhale quod fuit dominicum Dom. Regis quod predictus Comes habuit de dono Dom. Regis, et unde idem Comes disseisitus fuit per uoluntatem Dom. Regis etc.

Et Mathias uenit et dicit quod tenet manerium illud de dono Dom. Regis per cartam ipsius quam profert et que testatur etc. Et super hoc uenit Dom. Rex et petit iudicium si debeat eidem Mathie warentizare et aliis ita feofatis[1] desicut predicti Mathias et alii fecerunt ei intelligi quod predictus Hubertus fuit utlagatus et quod Dom. Rex potuit terras suas dare licite, et quod utlagaria nulla fuit et adiudicata ad nullam per consideracionem curie[2], et petit iudicium si debeat warentizare etc. Et quia Dom. Rex cognoscit quod fuit seisitus et ita per eum disseisitus, consideratum est quod Comes recuperauit seisinam suam, et Mathias in misericordia. Et est datus Mathie dies uersus Dom. Regem si debeat Dom. Rex warentizare uel non etc.[3]

Hugo de Clautona et Leticia uxor eius pecierunt uersus Oxon.

[1] See above, Case 1136. Recent events had laid the king open to many claims of this kind.

[2] See Case 857.

[3] As to vouching the king, see Br. f. 382 b.

Egidium le Poure et Alinam uxorem eius coram iusticiariis itinerantibus in comitatu Oxonie terciam partem trium uirg. terre et dim. cum pert. in Tettewrthe et terciam partem iiij. uirg. terre cum pert. in Wycham ut dotem suam, et ibi responsum fuit ei[1] quod quedam Eua de Thama[2] se fecit uxorem Toraldi cuius nomine predicta Leticia peciit dotem suam similiter peciit dotem de libero tenemento ipsius Thoraldi, et unde summonitus fuit[3] coram Dom. Rege per breue de dote et peciit iudicium si debuit de uno tenemento et racione unius uiri duabus uxoribus respondere. Dixerunt[4] eciam quod cum quidam Adam filius ipsius Eue araniasset assisam mortis antecessoris de morte predicti Thoraldi de tota terra[5] predicte mulieres petunt terciam partem in dote obiecerunt eidem Ade quod nichil iuris clamare potuit in terra illa eo quod bastardus fuit et quod predictus Toraldus tenuit ipsam Euam ut adulteram, et hoc bene patuit, quia reuera ipsa Leticia aliquando petebat ipsum Toraldum in uirum et in tantum processit loquela in curia cristianitatis quod sentencia lata fuit pro ea, et eo die quo adiudicatus fuit ei obiit ille, set seisinam habuit de corpore ipsius Thoraldi antequam traditum esset sepulture[7]. Et quia predicti Alina et Egidius habuerunt diem coram Dom. Rege ut ibi discuteretur que ipsarum preferri debuit in peticione dotis etc.

Nota de duabus mulieribus petentibus dotem ratione unius uiri[6].

Et omnes ueniunt et quesitum est a predicta Eua ubi fuit desponsata, dicit quod ad ecclesiam de Thama in episcopatu Lincolniensi in maiore ecclesia die Veneris proxima ante Circumcisionem Domini anno Regis xviij°. cum solempnitate et facta denunciacione[8]. Et Leticia quesita ubi esset desponsata dicit quod apud Croperie ad Natiuit. B. Johannis Bapt. iam iiij. annis elapsis. Et Egidius et Alina dicunt quod predicta Eua nunquam fuit eidem Thoraldo

[1] This was the answer of Giles and Alina to the claim of Hugh and Letice.

[2] Supply *que*.

[3] *summon' fuit;* Giles was summoned at Eva's suit and so prayed judgment against Hugh.

[4] Seemingly this is part of the plaint of Hugh and Letice.

[5] Supply *de qua*.

[6] A subject discussed at length in Br. f. 306. For more of this matter see below Case 1158.

[7] A remarkable instance of seisin.

[8] The banns of marriage had been published.

desponsata. Et quia non potest constare de ueritate nisi in curia cristianitatis, fiat inquisicio. Ideo mandatum est episcopo Lincolniensi quod inquirat ueritatem utrum predicta Leticia sit desponsata legittime uel non, et ueritatem significet Dom. Regi etc. Et Egidius et Alina inde sine die donec per episcopum loci constiterit de ueritate. Et Egidius et Alina inde sine die etc. Inquisicio de mandata est facienda Episcopo Lincolniensi.

3. Thomas Archidiaconus Tottone attachiatus fuit ad respondendum Ricardo de Cumba quare tenuit placitum in curia cristianitatis de laico feodo ipsius Ricardi in Cumba contra prohibicionem Dom. Regis et unde queritur quod trahit eum in placitum de quodam paruo prato etc., et similiter ad respondendum quare fecit eum capi per breue Dom. Regis per falsam suggestionem suggerendo quod perseuerauit in excommunicacione per xl. dies etc. Et similiter Ricardus persona summonitus fuit ad respondendum quare secutus fuit placitum etc. Et Archidiaconus uenit et defendit etc. et quod non tenuit placitum de aliquo laico feodo ipsius Ricardi quia pratum illud de quo queritur non est laicum feodum ipsius Ricardi set libera elemosina pertinens ad ecclesiam de Wika et unde ecclesia illa seisita est et fuit a multis retrotemporibus, et cum ipse Ricardus spoliasset ecclesiam illam de eodem prato, ad querelam rectoris ecclesie eiusdem ut iusticiam eis exhiberet pro officii sui debito, fecit eum citari sollempniter et quia comparere noluit set contumaciter se absentauit post primam, secundam, et terciam uocacionem fecit eum excommunicari pro contumacia sua, et quia perseuerauit Ricardus fecit eum capi etc. et bene defendit quod non tenuit placitum contra prohibicionem uersus eum sicut uersus eum qui nullam sectam producit nisi simplicem uocem. | Deuon.

Nota quod locum habuit prohibicio de laico feodo ecclesie scilicet de quodam prato unde ecclesia spoliata fuit. Set contra ut uidetur supra eodem Ric' Capellanus[1], quia ibi inquisicio utrum esset laicum feodum uel libera elemosina, et hic processit assisa noue disseisine.

Postea uenit Ricardus et dicit quod pratum illud fuit patris sui et inde obiit seisitus et ipse semper fuit in seisina [169.]

[1] Perhaps it should be *ut uidetur supra: de eodem Ricardo Capellano*; at any rate the reference seems to be to Case 547 concerning Richard chaplain of Ludford in Somerset, which case Bracton cites f. 407, distinguishing between the dower land of a church and mere frank-almoign. In 1237 the clergy were excited about the case of one *Magister R. de Ludeford*: see ecclesiastical grievances in Ann. Burton, p. 255; but what had happened does not there appear: was it this case?

donec per curiam cristianitatis fuit disseisitus et per eas[1], et petit quod possit sibi perquirere per assisam noue disseisine, et conceditur, et habet breue in aduentu Willelmi de Ralegha in Deuonia coram eo et dictum est Archidiacono quod prestita caucione de parendo iuri faciat eum absolui in facie ecclesie, et ipse manucapit hoc etc.

1144. Kent. Preceptum fuit uicecomiti quod uenire faceret coram Dom. Rege xij. per quos etc. et preterea viij. milites de uisneto de Pecham per quos rei ueritas etc. ad certificandum Dom. Regem super sacramentum suum quomodo et in quibus rebus Magister Willelmus Crespin fecit destruccionem de hereditate Johannis filii et heredis Manasseri de Pecham unde xij. iuratores qui alias iurauerunt dixerunt quod fecerunt[2] destruccionem ad ual. c. libr. etc.

Et quia conuictum est quod ibi destruccio manifesta est capiatur terra in manum Dom. Regis et inde faciat uoluntatem suam per iudicium curie[3]. Post uenit Dom. Rex et concedit eidem Magistro Willelmo custodiam illam adhuc pro l. marcis ita quod sufficientem inueniet securitatem quod decetero non faciet uastum uel destruccionem et quod heres non maritetur ubi disparagetur etc.

1145. Deuon. [4]Assisa uenit recognitura si Walterus de Wilt' capellanus et Henricus de Akelegha iniuste et sine iudicio disseisiuerunt Mabiliam de Numet de libero tenemento suo in Kippingescota post primam coronacionem etc. et unde queritur quod disseisiuerunt eam de quadam terra montana. Et Walterus et Henricus ueniunt et dicunt quod non debet inde assisa fieri quia non disseisiuerunt eam de aliquo tenemento quia reuera tenementum illud de quo assisa arainiata est, est tenementum Episcopi Exoniensis et inde capit aruras et consuetudines[5] et ipsa nichil potest habere de tenemento illo, et inde ponunt se super iuratam.

Juratores dicunt quod predicti Walterus capellanus et Henricus de Akelegha disseisiuerunt eam de libero tenemento

[1] Sic.
[2] Sic.
[3] Br. f. 317. This is Fitz. *Wast*, 138.
[4] Here begins a series of west-country assizes.
[5] The tenants of the land owe ploughing and other services to the bishop.

illo unde uisus factus est quia ipsa ita fuit in seisina post mortem uiri sui ita quod potuit eam howare[1] ardere et excolere, et fuit in seisina donec per predictos Walterum et Henricum fuit disseisita. Et ideo consideratum est quod predicta Mabilia recuperet seisinam suam per uisum recognitorum et predicti Walterus et Henricus in misericordia. Dapna nulla quia terra illa emendata est per baticium[2] et aliomodo. Et sciendum quod dicit quod est in seisina de quadam parte illius tenementi et fuit et non posuit partem illam in uisu suo quia non fuit inde disseisita. Melioratio minuit dampna[2].

[illegible] Preceptum fuit uicecomiti quod in pleno comitatu recordari faceret loquelam que fuit in comitatu suo inter Walterum de Reygni querentem et Henricum de Tracy deforciantem de eo quod idem Henricus cepit aueria predicti Walteri et iniuste detinuit ut dicit, et unde idem Walterus questus fuit falsum sibi factum fuisse iudicium, et quod recordum illud haberet in aduentu Willelmi de Ralegha in partes Deuonie sub sigillo et per quatuor legales milites de comitatu, quod tale est, quod cum Walterus de Reygni tulisset breue Dom. Regis directum uicecomiti Deuonie quod iuste et sine dilacione deliberaret aueria sua que Henricus de Tracy iniuste detinuit, et cum deliberata essent uenit predictus Henricus ad comitatum Deuonie, et aduocauit capcionem aueriorum, et peciit seisinam, et dixit quod ea cepit iuste, quia tulit breue Dom. Regis directum uicecomiti Deuonie ad habendum racionabile auxilium de feodis suis ad filiam suam primogenitam maritandam, et cum omnes milites sui per summonicionem suam in curiam suam uenissent et maxime senescallus Ricardus[4] de Chartray concesserunt[5] ei xx. sol. de singulis feodis, et quia ei non satisfactum fuit de x. feodis que Ricardus de Chartray de eo tenuit, cepit aueria Walteri de Regny super Ricardum de Chartray in feodo suo quia predictus Ricardus nichil habuit in dominico quod sufficeret ad x. libras soluendas, et de hoc producit sectam. Ad hoc respondit Walterus de Regny quod Ricardo de Deuon.

[1] To hoe, to break up the land.

[2] These words are used by Bracton.

[3] 187 b.

[4] By building (?) But see Ducange, s. v. *baticius*.

[4] Corr. *Ricardi*.

[5] The lord holds a small parliament of his tenants in chief.

Chartray domino suo tam in auxiliis quam in omnibus aliis seruiciis fecit quodcunque de iure facere debuit, et petit iudicium si tale auxilium Dom. H. de Tracy facere deberet desicut dominus suus R. de Chartray habuit in eodem comitatu Deuonie centum solidatas terre et amplius et ubi potuit et debuit debitum suum distringere. Et quia ad hoc sectam non produxit nec per patriam nec per aliam ostensionem, consideratum fuit quod aueria Walteri de Reygny retornata essent Henrico de Tracy et Walterus in misericordia[1]. Et tam Henricus quam Walterus concedunt quod recordum tale fuit. Et Henricus quesitus utrum distrinxit eum per x. libras que de omnibus feodis petebantur uel tantum per xx. sol. qui petebantur de feodo suo, dicit quod tantum pro xx. sol. et non per x. libras et dicunt[2] quod pacatus fuit de ix. libris. |

[109 b.] 1147. Deuon. Assisa uenit recognitura si Nicholaus de Porta et Willelmus de Reygni iniuste et sine iudicio disseisiuerunt Ricardum Biaupelle de libero tenemento suo in Tottenes' post primam coronacionem etc. et unde queritur quod disseisiuerunt eum de quodam messuagio etc.

Et Willelmus uenit et bene concedit assisam et dicit quod idem Ricardus nunquam habuit inde seisinam et ponit se super iuratam et Ricardus similiter.

Juratores dicunt quod predictus Willelmus dedit tenementum illud scilicet quamdam placiam uacuam prope ante pontem Reginaldo Beaupelle patri ipsius Ricardi, et inde cepit homagium suum, et inde obiit seisitus, et post mortem predicti Reginaldi uenit predictus Willelmus et cepit homagium ipsius Ricardi super eandem placiam et seisiuit eum per quendam ramum, set nec ipse Reginaldus nec Ricardus aliquid ibi edificauerunt umquam, set nuper uenit Nicholaus de Porta et fecit ibi quamdam domum et per predictum Willelmum et per forciam eius et in hoc anno. Concordati sunt etc.

1148. Deuon. Assisa uenit recognitura si Henricus de la Pomeray pater Henrici de la Pomeray fuit seisitus in dominico suo ut de

[1] Here ends the record of the county court.

[2] Corr. dicit (?)

feodo de duabus carucatis terre cum pert. in Bukerelle die quo iter peregrinacionis arripuit uersus Ierosolymam et in quo itinere obiit ut dicitur, et si iter illud arripuit post primam coronacionem Ricardi Regis auunculi *nostri* et si ipse Henricus etc., quam terram Galfridus de la Pomeray tenet. Qui uenit et dicit quod predictus Henricus non obiit inde seisitus die quo iter arripuit uersus Ierosolymam quia per unum annum ante iter illud areptum dedit idem Henricus pater predicti Henrici terram illam eidem Galfrido ita quod attornauit ei liberos tenentes et ipsi se tenuerunt ad eum de seruiciis que ad eum pertinebant et fecerunt ei homagium et seruicia per attornacionem ipsius Henrici et inde ponit se super patriam siue assisam. Et Henricus similiter.

Assisa mortis antecessoris capta coram W. de Raleg' apud Thoritonam inter Henricum de la Pomeraye et G. de Pomeraye de duabus carucatis terre in Bukerel et unde Galfridus retinuit per assisam[1].

Juratores dicunt quod Henricus de la Pomeray feofauit eundem Galfridum in legia potestate sua, et antequam idem Henricus iter arriperet uersus Ierosolymam per unum annum et eo amplius, ita quod attornauit ei seruicia liberorum hominum ita quod quidam Johannes Tryl quando pater suus mortuus fuit accessit ad ipsum Henricum et optulit ei ad faciendum ei homagium, et ipse dixit quod dederat terram de Bukerelle predicto Galfrido et quod attornauit ei seruicia liberorum hominum, et ita quod Johannes accessit ad ipsum Galfridum et fecit ei homagium, et similiter fecit quidam Willelmus de la Pomeray homagium suum eidem Galfrido antequam dictus Henricus iter arriperet uersus Ierosolymam. Et bene dicunt quod idem Henricus non fuit inde in seisina die quo iter illud arripuit immo fuit inde in seisina predictus Galfridus. Concordati sunt etc.

Assisa uenit recognitura si Walterus filius Warini et Juliana de Westona iniuste et sine iudicio disseisiuerunt Rogerum filium Henrici de libero tenemento suo in Wibbebyria post primam etc. Deuon.

Et Walterus uenit et dicit quod assisa non debet procedere uersus eum quia ipse non disseisiuit eum quia quando disseisina facta fuit fuit in partibus remotis cum Dom.

[1] The annotator knows that this assisa was taken at Torrington before William Raleigh.

Rogero la Suche domino suo. Et Juliana nichil dicit contra assisam. Et Rogerus quesitus quam seisinam haberet de tenemento illo, dicit quod tenementum illud fuit Geruasii fratris sui et ipse inde obiit seisitus sine herede quem haberet de corpore suo. Et ipse sicut frater et heres suus et qui fuit plene etatis posuit se in tenementum illud quod inuenit uacuum et fuit inde in seisina fere per quatuor comitatus donec inde fuit disseisitus per predictos Walterum et Julianam. Et dicit quod sepe optulit eidem Juliane homagium et quicquid ei iure facere debuit.

Et Juliana dicit et cognoscit quod feofauit ipsum Geruasium et non dedicit quin idem Rogerus sit heres ipsius Geruasii, set quia non uenit ad eam facturus quod debuit facere seisiuit tenementum illud in manum suam donec ueniret ad eam facturus quod facere deberet. Et quesita quem inuenit in seisina[1] ipsa cepit tenementum illud in manum suam, dicit quod Ricardus de Grenuilla et non idem Rogerus. Et quesita quando ipse Geruasius mortuus esset dicit quod ad festum Inuencionis Sancte Crucis[2] et ipsa cepit tenementum illud paulo ante festum Natiuitatis S. Johannis Baptiste[3] proximo sequens.

Juratores dicunt quod predicta Juliana disseisiuit eundem Rogerum de predicto tenemento quia ipse fuit inde in seisina per uicecomitem et donec ipsa eum disseisiuit. Et ideo consideratum est quod Rogerus recuperet seisinam suam et Juliana in misericordia[4]. Dicunt eciam quod predictus Walterus non disseisiuit eum et ideo Rogerus in misericordia, set finem fecit etc. Et Rogerus concedit quod non implacitabit eam in curia cristianitatis de eodem tenemento set eam inde conseruabit indempnem.

1150. Assisa uenit recognitura si Rogerus Abbas de la Forde
Sumers. iniuste et sine iudicio disseisiuit Robertum Burnelle de libero tenemento suo in Bere post primam coronacionem etc. |

[170.] Et Abbas uenit etc. Et Robertus quesitus qualem seisinam ipse haberet de terra illa unde uisus factus est, dicit

[1] Supply *quando*.
[2] 3 May.
[3] 24 June.
[4] See Br. f. 252.

quod terra illa[1] factus est fuit cuiusdam Roberti Burnel aui sui qui inde obiit seisitus ut de feodo et post eum tenuit quedam Margeria uxor ipsius Roberti terram illam nomine dotis fere per xl. annos et ea mortua fuit ipse in seisina sicut heres ipsius Roberti et warantus ipsius Margerie de dote sua, et per longum tempus fuit ipse in seisina donec per ipsum Abbatem fuit disseisitus, et pauit herbagium cum aueriis suis et eciam illud locauit aliis.

Et Abbas dicit quod non debet inde assisa fieri quia ipse habet terram illam de dono predicti Roberti per cartam suam et per confirmacionem heredis ipsius Roberti, et inde fuit in seisina per xx. annos sine aliqua seisina quam idem Robertus inde haberet, et inde ponit se super iuratam. Et Robertus similiter.

Juratores dicunt quod quidam Robertus Burnelle auus istius Roberti dimisit Abbati de Forde quoddam tenementum in Bere ad terminum et profectus fuit in terram sanctam, et eo inde reuerso et termino adhuc durante tantum locutus fuit cum ipso Abbate quod Abbas remisit ei terminum, et idem Robertus dedit ei quandam terram in feodo per certas metas et quandam terram incultam que iacuit pastura sicut de montana et de qua ipsi[2] uisum fecerunt, et idem Robertus quamdiu uixit ibi habuit communam herbagii et Abbas similiter, et post mortem ipsius Roberti ipsa Margeria uxor ipsius Roberti que terram de Bere tenuit in dotem similiter communam ibi habuit simul cum ipso Abbate, et iste Robertus qui nunc queritur similiter communam habuit cum ipso Abbate donec idem Abbas disseisiuit eum de eadem communa.

Post uenit Robertus et retraxit se de breui suo, et ideo ipse et plegii sui de prosequendo in misericordia.

Et Abbas ei concedit quandam croftam que uocatur Langecroft et quemdam paruum boscum inter Langecroft et quoddam pratum simul cum prato illo quod Magister Thomas de Haselbergo tenuit ad firmam et similiter xv. acras de bosco ex parte occidentali de Crauslede includendas si uoluerit, habend' et ten' etc.

[1] Supply *unde uisus*. [2] The jurors.

1151. Corn. Willelmus de Walebreus summonitus fuit ad respondendum Michaeli filio Radulfi et Katerine uxori eius quare deforciat eis Ysobellam filiam et heredem Radulfi de Tykambreche cuius custodia ad eum[1] pertinet eo quod predictus Radulfus terram suam tenuit de eis[2] per seruicium militare etc.

Et Willelmus per attornatum suum uenit et dicit quod non habet illam Ysobellam nec habuit nec scit ubi illa est nec potest eam reddere.

Et Michaelis et Katerina per attornatum suum ueniunt et dicunt quod idem Willelmus illam habuit in custodia sua post mortem Radulfi patris ipsius Ysobelle et inde producit[3] sectam et nichilominus ponit se inde super inquisicionem.

Et Willelmus per attornatum suum uenit et hoc totum defendit quod illam non habet nec habuit. Et ideo uadiat legem se xij. manu et ueniat cum lege tali die etc. Postea concordati sunt cum licencia etc.

1152. Glouc. Ricardus de Clifford petit uersus Petrum le Burgeis unam uirgatam terre cum pert. in Framptona quam Rogerus de Framptona clericus tenuit de Ricardo de Clifford patre predicti Ricardi cuius heres ipse est et debuit esse eschaeta sua eo quod idem Rogerus bastardus fuit et obiit sine herede de se etc. Et Petrus alias uenit et uocauit ad warantum Abbatem de Gloucestria et habuit diem de habendo waranto suo. Ad quem diem nec uenit nec warantum suum habuit ita quod per iudicium curie capta fuit terra illa in manum Dom. Regis, et[4] quod ipse summon' ad hunc diem auditurus iudicium suum etc.

1153. Cornub[5]. Assisa uenit recognitura si Walterus Episcopus Karleolensis et Radulfus Prior Karleolensis iniuste etc. disseisiuerunt Rad' de Dutfeldia et Emmam uxorem eius de libero tenemento suo etc. in Seburgham post etc.

Et Robertus de Aluertona clericus ballinus Episcopi uenit pro eo et Prior similiter uenit et dicunt quod assisa

[1] Sic.
[2] Sic.
[3] Sic.
[4] Supply *consideratum fuit* or the like.
[5] Probably this should be Cumberland, in which county is Seburgham.

non debet inde fieri quia idem Rades tulit breue Dom. Regis de inquisicione facienda de landa de qua assisa aramiata est, per quam ipse Episcopus recuperauit inde seisinam suam coram Dom. Rege apud Grimstonam, et inde uocat Dom. Regem ad warantum. Et anno preterito quando Dom. Rex iratus fuit cum Dom. Episcopo[1] fuit ipse disseisitus et tunc habuit idem Rades seisinam per Dom. Regem, et postea quando ipse Episcopus reconciliatus fuit cum Dom. Rege habuit breue Dom. Regis de rehabendo seisinam suam qualem prius habuit et ideo non uidetur eis quod Episcopus eos inde disseisiuit.

Et idem Rades et Emma dicunt quod ante inquisicionem illam fuerunt ipsi disseisiti iam sex annis elapsis et amplius, et nunquam postea habuerunt inde seisinam ita quod expleta inde caperent. Et quum Episcopus et Prior nichil ostendunt de dicto suo, consideratum est quod ex habundanti capiatur assisa, ita quod si Dom. Rex warentizare uoluerit hoc quod | Episcopus dicit, ipsi Rades et Emma perquirant sibi uersus [170 b.] Dom. Regem, et si Dom. Rex non warentizauerit factum Episcopi, habeant tale recuperare quale debebunt.

Juratores dicunt quod Episcopus disseisiuit eos set nesciunt si per warantum Dom. Regis uel non. Dicunt eciam quod Prior non disseisiuit. Et ideo Prior inde sine die et Rades in misericordia. Datus est eis dies de audiendo iudicio suo etc.

Postea apud Wdestoke Dom. Rex warentizauit seisinam ipsi Episcopo, et ideo Rades et Emma nichil cap' assisam[2]. Et Episcopus cognoscit quod nichil clamat in tenemento illo, quia illud est Prioris Karleolensis. Et ideo sum' etc.

Loquendum cum Dom. Rege de libertate de Coplande in qua consuetudo talis est quod si aliquis deliquerit quod debeat secundum legem terre utlagari, ille qui utlagandus est interrogabitur[4] ad omnes curias quas dominus illius libertatis tenebit quousque terminus v. comitatuum preteriit, et tunc presentabitur loquela illa ad comitatum proximum, et Libertas de Coplande[3].

[1] As to this quarrel see Case 741.
[2] Corr. *nichil capiant per hanc assisam*.
[3] Coupland, in Northumberland.
[4] He is to be demanded, exacted, put in exigent.

per testimonium eiusdem curie ad unicam interrogacionem utlagabitur[1].

1155. Karl. Assisa uenit recognitura si Walterus Episcopus Karleolensis iniuste etc. disseisiuit Reginaldum de Raghtona et Alexandrum de Raghtona post etc. Et Robertus de Auuertona balliuus Episcopi uenit pro eo et nichil dicit quod assisa remaneat.

Juratores dicunt quod Reginaldus et Alexander et antecessores eorum fuerunt seisiti de tenemento unde assisa aramiata est quod continet circiter xx. acras terre usque ad tempus quo quedam perambulacio facta fuit per preceptum Dom. Regis inter Raghtonam et Daletonam[2] ita quod quando perambulacio illa facta fuit uenerunt ipsi et prohibuerunt ne perambulacio aliqua fieret de terris eorum unde ipsi tunc fuerunt in seisina. Et capitalis forestarius, et Thomas de Muletona, qui fecerunt perambulacionem illam, non omiserunt quin perambulauerunt tenementum predictum sicut alias terras, quia dixerunt quod tempore Heruici filii Mauricii qui tenuit Dalestonam et qui postea illam forisfecit fuit tenementum illud pertinens ad Dalestonam. Dicunt eciam quod semper post perambulacionem illam fuit idem Episcopus ita seisitus de tenemento illo, set bene dicunt quod tempore Regis H. aui Dom. Regis qui nunc est fuerunt antecessores sui et ipsi seisiti de predicto tenemento ut pertinente ad Raghtonam usque ad perambulacionem illam, ita tamen quod homines de Dalestona habuerunt semper communam suam in stipula post blada inde asportata et similiter in warectis.

Dies datus est eis de audiendo iudicio suo etc. Postea coram Dom. Rege apud Wdestoke Episcopus reddidit eis seisinam suam. Et Episcopus sibi uult perquirere secundum legem terre. Et ideo habeant seisinam.

1156. Jurata uenit recognitura utrum unum toftum cum pert. in Wendesle sit laicum feodum Rogeri de Ingoldesby an libera elemosina pertinens ad ecclesiam Rogeri de Huntinge-

[1] Br., f. 127, says that a man can be outlawed in the county court, or in the London husting.

[2] Raughton and Dalston, a little south of Carlisle.

feldia de Wendesle. Et Rogerus de Huntingefeldia uenit et dicit quod toftum illud est pertinens ad predictam ecclesiam ut libera elemosina et quod eadem ecclesia fuit in seisina per ita[1] annos scilicet toto tempore Willelmi de Ingoldesby et toto tempore Magistri Radulfi de Stoke et toto tempore Ricardi de Cateriz predecessorum suorum, et petit iudicium si de tanto tempore debeat ad tale breue respondere. Dies datus est eis de audiendo iudicio suo in crastino S. Hillarii etc. Et sciendum quod attornatus Rogeri concedit quod si curia considerauerit quod fiat inde iurata et[2] quod tunc capiatur siue uenerit siue non. Postea consideratum est quod loquela remaneat donec sciatur utrum tale breue debeat placitari uel non etc.[3]

7. Assisa uenit recognitura si Thomas filius Walteri auunculus Ade filii Alicie et Thom' fil' Isobell' fuerunt[4] seisit' in dominico suo ut de feodo de l. acris terre cum pert. in Auerintona die quo etc. et si etc., quam terram Mathias de Coudray tenet, qui alias uenit et uocauit inde ad warantum Almaricum de S. Amando qui modo uenit per summonicionem et ei warentizat et uocat inde ad warantum Dauid filium Thome de Auerintona qui manet in Hibernia et nichil habet in Anglia et petit quod Dom. Rex auxilietur ei de habendo waranto suo eo quod manet ultra eius potestatem. Dies datus est eis de audiendo iudicio suo etc.[5] Oxon.

8. [6]Hugo de Clintona et Leticia uxor eius petunt uersus Egidium le Poure et Alinam uxorem eius terciam partem trium uirg. terre et dim. cum pert. in Tetteswrthe et terciam partem quatuor uirg. terre cum pert. in Wicham ut dotem suam etc. unde Thoraldus Joel quondam uir suus eam dotauit ad hostium ecclesie etc. Oxon.

Et Egidius et Alina ueniunt et dicunt quod quedam Eua de Thame petit dotem uersus eos de eadem terra et dicit quod ipsa desponsata fuit eidem Thoraldo. Et Adam filius ipsius Eue et predictus Thoraldus aram'[7] assisam mortis

[1] sic; probably a misreading for [illegible].

[2] Om. et.

[3] It had been disputed whether the layman could bring the *Juris Utrum*; see Br. f. 285 b.

[4] *fuerunt* is written in full.

[5] See Br. f. 383. For more of this case see 1161.

[6] See above Case 1142.

[7] Corr. *predicti Thoraldi aramauit.*

antecessoris uersus eos de eadem terra et gerit se heredem, ita quod eadem Eua habet diem coram Dom. Rege ubicumque fuerit tali die etc. Ad quem predicta Eua comparebit ut sciatur que illarum tunc dotem habere debeat etc. |

[171.] 1159. Norf. Preceptum fuit uicecomiti quod preciperet balliuis hundredi de Clakelase[1] quod recordari facerent coram eis in predicto hundredo appellum unde duellum uadiatum, armatum, et percussum fuit in eodem hundredo inter quemdam probatorem et alium quemdam quem idem probator de societate appelauit contra coronam et dignitatem Regis factum et per que uerba, et recordum illud haberet per quatuor etc.

Et Willelmus Luuell et alii tres etc. ueniunt et recordantur quod quidam Ricardus qui apud Strediate arestatus propter malam suspicionem appellauit in curia de Drasteste quemdam Radulfum de Walesham quod nequiter et contra pacem Dom. Regis furatus fuit pallium suum, et hoc optulit disracionare per corpus suum uersus eum. Et Radulfus defendit omne latrocinium et omnem nequiciam et dixit quod fidelis fuit et quod pallium illud suum fuit et fideliter adeptum et paratus fuit defendere se per corpus suum incontinenti uersus ipsum Ricardum. Et per hec uerba adiudicatum fuit duellum inter eos et percussum et defensor uictus fuit. Postea uenerunt predicti quatuor et dicunt quod predictus Ricardus cognouit se esse latronem et deuenit probator et appelauit predictum Radulfum de societate et latrocinio, et per iudicium hundredi fuit duellum uadiatum et percussum et uictum. Et ideo hundredus in misericordia[2].

1160. Oxon. [3]Galfridus le Franceys petit uersus Magistrum Militum Templi in Anglia j mesagium cum pert. in suburbio Oxonie ut ius suum de seisina cuiusdam Galfridi antecessoris sui, et cognoscit quod idem Galfridus duas habuit sorores Matillidem et Roysiam, et quod idem Galfridus dedit mesuagium illud predictis duabus mulieribus sororibus suis Matillidi primogenite et Roisie postnate, et quod ipse uenit de predicta

[1] Clackclose.
[2] No court but the king's has jurisdiction in an approver's appeal
[3] This is Fitz. *Bastardy*, 29.

Matillide primogenita, et quod quidam Galfridus qui mesagium illud dedit Magistro et fratribus Milicie Templi in Anglia uenit de Roysia, set fuit bastardus. Et quia idem Galfridus non fuit conuictus ad bastardum dum fuit in seculo et antequam conferret se religioni, ideo consideratum est quod predictus Galfridus non potest petere nisi medietatem si ius habuerit et ideo sine die etc.

[1]Assisa uenit recognitura si Thomas filius Walteri auunculus Ade filii Alicie Thom' fil' Isobelle etc. quam terram Mathias de Coudray tenet et uocauit ad warantum Almaricum de S. Amando qui alias uenit et ei warentizauit et uocauit ad warantum Dauid filium Thome etc. sicut patet in recordo in pagina precedente[2]. Qui Dauid uenit et ei warentizat et dicit quod assisa non debet inde fieri nec assisa iacet inter ipsum et predictum Adam sicut nec inter auunculum et nepotem, quia ipse est heres et filius ipsius Thome et ipse Adam non est nisi nepos eius, et dicit quod ipse fecit inde homagium Dom. Regi. Et Adam non potest hoc dedicere et ideo Dauid inde sine die et Adam in misericordia quia assisa non iacet inter eos. Et Adam perquirat sibi per aliud breue si uoluerit. Oxon.

Abbas S. Eadmundi summonitus fuit ad respondendum Dom. Regi quo waranto leuauit quoddam mercatum in Meleforthia[3] ad nocumentum mercatorum Ricardi de Clare qui est infra etatem et in custodia Dom. Regis etc. in Sudbiri et in Clare etc. Suffolk.

Et Abbas uenit et dicit quod illud leuauit de licencia Dom. Regis et warantum habet cartam Dom. Regis et illam habebit ad diem et terminum et dicit quod non est leuatum ad aliquod nocumentum.

Et Hugo de Gurnay qui sequitur pro Dom. Rege dicit quod leuatum est ad magnum nocumentum predictorum mercatorum et quod tempore quo Comes Gloucestrie obiit[4] non fuit aliquod mercatum apud Melefordiam, et si aliquod mercatum ibi sit, leuatum est post mortem ipsius Comitis et

[1] See above Case 1157.
[2] Referring to Case 1157, which is on the opposite page.
[3] Melford, Clare, Sudbury, on the border of Suffolk and Essex.
[4] Gilbert of Clare, ob. 1230.

dum idem Ricardus est infra etatem, et dicit quod mercatum de Sudbyry tenetur quolibet die tocius septimane, et non distat nisi per duas leucas de Melefordia, et petit quod Dom. Rex teneat terras ipsius Comitis in eodem statu in quo fuerunt quando illas recepit et custodiam earundem.

Et Abbas sicut prius dicit quod illud leuauit de licencia Dom. Regis per cartam suam et eum inde uocat ad warantum, et dicit quod antequam mercatum ei concessum fuit per cartam Dom. Regis uendebatur ibi panis et ceruisia etc.

Postea apud Westmonasterium coram Dom. Rege quia testatum est quod uilla de Melefordia non differt[1] nisi per duas leucas[2] de Clare et de Suthbiry, et ideo uidetur quod leuatum sit ad nocumentum predictorum mercatorum, et preterea quia idem Ricardus est infra etatem et nullum fuit mercatum apud Melefordiam anno et die quo pater suus fuit uiuus et mortuus nec aliquid debet immutari de statu suo quamdiu sit infra etatem, et quia continetur in carta Dom. Regis quod conceditur ei Abbati mercatum apud Melefordiam nisi sit ad nocumentum uicinorum mercatorum, consideratum est quod mercatum de Melefordia prosternatur et Abbas in misericordia. |

[171 b.]

1163. Kent. Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam de Halestowe, que uacat ut dicitur, cuius aduocacionem Radulfus filius Nicholai et Reginaldus de Meandre et Isolda uxor eius clamant uersus Abbatissam S. Sulplicii[3] etc.

Et Abbatissa uenit et dicit quod quedam Abbatissa que fuit ante eam presentauit ad eandem ecclesiam quemdam Thurbertum qui ultimo obiit persona in eadem ecclesia, et inde profert litteras Benedicti quondam Roffensis Episcopi[4] que hoc testantur. Dicit eciam quod prefata Abbatissa presentauit ante ipsum Turbertum quendam Robertum ad eandem ecclesiam qui ad presentacionem suam fuit admissus, quia aliquando fuit contencio inter ipsam et quemdam

[1] Corr. *distat* (?)
[2] See Br. f. 235.
[3] A Benedictine nunnery in the diocese of Rennes. Gall. Christ. vol. 14, col. 786.
[4] 1215—1226.

Robertum Bardolf antecessorem ipsius Isolde, et tantum processit loquela in curia Dom. Regis quod exhibitis instrumentis ipsius Priorisse uenit idem Robertus remisit et quietum clamauit eidem Priorisse totum ius quod habuit in predicta aduocacione.

Et Radulfus, Reginaldus, et Isolda ueniunt et dicunt quod ipse Robertus Bardolf presentauit ad eandem ecclesiam predictum Turbertum et ad presentacionem suam fuit admissus et tempore pacis, et inde ponunt se super assisam et Priorissa similiter.

Juratores dicunt quod domini de Ho[1] uel Dom. Rex set nesciunt utr' antecessor' ipsius Isolde[2] presentauerunt ad ecclesiam eandem quendam Robertum de Hordona qui ad presentacionem suam siue eorum fuit admissus et tempore pacis, et mortuo ipso Roberto contencio fuit inter predictum Robertum Bardolf et predictam Abbatissam ita quod loquela deducta fuit coram iusticiariis Dom. Lodowici[3] tempore guerre, et in tantum processit quod idem Robertus recognouit aduocacionem illam esse ius ipsius Abbatisse et ipsa ad peticionem ipsius Roberti presentauit predictum Robertum de Hordona ad eandem ecclesiam. Et quia hoc fuit tempore guerre[4], consideratum est quod Abbatissa nichil capit per assisam istam et sit in misericordia pro iniusto impedimento. Et quia non sunt certi utrum domini de Ho uel Dom. Rex presentauit ad eandem ecclesiam nec qua racione ideo loquendum cum Dom. Rege. Postea concessum est a Dom. Rege quod ius presentacionis remaneat predictis Radulfo et Isolde ut custod' et heredibus dominorum de Ho ex quo habent manerium cum pert. ad quos[5] aduocacio illa pertinet. Et ideo habeant breue ad episcopum loci.

Alienara Comitissa Penbrok[6] per attornatum suum petit uersus Fulconem filium Warini totum manerium de Wanetinge cum pert. quod clamat tenere de Dom. Rege ad uitam Berks.

[1] Hoo.
[2] MS. has a stop after *Ho*, after *utr'*, and after *ipsius*.
[3] Son of the King of France; invaded England in 1216; afterwards King Louis VIII.
[4] Br. f. 240 b.
[5] Corr. *quod*.
[6] Sister of the King, widow of William Marshall the younger, afterwards wife of Simon de Montfort.

suam occasione doni quod Dom. Rex fecit W. Comiti Penbrok quondam uiro ipsius Comitisse et prefate Comitisse per cartam suam, et unde ipsa queritur etc.

Et Fulco uenit et dicit quod non debet ad hoc breue respondere quia non tenet totum manerium cum pert., quia Abbas de Becco tenet unam hidam terre, et Abbas Cluniacensis unam wikam et Willelmus de Briam' decem libratas, et desicut petit totum manerium cum pert. et non tenet illud, non uult ad hoc breue respondere nisi curia considerauerit. Et Alanus filius Warini dicit quod tenet inde x. libratas quas non ponit in clamio ipsius Comitisse nec in responcione ipsius Warini.

Et Comitissa per attornatum suum dicit quod petit manerium illud secundum quod datum fuit W. Comiti Penbrok quondam uiro suo et sicut ei datum fuit et non aliter, scilicet id quod tunc fuit in dominico[1] et id quod tunc fuit in seruicio[2] etc.

Et Fulco omissis predictis excepcionibus suis dicit adhuc quod non debet ei inde respondere quia dicit quod Dom. Rex quando dedit manerium illud predicto Comiti et eidem Comitisse ut ipsa dicit non fuit ipse inde in seisina nec eciam idem Comes, set ipse Fulco fuit inde in seisina, et inde feofatus bene per x. annos ante donum illud, et petit indicium. Postea uenit Comitissa per attornatum suum et petit licenciam recedendi de breui suo, et habet et ideo sine die.

1165. Kanc. Preceptum fuit uicecomiti quod diligenter inquireret quod nastum et quod exilium et quam destruccionem Roeysia de la Dene fecit in terris domibus et boscis que habet in custodia de hereditate Willelmi de Cowcham ad exheredacionem heredis sui. Et uicecomes misit inquisicionem que talis est. Quod ipsa Roeysia quando recepit custodiam illam de Willelmo Say recepit ibi unam coquinam que combusta fuit tempore eiusdem Roeysie ad detrimentum xij. sol. Item recepit quandam partem mairemii cuiusdam stabuli quod cecidit dum predictus Willelmus de Say tenuit predictam custodiam unde quedam pars ipsius mahiremii asportatur ad

[1] Supply *in dominico*. See Br. f. 133.

[2] Supply *in seruicio*.

ualenciam xvj. den. Ita[1] eadem Roeysia recepit ibi duas ueteres grangias quarum maior cecidit pro defectu sustentacionis et est ibidem mairemium illud. Item recepit ibi quendam boscum in quo prostrauit xij. fagos de precio xviij. sol. set nescitur quo manerium[2] illud deuenit, quia nullam emendacionem inuenerunt in domibus nec in aliis. Item eadem Roeysia fecit prosternere tres quercus precii xiij. sol. viii. den. unde nescitur quo deuenerunt quia nulla facta fuit emendacio in predicta custodia sicut predictum est. Et quia eadem Roeysia tenuit eandem custodiam iam per tres annos elapsos et nichil amplius cepit ad husbote et haybote et ad ardendum quam predictos fagos et quercus, | consideratum est quod nullum fecit uastum, ita tamen quod tales etc. manuceperunt quod eadem Roeysia reparari faceret coquinam et grangias et ea que ceciderunt tempore quo eadem custodia exstitit in manu sua infra hunc annum, et quod de cetero sustentabit omnia alia edificia et quod nullum uastum faciet in situ mesuagii nec alibi ad exheredacionem predicti heredis[3]. [172]

3. [4]Abbas S. Augustini Bristollii fuit coram iusticiariis apud Westmonasterium ad respondendum Thome de Berkelegha quare non permittit eum presentare ydoneam personam ad ecclesiam de Wintonia que uacat etc. et ad suam spectat donacionem etc., ita quod Abbas habuit diem per essoniatorem suum in Oct. S. Hill., ad quem diem non uenit Abbas nec aliquis pro eo unde ipsi iusticiarii minus discrete procedentes in loquela adiudicauerunt ipsum Abbatem fecisse defaltam et per defaltam illam adiudicauerunt eidem Thome seisinam presentacionis sue, et ita quod habuit breue ad episcopum loci etc. Et quia fuit ostensum Dom. Regi ex parte Abbatis quod ipsi iusticiarii ita male processerunt, uocati fuerunt coram Dom. Rege et ibi cognouerunt quod ita[5] processerunt, set nesciuerunt in dicto negocio melius procedere[6]. Et ad Glouc.

[1] Corr. *Item*.

[2] Corr. *maremium*.

[3] This case is given at length in Pl. *West*, 139.

[4] An important case in the history of the Courts. An error committed by the Justices of the Bench is corrected coram Rege. See Br. f. 108, § 2.

[5] *ita* substituted for *male*.

[6] Observe that proceedings in error are a complaint against the judges who have erred. As to mesne process in Quare impedit, see Br. f. 247, § 5.

errorem corrigendum mandatum fuit episcopo ne aliquem admitteret ad presentacionem ipsius Thome etc., et preceptum fuit quod idem Thomas summoneretur etc. ad audiendum iudicium suum etc. Et Thomas uenit et cognouit quod ita recuperauit seisinam sue presentacionis ad primum diem ipsi Abbati datum per essoniatorem suum per defaltam ipsius Abbatis. Et quia iusticiarii taliter errauerunt contra legem et consuetudinem regni eo quod multe districciones etc. sequerentur priusquam idem Thomas recuperasset per defaltam scilicet attachiamentum per pleu'[1] et postea per meliores plegios et postea per corpus, reuocatus est error iusticiariorum, et consideratum est quod seisina ipsius Thome nulla sit que tunc ei adiudicata fuit etc. Et Abbas uenit etc. et dicit quod iuste impedit etc. quia etc.

Postea concordati sunt, et est concordia talis, quod predictus Thomas recognouit predictam aduocacionem cum pert. esse ius ipsius Abbatis et ecclesie sue S. Augustini Bristolii, et eam remisit et quietam clamauit de se et heredibus suis predicto Abbati et successoribus suis et ecclesie S. Augustini in perpetuum. Et idem Abbas suscepit eum in omnibus beneficiis ecclesie sue etc.

1167. Buk. Dauid del Brok questus fuit quod Gilebertus Basset distrinxit eum pro seruiciis et consuetudinibus uillanis et quod peciit eum ut uillanum suum, ita quod perquisiuit breue de pace habenda usque aduentum iusticiariorum et de libertate sua probanda, et producit quendam Galfridum Siwac, qui dicit quod liber est et parens suus, quia quidam Werlingus antecessor suus habuit quemdam filium Germanum nomine, et de Germano uenit Johannes, et de Johanne iste Dauid, item idem Warlingus habuit quandam filiam Eluenam nomine, de Eluena uenit Siwacus, de Siwaco uenit iste Galfridus Siwac, qui dicit quod liber est et parens suus ex parte patris. Item producit quendam Eustachium qui dicit quod liber est et parens suus, et quod quidam Galfridus Child habuit duas filias Aliciam et Luciam, de predicta Alicia uenit iste Dauid, et de Lucia uenit predictus Eustachius, et dicit

[1] Corr. *plegios* (?).

quod est parens suus ex parte matris et liber homo. Item producit quemdam Benedictum de Bekeneffeldia qui[1] quod est parens suus ex parte matris et dicit quod pater suus fuit auunculus matris ipsius Dauidis. Item producit quemdam Robertum de Monasterio qui dicit quod liber est et parens suus et quod adeo proximus est eidem Dauidi sicut et ipse Benedictus.

Et Gilebertus uenit et dicit quod ipse uillanus est et filius uillani, et ipse et Alanus pater suus fuerunt in seisina et tallianerunt eum sicut alios uillanos suos, et fecit ei messuras et aruras et alias uillanas consuetudines sicut alii uillani sui, et patet melius per hoc quia quidam frater suus qui manet apud Wicumbam, Galfridus nomine, emptus fuit ab eodem Gileberto sicut uillanus, et de tali seisina et quod ipse uillanus sit sicut dicit petit quod fiat inquisicio per liberos et legales et bonos homines de uisneto qui melius sciant ueritatem.

Et Dauid uenit et hoc totum defendit et dicit quod nunquam fuit uillanus eius nec ipsum talliauit, nec ipse Gilebertus nec pater suus fuerunt in seisina de eo sicut de uillano nec de predictis uillanis consuetudinibus, nec quod frater suus ita fuit uenditus aliquid scit, et dicit quod frater suus et ipse non fuerunt de uno patre set de una matre, et inde ponit se super patriam. Et ideo preceptum est uicecomiti quod uenire faciat ad primam assisam cum[2] in partes illas uenerint xij. tam milites quam liberos et legales homines de proximo uisneto per quos etc., et qui nec ipsum Gilebertum nec ipsum Dauidem aliqua affinitate uel dominio attingant uel alia affeccione, ad recognoscendum super sacramentum suum si predictus Gilebertus et Alanus pater suus fuerunt in seisina de ipso Dauide ut de uillano, et si ipsi tallianerunt eum et si idem Dauid fecit ei consuetudines uillanas sicut messuras et alias et sicut alii uillani ipsorum de Wicumba fecerunt, et si predictus frater suus ita fuit emptus sicut uillanus, sicut idem Gilebertus dicit, uel non, et se ita interim certificent quod prefatos iusticiarios etc.

[1] Supply *dicit*. [2] Supply *iusticiarii*.

certificare possint. Et sciendum quod predictus frater suus fuit adeo liber homo sicut et ipse etc.[1] |

[172 b.]
1168. Umfridus de Boun Comes Herefordie summonitus fuit
Glouc. ad warentizandum Bartholomeo Pecche custodiam et maritagium heredis Milonis de Muecgros quam Walterus de Muecgros in curia Regis clamat uersus eum, et unde idem Bartholomeus uocat etc.

Et Comes uenit et ei warentizat. Et Walterus per attornatum suum dicit quod iniuste intrat in warentiam quia predictus Milo nunquam aliquod tenementum tenuit de predicto Comite nec antecessoribus suis per quod custodia ad eum pertinere deberet.

Et Comes dicit quod Walterus non habet ius in custodia illa, quia predictus Milo duxit in uxorem quandam filiam Ricardi de Blecchesdena, et predictus Walterus dedit quandam terram filio suo scilicet predicto Miloni ad uxorem suam dotandam, et idem Ricardus tenuit totam terram suam de predicto Comite, et quia uxor eiusdem Ricardi[2] obiit et idem Ricardus tenuit de eodem Comite per seruicium militare idem Comes habet custodiam terre et heredis et maritagium.

Et Walterus sicut prius dicit quod feofauit predictum Milonem filium suum de terra sua de Lessendona et retinuit in manu sua seruicium militare pro homagio et seruicio suo.

Et Comes dicit quod predictus Milo non fuit inde feofatus pro homagio et seruicio immo predictus Walterus pater suus ei tradidit terram illam ad uxorem suam dotandam et non aliter et de ballio suo et non pro seruicio militari, et inde ponit se super patriam. Et Walterus similiter, set dicit quod nichil scit de aliqua carta. Et ideo preceptum est uicecomiti quod uenire faciat coram iusticiariis ad primam assisam etc. xij. tam milites etc. ad recognoscendum super sacramentum suum si predictus Walterus terram illam dedit predicto Miloni filio suo pro homagio et seruicio suo et pro seruicio militari tenendam sibi et heredibus suis sicut idem Walterus dicit, uel si tradidit illam ei ad sustentacionem suam et ad uxorem suam dotandam sine homagio et seruicio

[1] This last clause may represent a postscript on the roll which stated the verdict.

[2] Corr. *Milonis* (?)

et sine seruicio[1] sicut ipse Comes dicit uel non, et se ita inde iterim certificent etc.

Assisa noue disseisine coram Ada de Hiltona et sociis suis etc. et infra[2] iusticiariis ad assisam illam capiendam assignatis uenit recognitura si Ricardus Pincerna Baldewinus Teutonicus etc. et infra[3] disseisiuerunt Johannem de Seuilla de libero tenemento suo in Silkestona post primam etc. Ebor.

Et Baldewinus Teutonicus et Ricardus Pincerna ueniunt et dicunt quod assisa non debet inde fieri quia predictus Johannes nullam habuit seisinam de tenemento unde uisus factus fuit[4] ad terminum et quod Auicia mater ipsius Ricardi postquam dimiserat terram illam predicto Johanni ad terminum sex annorum dedit et quietum clamauit ei[5] tanquam filio suo et heredi totum ius et clamium quod habuit uel habere potuit in tota terra sua de Silkestona cum pert., et inde protulit[6] cartam suam que hoc testatur. Dic' eciam quod postquam ei[7] inde fecerat seisinam accessit eadem Auicia ad Priorem de Ponte Fracto dominum feodi illius et protestata est coram ipso se reddidisse predicto Ricardo totum ius suum de predicto tenemento et fecit quod Prior inde recepit homagium suum et releuium.

Et Johannes dicit quod hoc non debet ei nocere quia postquam ipsa Auicia primo dimisit ei terram illam ad terminum septem annorum xv. sol. annuis reddendis postea eum feofauit inde pro homagio et seruicio suo et pro xv. marcis ex quibus ei statim soluit viij. marcas et pro residuis septem marcarum tradita fuit carta ipsius Auicie per quam idem Johannes fuit feofatus Magistro Hospitalis S. Nicholai Dancastrie custodienda donec idem Johannes reddidisset eidem Auicie vij. marcas predictas, et dicit quod homagium suum inde cepit et seisinam ei inde fecit. Dicit eciam quod cum accessisset ad Magistrum S. Nicholai ad terminum prefixum de predictis vij. marcis soluendis, cartam illam habere non potuit propter defensionem ipsius Auicie, unde idem

[1] Supply *militari* (?).

[2] This marks an omission of the jurors' names.

[3] Names of deforciants omitted.

[4] Supply *nisi*.

[5] Richard.

[6] Corr. *protulerunt* (?). But Richard Butler is principal deforciant, and this plea is his plea.

[7] Richard.

Johannes impetrauit litteras Dom. Regis et implacitauit ipsum Magistrum in comitatu donec per consideracionem ipsius comitatus carta ei reddita fuit, et quod postquam primo fuit feofatus semper tenuit seisinam suam usque ad diem quo per predictos disseisitus fuit. Et requisitus cuiusmodi seisinam inde recepisset, dicit quod in omnibus que ad terram illam pertinebant et maxime in eo quod feofatus fuit per seruicium xj. sol. ubi reddere consueuit xv. sol., et inde protulit unam cartam que hoc testatur, et inde ponit se super iuratam.

Juratores dicunt, scilicet Robertus de Stapeltona et alii etc. et infra[1], quod predicta Auicia dimisit terram illam Johanni de Seuilla et matri sue ad firmam usque ad terminum annorum per cyrographum inde inter eos confectum et infra primum annum ipsius conuencionis reddidit quietum clamauit et uendidit prefata Auicia Ricardo Pincerne filio suo et heredi totum ius et clamium quod habuit uel habere potuit in tota terra sua de Silkestona cum pert. cum[2] viij. marcis argenti quas ei dedit et pro una bouata terre in Sandale quam ei concessit et dedit tenendam tota uita sua, et cartam quiete clamacionis ei dedit. Et quadam die dominica coram parochianis de Silkestona cartam illam legere fecit, et seisinam ei dedit, et in presencia ipsius Auicie cepit idem Ricardus homagium liberorum hominum scilicet Hugonis Prepositi et
[172.] aliorum infra[3] | et Johannis de Haueleshirst. Et nolente ipso Johanne[4] accommodare ei domos ut cum uicinis suis epularet in domo ipsius Hugonis[5] comminando[6] pernoctabatur. Et ad proximum wapentacium quod erat infra septimanam eandem apud Calthorn'[7] uenit Auicia et renouauit seisinam filii sui et cartam suam ibidem legi fecit, qua audita Johannes de Seuilla qui presens erat dixit illam nullam esse quia de tenemento illo prius feofatus fuit et cartam inde habuit, set nullam ostendit licet ei dictum esset a balliuo ut si quam habuisset ostenderet. Ad hoc dixit

[1] Jurors' names omitted.
[2] Corr. *pro*.
[3] Names of other tenants omitted.
[4] The plaintiff, who was in possession as termor.
[5] Hugh the Reeve.
[6] Corr. *comedendo* (?).
[7] Cawthorne.

Auicia quod cartam filii sui concessit et bene warentizare uoluit. Deinde autem accesserunt ad curiam Prioris de Ponte Fracto domini feodi illius et ibi se deposuit dicta Auicia de terra illa et reddidit illam sepe dicto filio suo et ad instanciam ipsius Auicie cepit Prior homagium suum et xx. sol. de fine suo nomine releuii. Et dicunt[1] quod carta quam Johannes nunc profert et que per consideracionem comitatus ei reddita fuit facta fuit ann' et di'[2] post confeccionem carte ipsius Ricardi. Postea coram Dom. Rege quesitum est a predicto Johanne et Agnete matre sua utrum se teneant ad terminum et ad firmam uel ad feofamentum, et dicunt quod tenent se ad feofamentum. Et quia conuictum est per iuratores quod predictus Ricardus prius fuit feofatus et talem seisinam habuit qualem habere potuit saluo termino quam[3] ipsi Johannes et Agnes habuerunt[4], consideratum est quod Johannes nichil capit per assisam istam et sit in misericordia pro falso clamore, et Ricardus teneat in pace, set Agnes et Johannes habeant catalla que inuenta fuerunt in terra illa.

J.[5] Bathoniensis Episcopus ostendit Dom. Regi conquerendo quod cum Henricus de Northilada aramiasset quandam assisam noue disseisine uersus Petrum Decanum Wellensem[6] qui nuper obiit de communa pasture sue in Wedmora que pertinet ad liberum tenementum suum in Norhilada et similiter cum Robertus de S. Barbara aramiasset aliam assisam noue disseisine uersus eundem Decanum de quodam fossato leuato in Merkedicha ad nocumentum liberi tenementi sui in Suthbrent, et ipsi Henricus et Robertus per easdem assisas recuperassent seisinam suam uersus eundem Decanum et antequam inde seisinam haberent contigerit[7] decanatum illum esse in manibus ipsius Episcopi per mortem ipsius Decani [8]prefati Robertus et Henricus sine balliuo ipsius Episcopi infra cuius libertatem ipsa tenementa sunt et sine Somerset.

[1] The verdict continues.
[2] Probably not year and day but years and days, the phrase being used vaguely to mean somewhile.
[3] Corr. *quem*.
[4] See Br. f. 220 b, as to how seisin may be given when there is a termor on the land; see also f. 44 b.
[5] Jocelin.
[6] Ob. 1237 (?). Hardy's Le Neve, vol. 1, p. 150.
[7] Sic.
[8] Supply *et* (?).

uicecomite propria auctoritate seisinam suam minus licite usurpauerunt, scilicet Robertus fossata et quandam grangiam prostrauit et Henricus quasdam hayas combussit contra pacem Dom. Regis. Et inquisicio uenit et dicit etc.[1]

Dies datus est tam Roberto quam Henrico tali die etc. coram Dom. Rege. Et Thomas de Marisco et alius[2] uenerunt et dixerunt quod non fuerunt in partibus illis quando fossatum illud fuit prostratum et haya illa combusta.

Postea coram Dom. Rege apud Wintoniam quia conuictum est per iuratores quod idem Robertus propria auctoritate sua posuit se in seisinam sine uisu seruientis et recognitorum, consideratum est quod idem Robertus in misericordia et custodiatur. Et quia idem Henricus non fecit tantam transgressionem set fecit quandam brechiam[3] sine uisu seruientis et recognitorum ideo in misericordia. Et quia uillate que transgressionem illam fecerunt non possunt hic amerciari, ideo preceptum est uicecomiti quod faciat uenire coram Dom. Rege in primo aduentu suo ad partes illas uillatas quales et quot uiderit necessarias ad amerciand' predictas uillatas[4]. Et preceptum est uicecomiti quod diligenter inquirat qui fuerunt recognitores earundem assisarum et per eorum uisum faciat habere eisdem Roberto et Henrico plenariam seisinam suam. Et si quid fuerit per eos presumptum et occupatum ultra id quod per assisam illam recuperauerunt hoc per eorundem uisum sine dilacione faciat emendari et in pristinum statum reduci per eos per quos illud fuerit presumptum.

1171. Surr. Kanc. Mabilia de Gattona questa fuit quod cum ipsa et Thomas de Rauelingham uir suus tenerent manerium de Castehilla et quartam partem manerii de Artindona cum pert. in comitatu Surreie et preterea unam carucatam terre cum pert. in Turnesham in comitatu Kancie de hereditate ipsius Mabilie, idem Thomas predictas terras dimisit Roberto de Manekeseya ad exheredacionem ipsius Mabilie et eciam ea reclamante, et unde non habet aliquid de quo possit sustentari,

[1] The verdict would be on the roll.

[2] Probably two jurors.

[3] A breach.

[4] The townships which have participated in the lawless act are to be amerced by other townships.

et unde preceptum fuit uicecomiti quod summoneret ipsum Robertum quod esset ostensurus quid clamat in predicta terra et utrum illam teneat in feodo uel ad firmam uel quali modo et quod secum deferret munimenta sua si que inde habuerit. Eodem modo de terra de homagio Johannis de Gatesdena de terra de Brichulla.

Et Robertus uenit et dicit quod tenet terram de Turneham et omnes alias terras de Turneham per cartas et ipsius Thome et Mabilie et per cyrographum in curia Dom. Regis confectum de seruiciis et consuetudinibus et unde idem Robertus questus fuit quod predicti Thomas et Mabilia iniuste exigebant ab eo de tenemento quod de eis tenuit in Turneham per annum sex denarios et unum par calcarium deauratorum et quod seruicium ipse non cognouit[1], scilicet quod Thomas et Mabilia recognouit[2] totam predictam terram cum pert. esse ius ipsius Roberti in omnibus rebus sicut illud quod idem Robertus habuit de dono ipsorum et per cartam ipsorum habendum et tenendum per predictum seruicium etc. |

De manerio de Catteshulla dicit et de quarta parte feodi j. militis in Artindona quod habet illam de dono ipsorum [173 b.] Thome et Mabilie et per cartas ipsorum quas profert et que donum illud testantur, et unde dicit quod de terris illis perquisiuit breue de warancia carte uersus eos de eadem terra coram Roberto de Lexintona et sociis suis iusticiariis in comitatu Hertfordie set cyrographum habere non potuit propter impedimentum Hamonis de Gattona filii ipsius Mabilie, set carta illa inrotulata fuit coram eisdem iusticiariis presente eadem Mabilia simul cum ipso Thoma uiro suo et donum illud cognoscente et cartam illam.

Postea coram Dom. Rege apud Windesores consideratum est quod Robertus idem teneat predictam terram de Turneham in pace donec per commune consilium regni aliter inde sit prouisum. De terra uero de Catteshulla et de Artindona que non est cyrographata in curia Dom. Regis, perquirat dicta Mabilia uersus eum per breue Dom. Regis si uoluerit quia

[1] Here begins the substance of the chirograph.

[2] Sic.

satis tempestiue et ad horam potest dedicere donum ante cyrographum factum etc.[1]

PLACITA QUE SEQUEBANTUR DOM. REGEM HENRICUM ANNO REGNI SUI VICESIMO PRIMO.

1172. Deuon. Assisa uenit recognitura coram Jordano Oliueri et Rogero de Langefordia et aliis et infra[2] iusticiariis ad hoc assignatis apud Exoniam recognitura[3] quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam ad ecclesiam de Trowlegha que uacat ut dicitur, quam assisam Ricardus Comes Pictauie et Cornubie[4] aramiauit uersus Thomam de Cyrencestria deforciantem.

Et Ricardus Comes uenit per Hugonem de Dunestora attornatum suum per breue Dom. Regis ad lucrandum uel perdendum. Et Thomas de Cyrencestria non uenit et ideo capta est assisa per defaltam.

Juratores dicunt quod Willelmus de Riueres quondam Comes Deuonie presentauit ultimam personam ad dictam ecclesiam quendam Stephanum de Depeford tempore pacis per eschaetam Normannorum et per finem factum de dicta terra de Trowlegha cum Dom. Johanne Rege donec terre Anglie et Normannie essent communes[5].

Postea coram Dom. Rege et consilio suo apud Merewellam quia idem Thomas non uenit nec queritur de assisa iniuste capta nec de iuratoribus et preterea quia iuratores dicunt quod Willelmus auus Baldewini qui est infra etatem et in custodia ipsius Comitis Ricardi presentauit ultimam personam

[1] One would infer from this that the married woman had been able to alienate by fine, but that this power was considered dangerous to her interests and that a legislative change was meditated. It may be that to such a change we owe the separate examination. See on this, Br. f. 321 b. He remarks, in accord with this case, that the mere inrolment of a deed will not serve in place of a chirograph.

[2] Names of justices omitted.

[3] *recognitura* superfluous.

[4] Earl Richard, the King's brother.

[5] The lands of the Normans had been seized by the King, and from the King the earl acquired Throwleigh to hold until England and Normandy should once more have a common lord.

etc. racione eschaetarum etc. et per predictum finem qui nondum infirmatur, consideratum est quod Comes Ricardus recuperauit seisinam suam racione predicte custodie, et Thomas in misericordia. Et mandatum est Episcopo Exoniensi etc.

3. [1]Ostensum fuit Dom. Regi ex parte W. Episcopi Ossoriensis cui Dom. Rex aliquando tradidit ad uoluntatem suam dim. caruc. terre cum pert. in Homodona et Episcopus[2] Matheo de Rumely et idem Matheus illam tradidisset ulterius Eustachio de Gerauilla ad certum terminum annorum et idem Eustachius postmodum terminum suum concessisset Willelmo de Breaute et idem Willelmus de Breaute[3] fecisset tantum cum predicto Matheo quod terminum suum acresceret et elongaret ultra primum terminum ad quem idem Matheus terram illam tradidit ipsi Eustachio, Alanus filius et heres ipsius Mathei nobis[4] dedit intelligi quod terminus ille preteriit ad quem Matheus pater suus illam dimiserat, et propter quod dicebat terram illam ad se debere reuerti sicut ad filium et heredem ipsius Mathei, et unde Dom. Rex precepit inquisicionem fieri si terminus ille esset preteritus uel non, et per inquisicionem illam conuictum fuit quod terminus ille preteriit secundum quod idem Alanus dicebat, eo tamen in inquisicione suppresso per ignoranciam quod terminus primus ad quem idem Matheus terram illam dimiserat elongatus et adauctus fuit per prefatum Matheum, per quod idem Alanus seisinam suam recuperauit in fine termini ad quem primo dimissa fuit quia nulla facta fuit mencio de termino adaucto uel elongato. Norht.

Et Alanus uenit et dicit quod nunquam ipse inde aliquando dedit intelligi Dom. Regi nec per ipsum facta fuit inquisicio, immo facta fuit per Matheum patrem suum, et petit iudicium si debeat de facto patris sui respondere et ad

[1] It was shewn to the King on the part of the bishop, that Alan son of Matthew had obtained this land by a request, through the suppression of material facts. Probably some words have dropped out.

[2] *et Epis'* substituted in the margin for *quod cum*. Instead of *et Episcopus*, read *quod cum Episcopus terram illam tradidisset* (?).

[3] William brother of Fawkes of Breaute has committed treason, and been hanged. This seems the foundation of the bishop's claim and of the King's.

[4] Sic.

hoc breue, et quod facta fuit per Matheum[1] et per rotulos de cancellaria. Et quesiti sunt rotuli qui testantur quod facta fuit per Matheum patrem suum et non per Alanum. Et ideo consideratum est quod Alanus recedat quietus de hoc breui, set Episcopo restituantur catalla que fuerunt inuenta in terra illa. Et postea quia terminus ille pertinet ad Dom. Regem et Episcopus non habuit illum nisi ad uoluntatem Dom. Regis Alanus finem fecit cum Dom. Rege pro habendo termino Dom. Regis per tantum[2].

1174. Wilts. Walterus de Kyluingeholmia questus fuit Dom. Regi quod cum Hugo de Neuilla filius Ernisii de Neuilla ei concessisset totam terram suam de Wynterburnia cum omnibus pert. suis sine aliquo retenemento pro homagio et seruicio
[174.] suo | et per cartam suam et seruicium Beatricie que fuit uxor Roberti filii Radulfi que terciam partem habuit eiusdem uille nomine dotis attornatum esset predicto Waltero, et predicta Beatricia attornata esset ei et ei faceret seruicium illud sicut waranto de dote sua per concessionem illam, Ernisius filius eiusdem Hugonis et heres post mortem ipsius Beatricie se intrusit in terram illam quam ipsa Beatricia tenuerat nomine dotis, et que ad ipsum Walterum accidere debet racione predicte concessionis, et contra cartam patris sui cuius heres ipse est illam iniuste detinuit ipsi Waltero. Et postea concordati sunt ita quod predictus Ernisius concessit predicto Waltero terram illam tenendam simul cum terra quam prius tenuit in eadem uilla ex concessione predicti Hugonis sibi et heredibus suis de predicto Ernisio et heredibus suis pro tali seruicio.

1175. Norf. Adam de Wykenhale summonitus fuit ad respondendum Dom. Regi quo waranto se tenet in j. carucata terre cum pert. in Gerbodesham quam Willelmus de Wigenhale tenuit de Johanne de Jarpenuilla patre Johannis de Jarpenuilla cuius heres ipse est[3] qui est infra etatem et in custodia Dom.

[1] An omission. Alan vouches the rolls of the chancery to shew that the inquest was taken at Matthew's suit.

[2] According to the developed common law, the term would not in any case escheat to the lord but would be forfeited to the King as Lier. But this point is not raised: the bishop is merely tenant at will of the king, and is certainly not entitled.

[3] John, the King's ward, is heir of John of whom William held.

Regis et ideo terra debet esse eschaeta ipsius heredis eo quod predictus Willelmus fuit bastardus et obiit sine herede de se etc. et quam custodiam Episcopus Karleolensis habet de concessione Dom. Regis.

Et Adam uenit et non uult respondere sine breui et dicit quod fuit in seisina de eadem terra et inde disseisitus est et petit seisinam suam.

Et Episcopus qui custodiam predicti heredis habet de concessione Dom. Regis dicit quod nunquam seisinam inde habuit, set reuera cepit inde fidelitatem ipsius Ade et precepit balliuo suo quod ei seisinam faceret de predicta terra, sed antequam ei seisinam faceret datum fuit ipsi Episcopo intelligi quod predictus Willelmus frater ipsius Ade bastardus fuit et ita bastardus quod fuit natus antequam pater ipsius Willelmi desponsaret matrem suam.

Et Adam sicut prius petit iudicium si inde debeat respondere. Et quia uicecomes non misit breue, ideo datus est eis dies tali die coram Dom. Rege ut interim ueniat breue et uicecomes habeat breue ad diem illum. Et sit auditurus iudicium suum de hoc quod breue non misit. Et terra que capta est in manum Dom. Regis sicut idem Adam cognoscit interim remaneat in manu Dom. Regis et saluo custodiatur donec Dom. Rex aliud inde preceperit[1].

[2]Assisa uenit recognitura si Johannes filius Hugonis pater Galfridi fuit seisitus in dominico ut de feodo de j. carucata terre cum pert. in *Edmers'* et de tercia parte j. molendini cum pert. in Pangeburnia et de tercia parte j. molendini cum pert. in Sefeldia die etc. et si etc. quam terram et quas tercias partes Gunnora de Bendinges tenet. Que uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri quia bene cognoscit quod predictus Johannes obiit seisitus de predicta terra et post terminum, set dicit quod predictus Johannes fuit maritus eius legittimus unde post mortem eius ipsa in curia Dom. Regis apud Westmonasterium recognouit[3] predictam terram et predictas tercias partes ut dotem suam etc. Berck.

[1] For further proceedings see below, Case 1181.

[2] This case is cited by Bracton f. 298; see also f. 306 b and Case 1120.

[3] Corr. *recuperauit* (?).

uersus quandam Matillidem de Berneres, et quod predictus Robertus[1] fuit legittimus uir eius patet bene quum ipsa disracionauit in curia cristianitatis ipsum Johannem ut uirum suum, et bene dicit quod Juliana filia eius quam habuit de predicto Johanne est propinquior heres ipsius Johannis, et quod ipsa disracionauit dotem suam tanquam legittima uxor ipsius Johannis in curia Dom. Regis ponit se super rotulos.

Et Galfridus uenit et dicit quod ipse est filius et heres predicti Johannis de predicta Matillide uxore sua legittime genitus et hoc bene patet quia ipse post mortem predicti Johannis patris sui fuit in custodia Petri filii Herberti per Dom. Regem et si placitum fuit in curia Dom. Regis inter predictam Gunnoram et predictam Matillidem matrem eius hoc non debet ei nocere quia tunc fuit infra etatem et in custodia predicti Petri, et preterea ipsa Matillis nunquam uocauit ipsum Galfridum ad warantum uersus eam. Dicit eciam quod quando fuit plene etatis Dom. Rex reddidit ei duas partes hereditatis predicti Johannis tanquam recto heredi.

Dies datus est eis de audiendo iudicio suo coram Dom. Rege tali die etc. ubicunque fuerit, eo quod Adam filius Heruei et Juliana uxor eius[2] implacitant ibi predictum Galfridum de predictis duabus partibus.

Postea apud Merewellam coram Dom. Rege quia Galfridus cognoscit quod predicta Gunnora recuperauit seisinam suam nomine dotis uersus predictam Matillidem, et preterea quia ipsa Gunnora cognoscit omnes articulos contentos in breui preterquam quis sit rectus heres ipsius Johannis et inde placitum est inter predictum Galfridum et Julianam filiam predicte Gunnmore quod placitum nondum est terminatum, consideratum est quod predicta Gunnora teneat in pace dotem suam sicut illam recuperauit donec discuciatur in curia quis sit rectus heres ipsius Johannis, et tunc si conuincatur quod ipse Galfridus sit heres, perquirat sibi uersus eam si uoluerit. |

[174 b.] 1177. Wilts. Assisa uenit recognitura si Grecia de Meysi iniuste et sine iudicio disseisiuit Ricardum le Paumer de libero tene-

[1] Corr. *Johannes*. [2] Daughter of Gunnora.

mento suo in Bissopestre post primam coronacionem etc., et unde queritur quod ipsa etc.

Et Grecia uenit et dicit quod tenementum unde uisus factus est non est in Bissopestre set in Burtona et quod ipse Ricardus nunquam tenementum habuit in Bissopestre et Bissopestre est de una baronia et Burtona in altera. Et Ricardus dicit quod Bissopestre et Burtona idem sunt quia Bissopestre est Burtona, et Burtona Bissopestre.

Et iuratores requisiti super sacramentum suum utrum tenementum illud sit in Bissopestre aut in Burtona, dicunt super sacramentum suum quod in Burtona. Et ideo consideratum est quod Grecia inde sine die et Ricardus in misericordia.

8 Nicholaus de Oxeaye uenit et cognouit quod dedit Bartholomeo Peeche pro homagio et seruicio suo manerium de Chadlhangre cum pert. quod manerium Prior de Hurleia tenet ad terminum, ita quod post terminum illum totum manerium illud cum pert. reuertetur quiete eidem Bartholomeo et interim recipiet de eodem Nicholao centum solidos per annum de camera sua et de eodem Priore singulis annis j. sol nomine seisine eiusdem manerii. Berks.

9. Cressant de Stampes Judeus Bristollii diffamatus est quod Ysobella filia Giliberti Sellar' Cristiana inuenta fuit cum eo in lecto et concubuit cum ea, et alias diffamatus fuit de eodem crimine. Abiurauit regnum et elegit portum Shorham et habet spacium transfretandi a tali die in unum mensem. Et eadem Ysobella cepit penitenciam suam et abiurauit uillam Bristollii etc. Bristoll.

0 Osmundus de Castello qui utlagatus fuit pro latrocinio et qui fugit in ecclesiam apud Glastoniam abiurauit regnum et elegit portum Douere et habet spacium a tali die in tres septimanas[1] anno xx°. Sumerset.

1 [2]Adam de Wigenhale summonitus fuit etc. quo waranto se tenet in j. carucata terre cum pert. in Garbodesham etc. Et unde Episcopus Karleolensis qui habet custodiam ex con- Norf.

[1] The time given for leaving the country varies from case to case. Ro. f. 15.. b.

[2] For earlier proceedings see above, Case 1175.

cessione Dom. Regis[1] et qui sequitur pro Rege dicit quod terra illa ad predictum heredem reuerti debet, quia Willelmus frater ipsius Ade bastardus fuit et ita bastardus quod fuit natus antequam pater ipsius Willelmi desponsasset matrem suam.

Et Adam uenit et dicit quod ipse Willelmus legittimus fuit, et petit iudicium si eidem Willelmo opponi debeat bastardia post mortem suam[2]. Et dicit quod Willelmus frater suus qui mortuus est mortuo patre suo uenit ad capitales dominos et fecit eis homagium de terris et tenementis que fuerunt patris sui sine calumpnia alicuius bastardie, et quando Willelmus mortuus fuit fecit ipse similiter homagium capitalibus dominis sine calumpnia et accessit ad ipsum Episcopum et optulit ei homagium et ipse respondit ei quod noluit homagium suum recipere antequam sciret utrum esset heres uel non. Et postea facta inde inquisicione, cepit ipse fidelitatem suam et fecit ei litteras suas petentes[3] balliuo suo quod poneret eum in seisinam, et ipse balliuus posuit eum in seisinam, et dicit quod disseisitus inde est per ipsum Episcopum, et petit iudicium si debeat respondere disseisitus, et quod idem Willelmus legittimus fuit ostendet secundum quod curia considerauerit.

Postea uenit Adam et cognoscit quod predictus Willelmus obiit inde seisitus et peciit seisinam suam sicut frater et heres etc.

Et Episcopus uenit et dicit quod idem Adam nullam seisinam habuit et ideo non fuit inde disseisitus quia reuera quando predictus Willelmus mortuus fuit bene potest esse quod idem Adam intrusit se in terram illam, set ipse Episcopus post mortem ipsius seisiuit terram illam in manum suam sicut illam cuius custodia ad ipsum pertinebat racione heredis predicti Johannis de Jarpenuilla in manu sua existentis per Dom. Regem et ibi apposuit seruientem suum, set predictus Willelmus nullam habuit seisinam nisi talem per intrusionem. Set Episcopus dicit quod reuera[4] accessit ad

[1] The bishop has the guardianship of John of Jarpenville, the infant lord of the fee.

[2] See Br. f. 420 b.

[3] Corr. *patentes*.

[4] Supply *Adam*.

ipsum Episcopum et finem fecit pro releuio suo et fecit ei fidelitatem et habuit litteras ipsius Episcopi seruienti suo quod si faceret ei securitatem de releuio illo quod faceret ei seisinam de eadem terra, set quia idem Adam nullam securitatem ei fecit et quia audiuit quod predictus Willelmus bastardus fuit ita quod nullum heredem habere possit nisi de corpore suo, ideo nullam seisinam ei facere uoluit, set ipse[1] fuit in seisina et seruiens ipsius donec Dom. Rex terram illam cepit in manum suam, et inde ponit se super patriam si opus fuerit. |

Et Adam per attornatum suum dicit quod fuit in seisina [175.]
per balliuum Episcopi, set dicit quod patria nichil scit de seisina facta per balliuum Episcopi[2].

Postea uenit Episcopus et dicit quod nullam seisinam facere debet predicto Ade, quia prefatus Willelmus habuit quandam uxorem sibi desponsatam, Agnetem de Wigenhale nomine, de qua habuit heredem et qui apparens est et petit heredem[3] ipsius Willelmi et eciam predicta Agnes petit dotem suam et parata est probare matrimonium inter ipsam et predictum Willelmum si opus fuerit, et unde uidetur ei[4] quod nullam seisinam facere debet eidem Ade nec alii donec constiterit quis sit rectus heres. Et dicit quod idem Adam aliquando ei cognouit quod predicta Agnes gessit se pro uxore ipsius Willelmi et quod liberos habuit de predicto Willelmo.

Et attornatus ipsius Ade cognoscit quod reuera ipsa Agnes dicit quod desponsata fuit ipsi Willelmo, set hoc falso dicit ad impediendum et barrandum os[5] ipsius Ade. Et quia idem attornatus ita concessit et cognoscit, consideratum est quod ipsa Agnes summoneatur quod sit tali die etc. ad cognoscendum si dotem petit de terra illa et si pueros habeant qui debeant esse heredes ipsius Willelmi uel non.

Ad diem illum uenit Agnes et cognoscit quod fuit uxor ipsius Willelmi desponsata et quod habet de eo quendam filium Adam nomine qui debet esse heres ipsius Willelmi et

[1] The bishop.
[2] A reason for not going to the country.
[3] Corr. *hereditatem.*
[4] The bishop.
[5] To stop his mouth.

quod ipsa petit dotem suam sicut illa que fuit predicto Willelmo desponsata, et quod ita fuit desponsata habet probacionem sufficientem si opus fuerit.

Et Adam dicit quod nichil scit quod predicta Agnes umquam esset desponsata Willelmo fratri suo, et hoc bene patet quod numquam fuit desponsata quia non multo tempore transacto peciit ipsa in uirum quendam Nicholaum filium Alani de Wigenhale, set nescit qualiter inde recessit.

Et quia nescitur utrum predictus Adam filius Willelmi uelit aliquid iuris clamare in terra illa uel non, ideo summoneatur quod sit tali die ad cognoscendum quid iuris clamat in terra illa.

1182. Bedef. Preceptum fuit uicecomiti quod diligenter inquireret quantum terre Agnes de Wahulla tenuit de Dom. Rege in capite in balliua sua et per quod seruicium et quantum terra illa ualeat per annum et quis sit propinquior heres et inquisicionem mitteret. Et misit inquisicionem que talis est quod Agnes de Wahulla tenuit de Dom. Rege in capite in Wahulla iiij. carucatas terre cum pert. que ualent per annum xlij. libras, in Broebergo iij. carucatas terre cum pert. que ualent per annum xij. libras, et in Langefordia quam Robertus Anguillun tenuit in dotem ij. carucatas terre cum pert. que ualent per annum xl. libras. Seruicium predictorum maneriorum nesciunt separare, quia tota baronia de Wahulla integra respondet Dom. Regi pro xxx. militibus. Et Johannes de Basingeham filius predicte Agnetis est propinquior heres eius.

Et Willelmus filius Warini summonetur ad ostendendum quid iuris clamat in terra que fuit predicte Agnetis.

Et Willelmus uenit et dicit quod habuit predictam Agnetem desponsatam, et de ea habuit liberos tres ad minus et clamat tenere eam ad uitam suam per legem Anglie.

Et super hoc uenit Johannes de Basingeham[1] et dicit quod hoc non debet ei nocere quia ipse est filius et heres predicte Agnetis et predicti pueri mortui sunt, et si uiui essent non possent esse waranti eius[2] nec ius petere in terra

[1] Son of Agnes by her first husband.

[2] They could not warrant their father.

illa, quia ipse est filius et heres primogenitus. Dicit eciam quod quedam pars que fuit Roysie sororis ipsius Agnetis[1] post mortem predictorum puerorum, et ideo si aliqua pars illius terre ei[2] per legem Anglie debeat remanere pars predicte Roysie ei non debet remanere predicta racione. Et Willelmus dicit quod uidetur ei quod satis respondit ad breue et non uult extra breue illud eidem Johanni respondere de aliquo sine precepto Dom. Regis.

Et Dom. Rex non uult mutare consuetudinem Anglie usitatam et optentam a multis retrotemporibus et ideo Willelmus recedat quietus cum seisina sua[3]. Et homagium Johannis ponitur in respectum donec seisinam habuerit.

8. Rogerus la Zuche custos terre et heredis Briani de Stopham unius ex heredibus Briani de Insula summonitus fuit ad respondendum Agathe de S. Georgio de placito quod reddat ei custodiam tercie partis feodi dimidii militis cum pert. in Hortona que ad eam pertinet eo quod predictus Brianus terram illam de eo tenuit per seruicium militare etc. Wilt.

Et Rogerus uenit et dicit quod habet custodiam illam per Dom. Regem qui nunc est et qui ei dedit custodiam terre Radulfi filii Briani de Stopham qui est unus heredum predicti Briani de Insula, et quia habet custodiam illam per Dom. Regem uocat inde ad warantum Dom. Regem.

Et Agatha uenit et dicit quod iniuste uocat Dom. Regem ad warantum, quia Brianus de Insula nichil tenuit de Dom. Rege in capite ita quod custodia aliqua terre que fuit predicti Briani ad eum debeat pertinere. Et super hoc petit iudicium. |

Et Rogerus dicit quod per speciale breue Dom. Regis habuit ipse seisinam de predicta custodia et inde uocat Dom. Regem ad warantum. Et ideo datus est eis dies coram Dom. Rege tali die etc. ubicunque fuerit etc. [175 b.]

[1] Probably some words are wanting. The point may be that these lands descended to Agnes after all her children by William were dead.
[2] William.
[3] See Br. N. 138. Segrave, lately justiciar, had maintained that the second husband was not entitled to curtesy at all events if there was an heir by the first husband. Here the King decides this debated point. This is Fitz. *Dower*, 198.

Et Agatha per attornatum suum dicit quod Brianus de Insula nichil tenuit de Dom. Rege in capite. Et Rogerus dicit quod tenuit de Dom. Rege quandam terram in Portesele scilicet per serianciam inueniendi unum seruientem per xv. dies in exercitu cum purpuncto et capello ferreo et lancea et preterea quandam terram in Kingeshale.

Postea apud Kenintonam quia testatum est quod idem Brianus tenuit de Rege in capite quasdam terras secundum quod predictum est, consideratum est quod custodia pertinet ad Dom. Regem, et ideo Rogerus teneat in pace[1].

1184. Ebor. Galfridus de Ruffordia questus fuit Dom. Regi quod cum teneret in dominico duas carucatas terre cum pert. in Gripetorpe de quodam Waltero le Poer et idem Walterus terram illam teneret de quadam Matillide Papedi sicut medius inter ipsos Galfridum et Matillidem et idem Walterus utlagatus esset pro morte hominis in itinere iusticiariorum in comitatu Oxonie, eadem Matillis falso Dom. Regi fecit intelligi quod predictus Walterus illas duas carucatas de ea tenuit in dominico desicut ipse nichil habuit nisi tantum seruicium xx. sol., et ita per decepcionem et falsam suggestionem a Dom. Rege optinuit seisinam suam de eadem terra tanquam de eschaeta sua, et unde dicit quod ipse[2] feofatus fuit de predicto Waltero et inde profert cartam suam que hoc testatur.

Et Matillis uenit et defendit omnem decepcionem et dicit quod idem Walterus nunquam feofauit predictum Galfridum de predicta terra nec ipse Walterus nunquam fuit medius inter ipsum Galfridum et Matillidem, et bene dicit quod idem Walterus seisitus fuit die quo fecit feloniam. Postea uero dicit et cognoscit quod predictus Galfridus tempore felonie facte habuit terram illam ad firmam, set non alio modo, et si aliqua carta de feofamento facta fuit, facta fuit postquam felonia illa facta fuit per quam idem Walterus fuit utlagatus, et ideo non debet ei nocere, nec eidem Waltero ualere, et cognoscit quod idem Galfridus terram illam habuit ad firmam primo quando Walterus feloniam illam fecit.

Et Galfridus dicit quod ipse feofatus fuit de predicta terra

[1] Br. f. 87 b. This is a grand serjeanty.

[2] Geoffrey the plaintiff.

ante feloniam factam, et ita quod post feofamentum suum dimisit ipse terram illam ad firmam Willelmo de Vescy ad terminum xvj. annorum per quoddam scriptum quod profert et quod hoc testatur. Et dicit quod ipse inde disseisitus est per falsam inquisicionem quam predicta Matillis inde fieri fecit, et petit seisinam suam. Et quia predictus Galfridus ita fuit disseisitus per inquisicionem illam, et ipsa Matillis cognoscit quod seisinam habuit qualem qualem, consideratum est quod idem Galfridus recuperabit seisinam suam, et Matillis in misericordia, et perquirat sibi uersus eum per breue de recto si uoluerit.

5. Alicia[1] filia Ernaldi per attornatum suum petit uersus Walterum de Henred duas partes unius uirgate terre cum pert. in Mercham ut ius suum et quas idem Walterus cepit in manum suam ea occasione quod Vincencius de Shepen' quondam uir predicte Alicie qui tenementum illud tenuit simul cum predicta Alicia cognouit se esse uillanum Roberti[2] quondam Abbatis de Abbendonia etc. [3]Et Walterus dicit quod iste Ricardus est filius et heres predicti Roberti[4] et bene potest esse quod habuit fratrem antenatum set ipse est mortuus et fuit uiuente Roberto patre ipsorum. Berk.

Et Ricardus dicit quod non est heres set predictus Willelmus fuit heres et hoc bene patet quia pueri ipsius Willelmi habent partem hereditatis et eciam uxor ipsius Willelmi nuper recuperauit dotem suam coram iusticiariis qui ultimo itinerauerunt in comitatu Gloucestrie sicut illa que fuit uxor heredis predicti Roberti Linant, et inde ponit se super uicecomitem Gloucestrie. Et uicecomes presens est et hoc testatur. Et quia idem Walterus cognoscit quod idem Ricardus habuit fratrem antenatum et qui liberos habet et preterea quia recognitum est quod uxor ipsius fratris antenati habet dotem suam, consideratum est quod iste Ricardus non tenetur warentizare et quod

[1] She has already failed in an assize; see above, Case 1139.

[2] *Roberti* repeated.

[3] There must be an omission here. Walter vouches one Richard as son and heir of one Robert: Richard denies that he is heir. Probably the case was copied as illustrating the rules of inheritance.

[4] The only Robert yet mentioned is the Abbot; this cannot be he.

predicta Alicia recuperet seisinam suam uersus predictum Walterum, et Walterus in misericordia, et Ricardus quietus de warantia.

1186. Norht. Petrus de Godintona, Robertus le Luw, Ada de Naptona, Agnes uxor eius et alii et infra[1] summoniti fuerunt ad respondendum Roberto filio Hugonis de placito quare non tenet ei finem factum in curia Dom. Regis apud Westmonasterium inter ipsum Robertum petentem et Robertum de Salceto fratrem predictarum Johanne, Agnetis, Marie et aliarum et infra[2] et auunculum predictorum Petri et Roberti cuius heredes ipsi sunt tenentes, de manerio de Ikelegha cum pertinenciis unde cyrographum factum fuit inter eos etc. et de toto parco de Ikelegha cum assartis et landis et aliis pertinenciis, et unde idem Robertus filius Hugonis dicit quod cum esset in seisina de dono ipsius Roberti de Salseto talis factus fuit finis inter eos per breue war'[3] carte ad Pascha in unum mensem anno Regis qui nunc est xv. coram Thoma de Muletona Willelmo de Ralegha et sociis eorum apud Westmonasterium, scilicet quod predictus Robertus de Salceto recognouit totum predictum manerium et parcum cum pert. esse ius ipsius Roberti filii Hugonis ut illud quod predictus Robertus filius Hugonis habuit ex dono ipsius Roberti de Salceto, et pro hac etc.[4] idem Robertus filius Hugonis concessit predicto Roberto de Salceto totum predictum manerium cum pert. et parcum habenda et tenenda eidem Roberto de Salceto tota uita sua faciendo inde seruicium quod ad manerium illud pertinet, et post decessum ipsius Roberti de Salceto predictum manerium cum pert. reuertetur ad ipsum
[176.] Robertum filium Hugonis | et heredes suos tenendum et habendum de heredibus ipsius Roberti de Salceto faciendo inde seruicium quarte partis unius militis pro omni seruicio. Et unde petit manerium illud et parcum illud sicut illa que ad illum reuerti debuerunt post mortem ipsius Roberti de Salceto etc.

Et Petrus de Godintona et omnes alii et ueniunt et

[1] Names of other defendants omitted. The heirs of Robert de la Sauceye.

[2] Some names omitted.

[3] Probably *breue de warancia*.

[4] *pro hac recognicione*.

dicunt quod nichil tenent de manerio illo nec de parco illo, set Petrus et alii dicunt quod non debent eidem Roberto filio Hugonis respondere, quia ipse nunquam fuit in seisina de predicto manerio nec de parco die quo cyrographum factum fuit nec ante nec post per unum diem, et idem Robertus de Salceto semper fuit in seisina et nunquam extra seisinam et desicut continebatur in breui de warancia carte[1] quod fuit in seisina et nullam seisinam habuit breue illud de warancia carte falso fuit impetratum et curia Dom. Regis decepta fuit in confectione predicti cyrographi. *Et* quod idem Robertus filius Hugonis nullam habuit seisinam et quod predictus Robertus de Salceto nunquam extra seisinam fuit ponunt se super patriam.

Et Robertus filius Hugonis uenit et dicit quod fuit inde in seisina eciam per xv. dies et quando cyrographum factum fuit, et quesitus si de hoc uelit se ponere super patriam dicit quod non, set tenet se ad cyrographum.

Postea concordati sunt et est concordia talis quod predictus Robertus filius Hugonis remisit et quietum clamauit de se et heredibus suis ipsi Petro Roberto et omnibus aliis et heredibus eorum totum ius et clamium quod habuit in tota predicta terra cum pert. in perpetuum, et similiter in quodam molendino de Ikelegha, et similiter in debito xxvij. marcarum quas clamat de debito Roberti de la Sauseye[2], et pro hac etc. ipsi Petrus Robertus et alii dabunt eidem Hugoni xxvj. marcas ad tales terminos etc.

7. Alexander de Neouilla filius et heres Alexandri de Neouilla questus fuit Dom. Regi quod cum fecisset ei homagium suum de terris quas predictus Alexander pater eius tenuit de eo in capite et unde uicecomes preceptum habuit quod de omnibus terris predictis de quibus predictus Alexander pater eius fuit seisitus die quo obiit seisinam ei faceret, idem uicecomes seisinam ei facere noluit de manerio de Haketorpe cum pert. occasione donacionis quam Ricardus de Alenzun qui habuit custodiam predictarum terrarum dixit factam fuisse a predicto Alexandro Clemencie filie Lanc.

[1] The writ on which the fine was [illegible]

[2] The same as Rob. de Salceto.

predicti Alexandri quam Willelmus frater ipsius Ricardi duxit in uxorem, et unde preceptum est uicecomiti quod uenire faceret xij. legales homines tam milites etc. de uisneto de Haketorpe ad recognoscendum etc. utrum predictus Alexander dictum manerium dedit prefate Clemencie et utrum ipsa Clemencia in uita prefati Alexandri inde fuit in seisina et per quantum tempus ante mortem ipsius Alexandri, et quod uenire faceret coram predictis liberos homines de predicto manerio libere tenentes ad recognoscendum utrum post mortem prefati Alexandri homagium fecerunt predicto Alexandro filio suo dum fuit in custodia ipsius Ricardi.

Et Randulfus de Hamewella et alii iuratores etc. et infra[1] dicunt quod predictus Alexander pater ipsius Alexandri tercio die ante mortem suam habuit in animo promouendi dictam Clemenciam dedit ei terram illam et misit ibi duos seruientes cum predicta Clemencia et fecit ei seisinam et statim reuersa est illa Clemencia ad patrem suum et ipse Alexander tercio die obiit, et mortuo eo statim cepit dominus[2] manerium illud in manum suam simul cum aliis terris que fuerunt ipsius Alexandri, et illud simul cum aliis terris commisit in custodia predicto Ricardo simul cum filio primogenito et herede ipsius Alexandri[3], quem quidem heredem idem Ricardus maritauit cuidam sorori sue et mortuo eodem herede primogenito assignauit idem Ricardus dotem sorori sue de eadem terra, et eciam fecit ipsum Alexandrum filium ipsius Alexandri post mortem fratris sui primogeniti capere homagia liberorum hominum libere tenencium de eodem manerio sicut ipsi liberi homines presentes hoc testantur. Et dicunt quod iam duobus annis elapsis uenit[4] ad hundredum et wapentachium et ostendit cartam factam eidem Clemencie de feofamento, set illa nullam aliam habuit inde seisinam nisi secundum quod predictum est. Et ideo consideratum quod Alexander recuperauit seisinam et Ricardus custodiatur. Et uicecomes per sacramentum proborum hominum diligenter inquirat que dampna idem Alexander

[1] Names of jurors omitted.
[2] Supply *Rex*.
[3] In 1222. Excerpt. Rot. Fin. vol. 1. p. 86.
[4] Seemingly Richard.

habuit postquam seisinam habuit de aliis terris et tenementis que fuerunt predicti Alexandri patris sui, et facta inquisicione illa habere[1] faciat predicto Alexandro de catallis ipsius Ricardi. Postea fecit finem etc.

Willelmus le Fauconer et Petrus de Leyrcestria homines Simonis de Monte Forti pro ipso Simone ueniunt et conqueruntur quod burgenses de Notingeham iniuste capiunt consuetudines de hominibus ipsius Simonis de Leircestria contra cartas Johannis Regis patris Dom. Regis et contra cartas[2] Dom. Regis qui nunc est et que confirmat[2] cartam Regis Johannis. Noting.

Et illi homines de Notingeham ueniunt et dicunt quod iuste capiunt consuetudines quia habent libertates illas per cartam Regis H. aui Dom. Regis que antenata est et per cartas Regum Ricardi et Johannis. Et quia predicti Willelmus et Petrus non sunt nisi nuncii nec habent potestatem ponendi se super inquisicionem sine domino suo ideo sine die.

Abbas de Oseneia dedit Dom. Regi j. palefridum per sic quod iudicium de loquela deducta coram iusticiariis apud Westmonasterium inter ipsum et heredes Galfridi Gibewini ueniat coram Dom. Rege et consilio suo et ibi fiat iudicium. Et recordum uenit postea per hec uerba. | Oxon.

Preceptum fuit uicecomiti quod uenire faceret xij. et Gilbertum de la Hide et alios nominatos in carta quam Johannes Abbas Oseneie profert contra Robertum[3] Briani et Robertum de Insula heredes Galfridi Gibewini ad recognoscendum super sacramentum suum si Galfridus Gibewinus tribus annis antequam obierat dedit terram suam de Merse Johanni quondam Abbati de Oseneia et ecclesie sue in puram et perpetuam elemosinam et inde cartam suam eidem Abbati et ecclesie sue fecit, et in quo statu fuit dictus Galfridus, quando donum illud de predicta terra eis fecit, et si idem Galfridus uenit in comitatum Bukingham et predictum Abbatem de predicta terra seisiuit per cartam suam ita quod ex tunc idem Abbas libere usus est seisina sua de [176 b.] Oxon.

[1] The word in MS. is more like [illegible].
[2] Sic.
[3] Supply *filium*

predicta terra sicut idem Abbas dicit, uel si Abbas de Oseneia predecessor ipsius Abbatis qui se transtulit ad ordinem fratrum minorum[1] qui sigillum predicti Galfridi penes se habuit ut dicitur cartam de predicta terra de sigillo predicti Galfridi sibi fecerit et se in terram illam posuerit ad exheredacionem predictorum Roberti Roberti etc. Et similiter preceptum fuit uicecomiti quod uenire faceret Walterum de Mortona et plures alios et infra[2] qui similiter sunt testes nominati in predicta carta ad recognoscendum etc. Et nullus testium uenit set iurata uenit, et quia iurata non potest procedere sine testibus ponitur in respectum usque ad talem diem etc. Et preceptum est uicecomiti quod habeat ad eundem terminum corpora predictorum testium. Idem dies datus est omnibus iuratoribus qui uenerunt, et uicecomes habeat corpora aliorum et apponat tot et tales etc.

Ad diem illum uenit iurata per Walterum de Mortona et plures alios nominatos in carta et per Robertum filium Alani et quamplures alios qui dicunt super sacramentum suum quod tribus annis ante mortem ipsius Galfridi fuit predictus Abbas de Oseneia in seisina de predicta terra, set melius credunt quod hoc fuit racione custodie quam habuit cum predicto Galfrido eo quod fuit perhendinans[3] in Abbacia sua quam in feodo. Et bene credunt quod diucius predictam terram in custodia cum predicto Galfrido habuit, ut illam facilius haberet postea de ipso Galfrido in feodo, set de carta nunquam audiuerunt loqui nisi die Cinerum anno uno elapso unde idem Galfridus obiit postea eodem anno ad festum S. Kenelmi[4], et tunc uenit quidam Ouidius cum duobus canonicis de Oseneia ad comitatum Bukingham dicens quod predictus Galfridus dedit predictam terram Abbati de Oseneia et peciit liberos homines testes nominatos in carta quod testimonium inde perhiberent et lecta fuit carta coram toto comitatu, et tunc Robertus de Insula uenit et apposuit

[1] John, Abbot of Oseney became a Franciscan in 1235. Ann. Osen. p. 82.

[2] This marks an omission of names.

[3] He was dwelling, passing his time.

[4] They never heard of the charter until Ash Wednesday last year, and Geoffrey died on July 17 in the same year.

clamium suum dicens quod predictus Galfridus non fuit compos sui quod aliquam cartam tunc facere potuit. Et per se requisiti testes si essent ad confectionem carte et si scirent quando Abbas positus fuit in seisina de predicta terra et feofatus cum predicta terra, et omnes preter tres dicunt quod numquam audiuerunt loqui de carta illa antequam lecta fuit ad comitatum, nec constabat eis utrum essent nominati in carta necne donec predictus Ouidius illos peciit ex parte predicti Galfridi quod testimonium inde perhiberent. Et Walterus de Mortona dicit quod tribus annis ante mortem Galfridi uenit idem Walterus apud Oseneiam ubi predictus Galfridus perhendinans fuit ante prandium, et Abbas ostendit ei cartam predictam, et cum carta duxit eundem Walterum coram predicto Galfrido qui tunc compos sui fuit et cognouit coram ipso quod fecerat eidem Abbati cartam predictam et diligentissime peciit ipsum quod testimonium inde ubicunque perhiberet et coram omnibus et quod ex parte sua rogaret omnes amicos ipsius Galfridi quod una cum eo testimonium inde perhiberent, quia donum illud ei fecit bona uoluntate sua et integra.

Et Petrus Oliuerus et Thomas le Clerc dicunt quod circa Pascha tribus annis elapsis ante mortem ipsius Galfridi fecit idem Galfridus predicto Abbati cartam predictam et sigillum suum quod secum tulerat eidem carte apposuit et illam inde roborauit in quodam postico[1] super truncum ubi sedebat ad hostium cuiusdam aule in Abbacia de Oseneia, et tunc fuerunt presentes et hoc uiderunt et ipse Galfridus peciit eos quod testimonium inde perhiberent. Et ipsi tres per se requisiti utrum per cartam predictam posuit eundem Abbatem in seisina de predicta terra dicunt quod de alia seisina nescierunt quam antea cum aliis iuratoribus in communi dixerunt. Et tam iuratores quam testes quesiti si predictus Ouidius qui una cum duobus canonicis[2] uenit ad comitatum Bukingham cum carta predicta sicut senescallus ipsius Galfridi[3], dicunt quod nesciunt, set melius credunt quod non fuit senescallus ipsius Galfridi quia fuit quidam heremita de

[1] A postern.
[2] *duobus* can', MS.

[3] Supply *fuit senescallus ipsius Galfridi.*

patria[1]. Et quesiti quomodo sciunt quod predictus Abbas non habuit seisinam de predicta terra nisi racione custodie sicut predictum est, dicunt quod hoc bene sciebant et bene patebat quia idem Galfridus feofauit quemdam Robertum de Ral' de situ cuiusdam molendini ad equos[2] de eadem terra ad festum S. Michaelis proximo preteritum in unum annum. Et quesiti in quo statu fuit idem Galfridus quando dictus Ouidius uenit ad comitatum Buckingham cum carta predicta et canonicis[3] predictis et quando lecta fuit dicunt quod non fuit compos sui[4].

Postea coram Dom. Rege apud Wygorniam ad festum S. [177.] Jacobi[5] presentibus Episcopis, Comitibus, Baronibus | et aliis magnatibus quia recognitum est per omnes testes et iuratores quod Abbas nichil habuit in feodo nec aliquam seisinam nisi racione custodie, et preterea quia testes nichil sciunt de carta exceptis tribus qui non concordant, et preterea quia idem Galfridus nunquam coram comitatu uel alibi comparuit ad faciend' eis seisinam nec pro eo balliuus suus notus sicut ipse Abbas dixerat, Consideratum est quod predicti heredes recuperent seisinam suam quiete in perpetuum de ipso Abbate et successoribus suis et carta cancelletur sicut falsa, et quod Abbas reddat eis per sacramentum legalium hominum omnes exitus quos inde percepit post mortem ipsius Galfridi, et sit in misericordia pro falsitate carte et pro iniusto deforciamento.

1190. Deuon. [6]Assisa uenit ultime presentacionis quam Johannes filius Galfridi aramiauit uersus Henricum de Franchesnei de ecclesia de Mortona summonita esset coram iusticiariis apud Westmonasterium et idem Henricus defaltam faceret et iusticiarii diem dedissent nimis diffusum intra quem deuolui potuit collacio ad episcopum per lapsum sex mensium[7] de consilio Dom. Regis prouisum fuit quod uicecomes diligenter inquireret qui fuerunt recognitores illius assise et illos uenire

[1] A hermit of the district.

[2] A horse-mill.

[3] *canibus*, MS.

[4] Here ends the record of the proceedings before the justices at Westminster.

[5] 25 July.

[6] The beginning of this entry needs some emendation, but the sense is plain.

[7] As to speedy procedure to prevent lapse, see Br. f. 247.

faceret sine occasione[1] apud Exoniam coram Hugone Peuerel et sociis suis iusticiariis ad hoc assignatis tali die ad faciend' rec'[2] illius assise sicut uenire debuerunt coram iusticiariis apud Westmonasterium ad idem faciend' tali die etc., et quod scire faceret predicto Henrico quod tunc esset ibi ad audiend' assisam illam in eodem statu quo aterminata fuit coram iusticiariis apud Westmonasterium ad predictum terminum, non obstante eo quod idem dies datus fuit ipsi Henrico per essoniatorem suum postquam defaltam faceret coram eisdem iusticiariis apud Westmonasterium. Et mandatum fuit quod ipsi iusticiarii procederent siue idem Henricus ueniret siue non propter lapsum predicti temporis. Et capta fuit assisa ad predictum terminum coram eisdem iusticiariis et ipsi miserunt recordum illud quod tale est.

Assisa uenit recognitura inter Johannem filium Galfridi querentem et Henricum de Franchenei deforciantem quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam de Mortona que uacat ut dicitur.

Et Johannes uenit et Henricus non uenit et capta fuit assisa. Juratores dicunt quod ecclesia de Mortona uacat et quod Galfridus filius Petri pater predicti Johannis presentauit tempore pacis ultimam personam ad ecclesiam de Mortona scilicet Henricum Flandrensem qui mortuus est. Et ideo coram Dom. Rege consideratum est quod Johannes recuperauit seisinam suam et Henricus sit in misericordia etc.

1. [3]Assisa uenit recognitura si Oliuerus Moyne et Walterus Clericus iniuste et sine iudicio disseisiuerunt Walterum de Cheuereuilla de libero tenemento suo in Kirkeherle post primam etc., et unde queritur quod disseisiuerunt eum de c. acr. terre dum fuit in quodam placito in comitatu Norfolkie et cepit redditus etc.

Et Oliuerus et Walterus ueniunt et dicunt quod nunquam inde seisinam habuit nisi ut balliuus ipsius Oliueri, et inde ponunt se super iuratam, nisi tantum de dim. caruc. terre.

Juratores dicunt quod predictus Oliuerus dedit terram

[1] Corr. dilacione (?).
[2] Probably recognicionem.
[3] No marginal venue. Kirk Harle is in Northumberland.

illam predicto Waltero et idem Walterus fuit inde in seisina et predictus Oliuerus ipsum inde disseisiuit et illam tenuit terram in manum suam per quatuor annos, et postea dedit inde unam carucatam terre predicto Waltero Clerico. Et ideo consideratum est quod Walterus recuperet seisinam suam et Oliuerus in misericordia. Et quia idem Oliuerus tenuit per tantum tempus terram illam in manum suam antequam daret illam carucatam predicto Waltero Clerico, consideratum est quod Walterus[1] non disseisiuit eum[2], et ideo Walterus[3] in misericordia pro falso clamore uersus eundem Walterum Clericum etc.

1192. Assisa uenit recognitura si Willelmus filius Godman et plures alii etc. et infra[4] iniuste etc. disseisiuerunt Willelmum de Hindele et Isobellam uxorem eius de communa pasture sue in Shukedena que pertinet ad liberum tenementum suum in Ellintona post primam etc. et unde dicunt quod frussiauerunt[5] circiter v. acras de pastura illa ita quod non possunt habere ingressum et egressum ad pasturam illam.

Et Willelmus de Hindele et Isobella ueniunt, et nullus aliorum uenit nisi tantum Robertus de Kersewella balliuus Ade de Pitona qui unus est eorum et infra[6] et respondet pro se et domino suo et aliis hominibus ipsius Ade, et dicit quod assisa non debet unde fieri quia ipse est in seisina de eadem pastura ad tot animalia quot habere debet per cartam per quam feofati sunt, et quatenus sufficit ad tenementum suum cum libero ingressu et egressu et inde ponit se super iuratam. Et Willelmus et Isabella similiter. Et quia testatum est quod breue tarde uenit et quod nulla facta fuit summonicio et iuratores dicunt quod nullum fecerunt uisum, assisa ponitur in respectum usque aduentum aliorum iusticiariorum. |

[177 b.]
1193. Assise capte apud Eboracum coram W. de Raleghe[7].

Assisa uenit recognitura si Adam de Keneuilla, Elyas de Bladeworthe, Ricardus filius Elye iniuste etc. disseisiuerunt

[1] Walter Clerk.
[2] Br. f. 172.
[3] Walter Chevervill.
[4] Names of other deforciants omitted.
[5] *frussiare*, to break up; Fr. *froisser*.
[6] An omission.
[7] This title in the margin seems to cover eight cases. The king held a great council at York, 14 Sept. 1237. (Mat. Par. vol. 3, p. 413.) Probably Raleigh was with him

Willelmum de Bladeworthe de libero tenemento suo in Bramwico[1] post primam etc., et unde dicit quod quidam uillanus tenuit de eo et ipse singulis[2] respondebat matri sui per manum suam de tercia parte seruicii ipsius uillani que assignata fuit ei in dote sua, et quando uillanus mortuus fuit uenit predictus Alanus[3] et alii et asportauerunt de tenemento quod uillanus tenuit tam duas partes bladi quam terciam partem quod fuit in tenemento illo.

Et predicti Adam et Elyas tantum ueniunt quia predictus Ricardus non fuit inuentus et dicunt quod reuera tercia pars seruicii uillani attornata fuit predicte matri ipsius Willelmi in omnibus et ipsa semper recepit seruicium suum per manum ipsius uillani sine aliquo modo[4], et quod uillanus ille tenuit terciam partem tenementi sui de ea, et quando uillanus mortuus fuit uenit ipse Willelmus et uoluit totum bladum asportare et hoc ei non permiserunt, quia noluerunt quod faceret iniuriam matri sue.

Juratores dicunt quod predictus uillanus reddidit per manum suam singulis annis terciam partem seruicii sui predicte matri ipsius Willelmi sicut de tercia parte tenementi sui quod accidit ad terciam partem suam quam tenuit nomine dotis, ita quod ipse Willelmus nichil reddidit per manum suam, et quando uillanus mortuus fuit uenerunt predicti Adam et alii et noluerunt quod idem Willelmus iniuriam faceret matri sue et retinuerunt ad opus matris ipsius Willelmi terciam partem bladi ipsius uillani tantum, nec eciam habuit terciam partem quia defecerunt ei ix. garbe. Et ideo consideratum est quod predicti Adam et alii inde quieti et Willelmus in misericordia.

Assisa uenit recognitura si Robertus de Veilly et plures alii iniuste etc. disseisiuerunt Thomam de S. Paulo de communa turbarie sue in Sekehale[5] que pertinet ad liberum tenementum suum in eadem uilla post primam etc.

Et Robertus et omnes alii ueniunt et dicunt quod tene-

[1] Seemingly Kirk Bramwith, north of Doncaster.
[2] Supply *annis*.
[3] Corr. *Adam*.
[4] Corr. *medio* (?). She received the service direct from the villein without the intermediation of anyone.
[5] Sykehouse and Owston, to the north of Doncaster.

mentum illud et solum non pertinet ad Sekehale immo pertinet ad Oustonam et ipse nullam communam habere debet nisi de suo dederit et non pertinet ad Sekehale immo ad Oustonam et semper potest capere aueria illorum de Sekehale sicut et aliorum etc.

Et Thomas uenit et dicit quod mora illa communis est inter uillas illas et homines illarum uillarum fodere possunt et communam habere in marisco illo et semper habuit seisinam suam donec ipsi eum inde disseisiuerunt et turbas asportauerunt.

Juratores dicunt quod mora illa ampla est et magna et nesciunt aliquas diuisas quantum pertinet ad unam uillam quantum ad aliam, set predictus Robertus habet quoddam dominium in mora illa quod nemo potest fodere in mora illa antequam idem Robertus habeat placiam suam nec potest aliquis plus capere ad uillam suam quam quantum necesse habet, et idem Robertus cepit placiam suam ad opus suum et opus hominum suorum quantum necesse habuerunt, et similiter Thomas ad opus suum et hominum suorum, et quilibet seruabit placiam suam et apponet seruientes suos ne quis fodiat in placia sua. Habet eciam predictus Robertus tale dominium ultra alios quod ipse debet esse superior et non permittere quod aliquis eorum alteri iniurietur in placia sua. Et reuera ipse Thomas fodit in placia ipsius Roberti quam cepit ad opus suum et hominum suorum, et cum commonitus ab eodem Roberto hoc emendare noluisset cepit beschiam suam et turbam[1]. Et ideo consideratum est quod Robertus non disseisiuit ipsum Thomam, et Thomas in misericordia etc.

1195. Assisa uenit recognitura si Stephanus de Puketorpe iniuste etc. disseisiuit Walterum Toche de libero tenemento suo in Puketorpe[2] post primam coronacionem etc.

Et Stephanus uenit et dicit quod non disseisiuit predictum Walterum quia reuera aliquando implacitauit predictum Walterum simul cum aliis de predicto tenemento unde queritur in comitatu, et ibi fecit predictus Walterus defaltam

[1] His spade (Fr. *bêche*) and his peat (Fr. *tourbe*).

[2] Pockthorpe in Norfolk.

et ipse tenementum illud recuperauit uersus eum per iudicium comitatus per defaltam suam.

Et Walterus uenit et dicit quod ipse nunquam fuit implacitatus de tenemento illo in comitatu, nec summonitus fuit, set reuera tradiderat terram illam fratri suo ad terminum unius anni et bene potest esse quod ipse inde implacitatus fuit et amisit per iudicium. Et quia cognoscit quod ita tradiderat illam ad firmam fratri suo et non potest de licere quin frater suus illam amitteret per defaltam et per iudicium comitatus, non iacet assisa ista, quia sine iudicio non fuit disseisitus, et ideo Stephanus inde sine die et Walterus in misericordia et perquirat sibi per breue de recto si uoluerit[1].

6. Assisa[2] uenit recognitura si Robertus de Fislake iniuste etc. leuauit quoddam fossatum in Wudehus ad nocumentum liberi tenementi Ade de Bladewrthe in eadem uilla post etc., et unde predictus Adam queritur quod predictus Robertus includi fecit quoddam pratum quod iacet prope terram suam et in quo communam herbagii habere debet post fena leuata et quod iacere debet ad pasturam quolibet tercio anno cum waracto et unde dicit quod illud fossatum est ad nocumentum suum et inde ponit se super iuratam. Et Robertus similiter.

Juratores dicunt quod predictus Adam semper communam habere solet in prato illo et in terra ipsius Roberti prope pratum illud post blada et fena asportata et quando terra illa iaceret wareetum tunc in utroque[3], et ipse Robertus includi fecit pratum | illud ita quod ipse Adam nullum ingressum [178] habere potest ad pasturam illam. Et ideo consideratum est quod fossatum prosternatur, et fiat sicut esse debet, et ita quod predictus Adam liberum habeat ingressum et egressum et Robertus in misericordia etc.

7. Assisa uenit recognitura si Robertus de Deuilla iniuste et sine iudicio disseisiuit Stephanum de Meduil de communa

[1] Bracton, f. 272, vouches this case to illustrate the plea of res iudicata.

[2] An assise of nuisance. Br. f. [illegible]. Fishlake is near Kirk Bramwith and Owston. Woodhouses there are many.

[3] Both in the meadow and in the arable (*terra*) when lying fallow.

pasture sue in Killeb*uri* que pertinet ad liberum tenementum suum in Turkeleby[1] post primam etc.

Et Robertus uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri quia perambulacio alias inter eos facta fuit de eadem communa de assensu parcium coram W. de Eboraco, ita quod per perambulacionem illam remansit cuilibet ipsorum pars sua per se sine communa quam idem Stephanus cum eo habuit et sine communa quam idem Robertus cum ipso Stephano habuit, et quod nunquam sibi aliquid occupauit de parte ipsius Stephani, et inde ponit se super iuratam.

Juratores dicunt quod reuera quedam perambulacio facta fuit inter terram ipsorum de consensu utriusque partis et per quam quedam particula terre unde contencio fuit inter eos remansit predicto Roberto, et quia predictus Stephanus immisit in terram illam aueria sua et pauit herbagium quod fuit in eadem terra cepit idem Robertus aueria ipsius Stephani. Et quesiti si quando perambulacio facta fuit data fuit idem Roberto terra illa sine aliqua communa quam idem Stephanus ibi habere debet uel non, dicunt quod dederunt terram illam predicto Roberto saluo iure et pastura cuiuslibet qui ibi prius communam pasture habuit, et dicunt quod semper ante perambulacionem illam communicauerunt homines de Turkelby cum hominibus de Kylleb*urnne* et e conuerso in tenemento illo de quo uisus factus est. Et dicunt quod predictus Robertus disseisiuit eum capiendo aueria sua. Et ideo consideratum est quod Stephanus recuperauit seisinam suam et Robertus in misericordia.

1198. Assisa uenit recognitura si Elias de Leiburne iniuste etc. disseisiuit Wymarum de Leiburne de communa pasture sue que pertinet ad liberum tenementum suum in eadem uilla[2] post etc.

Et Elyas uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri quia pastura illa fuit v. dominorum et ita conuenit inter dominos quod quisque faceret commodum suum de parte sua et per hanc conuencionem fecit excolere partem suam, et inde ponit se super iuratam.

[1] Kilburn and Thirkleby, not far from Thirsk.

[2] Leyburn, Yorkshire.

Juratores dicunt quod quidam boscus aliquando fuit communis ita quod v. participes fuerunt qui habuerunt boscum illum communem et postea de consensu ipsorum facta fuit particio inter eos quod quilibet haberet partem suam separabiliter, et concessum fuit quod quilibet posset assartare partem suam et blada excolere, salua tamen unicuique ipsorum communa herbagii post blada asportata, et plures assartauerunt partem suam, set boscus ille de quo queritur non tunc fuit assartatus, et quia iste ad quem iste boscus pertinet nunc assartauit quandam partem, tulit predictus Wymarus breue de noua disseisina. Set quia recognitum est quod boscus ita partitus fuit inter participes, consideratum est quod predictus Elias non disseisiuit eum, et ideo Elias sine die et Wymarus in misericordia. Et bene licebit unicuique participi assartare boscum suum, salua cuilibet ipsorum communa pasture sue post blada et fena asportata.

9. Assisa uenit recognitura si Willelmus de Ros et Willelmus de Bildesdale iniuste etc. disseisiuerunt Willelmum de Bartona et Emmam uxorem eius de libero tenemento suo in Oswaldeskyrk[1] post etc. et unde queritur quod disseisiuerunt eum de una acra prati.

Et Willelmus et Willelmus ueniunt et dicunt quod nullam fecerunt disseisinam nec aliquid clamant in prato illo, set uerum uolunt dicere. Quidam Petrus de Brus uenit hospitaturus ad domum suam[2], et quia habuit defaltam feni uenit ibi seruiens suus et uoluit emere unum mullonem[3] propter necessitatem illam et non fuit aliquis qui uoluit ei uendere et ipse cepit fenum illud propter necessitatem illam et quando hoc sciuit optulit recompensacionem in feno et in aliis et ipse hoc recusauit.

Et Willelmus de Bartona et Emma uxor eius ueniunt et dicunt quod disseisiuit eos de eodem prato et hoc bene patet quando[4] ballinus ipsius Willelmi de Ros quando fenum illud asportauit dixit quod pratum illud et solum fuit domini sui et inde habuit bonas cartas ut dicebat, et quando hoc ostendit

[1] Oswaldkirk, Yorkshire.
[2] This seems the plea of William de Ros, whose servant the other William is.
[3] *Mullo, mullio*, a hayrick or haycock.
[4] Corr. *quia* (?).

predicto Willelmo[1] ipse hoc emendare noluit, nec unquam optulit ei[2] ad ualenciam in denariis nec alio modo.

Juratores dicunt quod reuera ad instanciam cuiusdam hominis de eadem uilla cui idem Willelmus debuit quemdam redditum de eodem prato primo fecit arestari fenum illud[3], et quia timebat quod idem Willelmus[4] uoluit illud asportare per uim deportari fecit illud in curiam domini sui, set nesciunt si idem Willelmus de Bartona nunquam accederet ad ipsum Willelmum de Ros ut hoc ei emendaret, set bene sciunt quod idem Willelmus de Ros optulit ei emendas et ipse eas recusauit. Et ideo consideratum est quod Willelmus de Ros inde sit quietus[5] et Willelmus de Bideshale in misericordia et Willelmus de Bartona in misericordia pro falso clamore etc.[6] |

[178 b.] 1200. Assisa uenit recognitura si Elyas de Begeleby iniuste etc. disseisiuit Thomam personam ecclesie de Speingtorpe de libero tenemento suo in Belhegeby[7] post etc. unde queritur quod disseisiuit eum de iij. acr. terre et dim. acr. prati et uno mesagio.

Et super hoc uenit predictus Elias et dicit quod dictus Thomas implacitat eum in curia cristianitatis de laico feodo etc. Et Thomas dicit quod non implacitat eum et bene defendit quod de nullo feodo implacitat eum set de decimis et iniuriis et inuenit plegios quod de laico feodo non implacitabit eum in curia cristianitatis.

Et Elias uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri quia quedam composicio facta fuit inter ipsum et Archidiaconum Bathonie quondam personam eiusdem ecclesie quod idem Elyas concessit ei predictam terram pratum et mesagium per sic quod posset habere quemdam capellanum propriis sumptibus qui diuina celebraret in curia ipsius Elie, et ipsa persona quando ipse Elias presentat ei capellanum suum, ipsum non uult admittere nec uult permittere eum habere

[1] William de Ros.
[2] William of Barton.
[3] William of Bidesdale, the lord's servant, seized the hay of William of Barton, because of a debt alleged to be due from the latter to one of the neighbours.
[4] William of Barton.
[5] See Br. f. 172 b.
[6] William of Barton has been wrong in suing William de Ros.
[7] Spennithorne and Bellerby, Yorkshire, south of Richmond.

aliquem capellanum nec cantariam suam, et quia ita conuenit quod nisi ipse et successores sui ratam haberent eandem composicionem quod predicta terra reuerti deberet ad ipsum et heredes suos et quod terram illam pratum et mesuagium possit retinere in usus proprios et[1] ita retinuit terram illam pratum et mesagium propter quod dicit quod non disseisiuit eum etc.

Et Thomas uenit et dicit quod non impedit eum quin possit habere capellanum suum et inde ponit se super iuratam, et Elias etc.

Juratores dicunt quod predictus Thomas noluit aliquem capellanum admittere nec eciam permittere quod haberet cantariam et ideo retinuit predictus Elias predictam terram pratum et mesagium. Et ideo consideratum est quod Elias inde sine die et Thomas in misericordia, et si Thomas uelit habere terram illam permittat ipsum Eliam habere cantariam suam[2].

Johannes Dacus attachiatus fuit ad respondendum Matillidi de Bray quare fecit uastum uendicionem et exilium de hominibus, domibus, uiuariis et molendinis que habet in custodia de hereditate ipsius Matillidis in Upfordia, et unde queritur quod idem Johannes prosterni fecit et asportari unam grangiam nouam de xij. postis et duo granaria et j. molendinum ad uentum nouum et unum solarium ad capud aule presterni fecit et asportari gistas et planchias[3] et porticum aule et pressorium[4] et warderobas de camera tegulata hostia et fenestras et mensas et cetera utensilia domus et seruarium[5] fregit et pisces inde asportauit, unde deteriorata est et dampnum habet ad ualenciam c. marcarum et inde producit sectam. Hunt.

Et Johannes uenit et defendit uastum uendicionem et exilium et dicit quod si quid inde asportauit, hoc fuit de terra sua propria et non de hereditate ipsius Matillidis quia terra illa est eschaeta sua eo quod Radulfus de Bray non tenuit terram illam nisi ad uitam suam.

[1] Om. *et.*

[2] As to conditional gifts, see Br. f. 17, 18 b.

[3] Joists and planks.

[4] A clothes-press.

[5] A storepond, a stew.

Et Matillis uenit et dicit quod terra illa est hereditas sua et quod Radulfus de Bray pater suus obiit inde seisitus et idem Radulfus fecit homagium Willelmo patri ipsius Johannis et cartam suam habuit et inde factum fuit cyrographum in curia Dom. Regis inter eosdem Radulfum et Willelmum, que quidem instrumenta habebit ad diem et terminum. Et ideo datus est dies eis tali die etc. coram Dom. Rege ut tunc proferantur instrumenta, et mandatum est Abbati de Lauendena[1] penes quem sunt deposita quod illa tunc uenire faciat. Idem dies datus est Johanni in banco. Et preceptum est uicecomiti quod in primo aduentu Dom. Regis apud Huntingdonam uenire faciat xij. tam milites quam alios liberos et legales homines etc. de uisneto de Uppefordia etc. per quos etc. ad recognoscendum super sacramentum suum quod uastum et exilium idem Johannes fecit in predicta terra, et se ita interim inde certificent etc. in presencia uicecomitis etc.[2]

1202. Linc. Assisa noue disseisine quam Walterus filius Thome aramiauit uersus Galfridum de Swalecliue sine die quia testatum est quod idem Thomas[3] mortuus est etc.

1203. [4]Assisa uenit recognitura si Simon filius Gwidonis iniuste etc. disseisiuit Beatriciam filiam Emme de libero tenemento suo in Turleby[5] post etc. et unde queritur quod disseisiuit eam de medietate vij. sellionum quia asportauit inuestituram[6].

Et Simon uenit et dicit quod non disseisiuit eam quia reuera quidam uillanus domini sui[7] uendidit tenementum illud predicte Beatricie quod quidem fuit uillenagium sui domini[8], uenit ipse et asportauit bladum sicut de uillenagio domini sui usque in curiam suam. Et quia dominus suus

[1] Lavenden, Bucks. Deeds were often deposited in some monastery for safe custody.

[2] Bracton, f. 317, cites from A. R. 20 a Lincolnshire case between the persons who are parties to this case, to prove that a guardian committing waste shall forfeit the guardianship, be amerced and pay damages. He also, f. 285, cites what seems to be this case, but without mentioning any year.

[3] Corr. *Walterus* (?).

[4] Bracton cites this case, f. 31 b. It is Fitz. *Assise*, 132; but the year there cited is A. R. 20.

[5] Thurlby, Lincoln.

[6] The vesture of the land, the herbage.

[7] Throughout *dominus suus* means Simon's lord.

[8] Supply *et ideo* (?).

non potuit eam eicere nisi per legem terre per breue de ingressu et[1] ideo consideratum est quod Beatricia recuperauit seisinam suam et Simon in misericordia, et dominus suus perquirat sibi per breue de ingressu si uoluerit etc. et inuen' pleg' etc.

4. Assisa uenit recognitura si Robertus capellanus de Owresby iniuste etc. disseisiuit Elenam de Crosholmia de libero tenemento suo in Nortona[2] post etc. Et Robertus non uenit nec fuit inuentus et ideo capiatur assisa per defaltam etc.

Juratores dicunt quod disseisiuit eam quia falcare fecit *Robertus*[3] in terra ipsius Elene et asportare[4]. Et ideo consideratum est quod Elena recuperauit seisinam suam et Robertus in misericordia etc. |

5. Assisa uenit recognitura si Grecia de Insula et plures alii et infra[5] iniuste etc. disseisiuerunt Johannem de Essexia de libero tenemento suo in Grimesby post etc., et unde queritur quod disseisiuerunt eum de xxx. sol. redditus quem habuit ex concessione Briani de Insula quondam domini sui, ita quod per balliuos positus fuit in seisinam, et fecit attornatum de prosequendo pro eo. [179.]

Et super hoc uenit[6] Maior et Balliui de Grimesby[7] quod tenementum illud est in Grimesby et talem libertatem habent per cartam[8] Regis Johannis quod non debent placitare extra uillam suam de aliquo placito nisi de tenuris exterioribus, et inde cartam suam profert[9] que hoc testatur.

Et Grecia et Robertus et Willelmus ueniunt et alii non ueniunt quia non fuerunt inuenti. Et Grecia dicit quod Johannes non fuit inde in seisina quia tenementum illud suum fuit et est, quia Brianus de Insula quondam uir suus et ipsa implacitauerunt quemdam ualletum in Grimesby de eodem tenemento, et in tantum processum fuit quod idem ualletus recognouit tenementum illud esse ius ipsorum Briani

[1] Om. et.
[2] Perhaps Bishop's Norton near [illegible], Lincoln.
[3] *Rot* or *Rus*, MS.
[4] Fo. 161 b.
[5] Names of other deforciants omitted. Robert and William named below are two of them.
[6] Sic.
[7] Supply *et dicunt*.
[8] Dated 11 March 1201. Rot. Cart. p. 91.
[9] Sic.

et Grecie et in presencia ipsius et eo non reclamante et ipse uir suus et ipsa ita fuerunt in seisina et ipsa post mortem uiri sui recepit redditum de termino primo scilicet de termino S. Michaelis et Natalis et ita quod idem Johannes nullam seisinam habuit, et dicit quod quando ipsa cepit fidelitates tenencium post mortem uiri sui et idem Johannes presens fuit et hoc concessit etc.

Et Johannes dicit quod ita fuit seisitus sicut predictum est. Et quesitus quando seisinam habuit dicit quod ad festum S. Martini post mortem ipsius Briani, set dicit quod nichil recepit de redditu illo nisi quod cepit fidelitates hominum.

Et quia ipsa fuit in seisina post mortem uiri sui ita quod recepit redditum primi termini, et antequam idem Johannes aliquam cepit fidelitatem de hominibus, et postea de altero termino, consideratum est quod predictus Johannes nichil capit per assisam et sit in misericordia pro falso clamore, et Grecia inde sine die. Et sciendum quod placitum procedit coram iusticiariis salua libertate de Grimesby etc.[1]

1206. Linc. Assisa uenit recognitura si Robertus de Gloucewrthe iniuste etc. disseisiuit Johannem filium Alexandri de libero tenemento suo in suburbio Lincolnie post etc. Et Robertus uenit et nichil potest dicere quare assisa remanere debeat quia idem Johannes est infra etatem, et ideo procedat assisa etc.

Juratores dicunt quod predictus Alexander in uita sua dimisit mesagium illud predicto Roberto ad terminum ita quod ita fuit in seisina ad terminum, et quando ipse Alexander fuit infirmatus apud Tikehillam dicunt quod legauit predicto Johanni[2] mesagium illud, set quando conualuit recepit redditum de predicto mesagio prouenientem sicut prius fecerat ante infirmitatem suam et usque ad mortem suam, et ita obiit in seisina. Et quesiti si idem Alexander unquam dedit mesagium illud eidem Roberto in feodo et

[1] This seems to be Fitz. *Assize*, 433, where it is said that seisin of fealty is not seisin of a rent. But the year cited is A. R. 20. Also it seems to be Fitz. *Discontinuance*, pl. 52.

[2] Corr. *Roberto*. It will be seen below that Robert relied both on a feoffment and a devise.

per cartam suam secundum quod idem Robertus dicit dicunt quod nichil sciunt nec aliqua carta inde ostensa fuit nisi per dimidium annum post mortem ipsius Alexandri. Postea uenit Robertus et dicit quod mesagium illud ei legatum fuit et non tenet se ad feofamentum nec ad cartam. Et quia idem Robertus tenet se ad legatum et non ad cartam, et quia postquam idem Alexander testamentum suum fecit idem Robertus remansit firmarius sicut prius et de anno in annum[1], consideratum est quod Johannes recuperauit seisinam suam et Robertus in misericordia, et si crediderit se ius habere, perquirat sibi si uoluerit etc.[2]

7. Assisa uenit recognitura si Alexander de Pointona Alexander filius Willelmi filii Gippe et Willelmus le Seriant iniuste etc. disseisiuerunt Johannem filium Albani de libero tenemento suo in Sutwico post etc., et unde queritur quod pauit blada sua et asportauit etc. Et Alexander uenit et dicit quod non disseisiuit eum, quia reuera Thomas de Pinzebek de eo tenet feodum illud de quo idem Johannes tenet tenementum illud et ipse uoluit facere districcionem super feodum suum pro arreragiis et pro forinseco seruicio, et ipse fecit arestare blada sua super tenementum illud absque eo quod aliquid inde amouit, et ipse nesciuit ubi faceret districcionem nisi super feodum suum etc.

Et Johannes dicit quod reuera ipse tenet tenementum illud de predicto Thoma per xij. denarios per annum pro omni seruicio, et idem Thomas debet eum defendere contra omnes homines per predictum seruicium et ipse Thomas habet capitale mesagium et aliud tenementum ubi predictus Alexander potest facere districcionem et solet pro seruicio suo, et ipse Alexander super hoc uenit et non permittit eum metere blada sua immo capit facillas[3] suas et tenet contra uadium et plegium et eciam non permittit eum intrare in tenementum illud set ei minatur et pascit blada sua aueriis suis.

Juratores dicunt quod quando Johannes uoluit excolere

[1] *in annum* repeated.

[2] There may be a custom sanctioning devise; but Robert has disseised John, and that is enough for the present case.

[3] *facilla*, Fr. *faucille*, a sickle.

terram illam uenit predictus Alexander et cepit carucam suam set illam ei dimisit per pleuinam per sic quod ueniret in curiam suam et faceret quod ei de iure facere deberet. [179 b.] Et ipse postea | noluit in curiam suam uenire et ideo cepit facillas suas in autumpno quando noluit blada metere, set ipse nichilominus messuit blada et partem asportauit, et Alexander non permisit ipsum partem asportare set arestauit ita quod aueria pauerunt blada illa et consumpserunt, set nichil sciunt si predictus Alexander et antecessores sui solebant facere districcionem super tenementum illud uel non. Et dicunt quod nichil sciunt si predictus Johannes debet aut solet facere forinsecum seruicium pro eodem tenemento uel non. Et dicunt quod idem Johannes habuit alia aueria ad faciend' districcionem quam bladum. Et dicunt quod idem Alexander optulit eidem Johanni ad seruandum bladum illud et ipse noluit illud recipere. Et quia idem Johannes asportauit partem bladi de tenemento unde uisus factus est, consideratum est quod sit in misericordia pro falso clamore. Et quia idem Alexander arestauit bladum illud ita quod aueria illud pauerunt et consumpserunt desicut idem Johannes alia aueria habuit ad faciendum districcionem quam blada[1] consideratum est quod Alexander disseisiuit eum et sit in misericordia etc.

1208. Assisa uenit recognitura si Rogerus de Coleuilla iniuste et sine iudicio disseisiuit Thomam Crespin de communa pasture sue in Biham que pertinet ad liberum tenementum suum in eadem uilla etc.

Et Rogerus non uenit set Robertus balliuus suus uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri quia non debet ibi habere communam nisi ad boues de caruca sua propria et non ad aueria sua ociosa[2], et quia non potuit ponere in pasturam illam aueria sua ociosa simul cum bobus suis, noluit boues suos ibi ponere.

Et Thomas dicit quod debet communam suam habere ad boues suos et ad alia aueria sua ociosa per cartam quam inde habet ex concessione Willelmi de Coleuilla, et unde

[1] Observe that crops enjoy a qualified privilege. See as to all this Br. f. 217.

[2] Beasts which do no work.

dicit quod idem Rogerus claudi fecit ianuam suam ita quod aueria sua non potuerunt ingressum habere in pasturam illam etc.

Juratores dicunt quod predictus Thomas habere debet in parco ipsius Rogeri pasturam ad boues suos scilicet ad sex boues et duos equos et reuera ipse fuit in seisina ita quod posuit aliquando quatuor boues et duas uaccas et quando ipse noluit immittere plura aueria non fuit ei permissum et ideo retraxit se de omnibus aueriis suis, et dicunt quod post cartam factam inter ipsum et predictum Rogerum non credunt quod plura haberet in uilla illa quam predicta, et si plura haberet forte illa immisisset. Et quia non habuit plura post confectionem carte illius et posset plura immittere si haberet, et quia ibi habuit tot aueria quot habuit donec fuit inde disseisitus, consideratum est quod habeat[1] et *satis* retinuit seisinam suam per aueria illa et quod ipse recuperauit seisinam suam ad dominica aueria sua quantum pertinet ad tenementum suum in eadem uilla tam ad ociosa quam ad alia, et Rogerus in misericordia, et Thomas similiter in misericordia pro falso clamore uersus ipsum Rogerum quia questus fuit quod disseisitus fuit de pastura ad boues et non fuit disseisitus inde nisi per semetipsum etc.

9. Preceptum fuit uicecomiti quod scire faceret Simoni de Roppelegha et sociis suis iusticiariis assignatis per preceptum Dom. Regis ad assisas noue disseisine capiendas quas Lambertus filius Lamberti aramiauit coram ipsis per preceptum Dom. Regis uersus Joelanum de Bradehus, Henricum le Moyne, Henricum de Hautona, Rogerum de Hardes, et Gilibertum le Bedel de tenemento in Spaudling' et Pincebek quod omni occasione et dilacione remotis haberent coram Dom. Rege recordum assisarum illarum apud Lincolniam, et quod haberet recognitores ad certificandum Dom. Regem de sacramento suo, et quod scire faceret predictis Henrico et aliis quod tunc essent ibi ad audiendum predictam certificacionem. Linc.

Et Simon et alii iusticiarii ueniunt et Lambertus et

[1] Corr. *habuit*. He turned in all the beasts he had, and this was sufficient seisin of the right that he claims.

Joelanus et omnes alii preter Henricum le Moyne qui infirmus est ueniunt et dicunt pro eodem Henrico quod cum assisa illa aramiata esset uersus predictum Henricum et ipse responderet quod assisa non debuit inde fieri quia nichil clamauit de tenemento illo nisi ad terminum de predicto Joellano et idem Joellanus presens esset et aduocaret tenementum illud et quod predictus Henricus per eum fuit in tenemento illo et quod tenementum suum fuit sicut illud quod ei descendit de quodam Lamberto auunculo suo hereditarie hoc ei non potuit allocari.

Et predictus Joellanus similiter questus fuit quod iuratores male iurauerunt quia dixerunt quod ipse iniuste disseisiuit predictum Lambertum desicut predictus Lambertus auunculus suus cuius heres ipse est[1] obiit seisitus de tenemento illo et ipse poneret se in tenementum illud sicut in hereditatem suam, et dicit quod ita obiit seisitus quod legauit blada et utensilia et eciam fima.

Et Lambertus filius Lamberti qui tulit assisas illas dicit quod predictus Lambertus pater suus ei dedit tenementum illud vij. annis ante mortem suam et inde fuit in seisina tempore Lamberti patris sui et in uita sua et die quo obiit donec per predictos et Joellanum et alios fuit inde disseisitus.

Et iuratores quesiti si predictus Lambertus obiit ita seisitus quod legauit blada utensilia et fima, dicunt quod nichil sciunt set cognoscunt quod obiit in tenemento illo sicut hospes et de gracia predicti Lamberti filii sui et bene sciunt quod predictus Lambertus ei dedit terram illam et tenementum vij. annis ante mortem suam et ita fuit[2] in uita sua donec per predictos Henricum et Joellanum et alios disseisitus fuit et secundum quod in recordo[3] plenius continetur. |

[illegible] Postea dicunt quod predictus Lambertus dedit tenementum illud predicto Lamberto filio suo et dimisit se de

[1] Lambert plaintiff in the assizes must have been a bastard.

[2] Supply *seisitus* (?). Lambert the younger was seised in his father's lifetime.

[3] The record of the assize as originally taken.

tenemento illo set statim reposuit se in seisinam suam et terram illam excoluit propria caruca sua et disposuit de bladis pro uoluntate sua et ita obiit in seisina, set nesciunt in ueritate si condidit testamentum suum de bladis in extremis uel non, set bene credunt quod sic, et bene dicunt quod idem Lambertus filius nunquam inde fecit homagium suum capitalibus dominis[1]. Et ideo consideratum est quod ipsi prius male iurauerunt, et quod predictus Joellanus et alii rehabeant seisinam suam, et Lambertus in misericordia, et iuratores custodiantur scilicet tales etc.[2]

Et iuratores qui iurauerunt de mesagio[3] dicunt quod predictus Lambertus dedit mesagium illud predicto Lamberto per ix. septimanas ante mortem suam, set ipse remansit in seisina et inde fuit in seisina die quo obiit, set quando corpus suum fuit asportatum de domo[4] uenerunt predicti Joellanus et alii et posuerunt se in domum illam. Et quesiti si ipse Lambertus pater nunquam esset extra seisinam quamdiu uixit, dicunt quod nesciunt, nec umquam se dimisit nec illum in seisinam posuit. Et Lambertus quesitus si umquam in uita patris sui fecit homagium de mesagio capitalibus dominis, dicit quod sic. Et Prior de Spaudling' capitalis dominus presens quesitus si caperet homagium suum, dicit quod nunquam, set aliquando portauit ei redditum pro patre suo sicut ballinus patris sui vij. annis ante mortem suam, et hoc bene patet, quia ipse paulo ante mortem ipsius Lamberti implacitauit eum per breue de recto et tunc per concordiam remansit illud tenementum eidem Lamberto patri, et ipse accreuit redditum illum de j. marca.

Et quia iuratores dicunt quod predictus Lambertus pater nunquam fuit extra seisinam set in seisina obiit, nec unquam se dimisit in curia, nec idem Lambertus filius homagium fecit capitali domino, ideo consideratum est quod male iurauerunt, quia prius dixerunt quod predictus filius fuit in seisina, et ideo consideratum est quod predictus Joellanus

[1] As to sham feoffments of this kind, see Br. f. 42.

[2] On this follows, *Et iuratores uenerunt et predictus Lambertus*; then a half line is left blank. Seemingly a false start.

[3] There have been two assizes about two different tenements.

[4] Until which time the dead man possessed corpore solo. Br. f. 41 b.

recuperauit seisinam de mesagio et Lambertus in misericordia, et iuratores custodiantur.

1210. Assisa uenit recognitura si Thomas de Sumerdeby et plures alii disseisiuerunt Rogerum Gladewine de libero tenemento suo in Spitelgate post etc. et unde queritur quod disseisiuerunt eum de ij. acr. et dim. et uno tofto.

Et Thomas et alii ueniunt et dicunt quod idem Rogerus uillanus est et tenementum unde uisus factus est est uillenagium, et inde ponunt se super iuratam. Et Rogerus dicit quod liber est et tenementum illud liberum est et quod antecessores sui liberi fuerunt et libere tenuerunt et inde ponit se super iuratam.

Juratores dicunt quod predictus Rogerus tenet tenementum suum in eadem uilla per duos solidos per annum et per duas operaciones in autumpno ad cibum domini sui et dabit duas gallinas ad Natale et manducabit cum domino suo. Et quesiti si ipse uel aliquis antecessorum suorum dedisset merchetum pro filia sua maritanda, dicunt quod non. Quesiti si umquam talliatus esset, dicunt quod non. Et predictus Thomas quesitus si alii de feodo suo faciunt alia seruicia uillana, dicit quod omnimoda seruicia uillani[1] faciunt alii. Et quia nullum seruicium facit nisi predictos denarios et seruicia nominata nec dat merchetum pro filia nec talliatus est, et[2] ideo consideratum est quod tenuit libere et quod recuperauit seisinam suam et Thomas et alii in misericordia[3].

1211. Linc. Willelmus de Beningworthe summonitus fuit ad respondendum quare non acquietat Priorem de Ormesby[4] de consuetudinibus et seruiciis que Philippus de Kyme exigit ab eo de tenemento quod idem Prior tenet de predicto Willelmo in Freskena per cartam Giliberti de Benigwrthe patris ipsius Willelmi cuius heres ipse est, et unde consideratum fuit in curia Dom. Regis coram iusticiariis itinerantibus apud Lincolniam quod idem Willelmus deberet warentizare acquietare et defendere predictum Priorem, et unde idem Hugo[5]

[1] Sic.
[2] Om. *et*.
[3] [...]is decides that the tenure is freehold.
[4] Monast. vol. 6, p. 963.
[5] Corr. *Prior*.

queritur quod predictus Willelmus eum non acquietat ita quod pro defectu ipsius Willelmi distringitur etc., et unde queritur quod iam v. annis elapsis non acquietauit eum de seutagiis que uenerunt etc., et unde dampnum habet ad ualenciam x. librarum.

Et Willelmus per attornatum suum uenit et cognoscit quod debet eum acquietare et defendere et warentizare uersus omnes et quod ita consideratum fuit in curia Dom. Regis coram iusticiariis itinerantibus apud Lincolniam, set cognoscit quod predictus Philippus distringit ipsum Priorem pro quodam auxilio quod Comes de Ferrariis exigit ab eodem Philippo set iniuste, quia ipse Willelmus nec Prior nichil tenent de eodem Philippo quod sit de feodo ipsius Comitis. Et quia cognoscit quod eum debet acquietare et cognoscit quod idem Prior distringitur pro defectu suo siue iuste siue iniuste, consideratum est quod eum de cetero acquietet et sit in misericordia eo quod non acquietauit eum. |

2. Preceptum fuit uicecomiti quod uenire faceret coram Dom. Rege recognitores assise noue disseisine que capta fuit coram Herberto de Aleneun et sociis suis iusticiariis ad hoc assignatis inter Ricardum le Butiller et Matillidem uxorem eius querentes et Egidium de Weeheham de tenemento in Sheftling' ad certificandum Dom. Regem de sacramento quod inde fecerunt et unde ipsi Ricardus et Matillis dixerunt quod ipsi iuratores minus discrete responderunt. Et Gilibertus de Coleuilla et alii recognitores ueniunt et dicunt quod predicti Ricardus et Matillis non fuerunt disseisiti iniuste et sine iudicio de tenemento illo scilicet de quodam mesagio capitali de Sheftling' et unde ipsi questi fuerunt quod eiecti fuerunt inde ui et armis, set sponte inde exierunt per quamdam conuencionem inter eos factam per quoddam scriptum quod ipse Egidius profert et quod ipsi Ricardus et Matillis non potuerunt dedicere et quod factum fuit antequam inde exiuerunt. Et ideo consideratum est quod Egidius teneat seisinam suam et Ricardus in misericordia, et teneatur conuencio inter eos in omnibus secundum purportum cyrographi inter eos facti, et si idem Egidius aliquid retinuerit de rebus et catallis ipsorum Ricardi et [180 b.] Suff.

Matillidis illud eis statim reddat, et si aliquid sit factum contra conuencionem uastum uel aliud postquam inter eos conuenit hoc emendetur etc.

1213. Noting.[1] J. Comes Cestrie et Huntingdone summonitus fuit ad respondendum Hugoni de Albyniaco, W. Comiti de Ferrariis et Agneti uxori eius et Hawisie Comitisse Lincolnie quare deforciat eis racionabilem partem suam que eos contingit de hereditate Rannulfi quondam Comitis Cestrie et unde ipse obiit seisitus in comitatu Cestrie computata[2] tamen eisdem Hugoni, Willelmo, Agneti et Hawisie parte sua racionabili de terra quam nunc tenent alibi de hereditate eadem. Et Comes alias respondit quod noluit ad hoc breue[3] nisi curia considerauerit et sine consideracione parium suorum per summonicionem factam in comitatu Norhamptone et terris et ten' Com' Cestr'[4] ubi breuia Dom. Regis non currunt. Et quia ita usitatum est hucusque quod pares sui et alii qui libertates habent consimiles sicut Episcopus Dunholmensis et Comes Marescallus respondent de terris et tenementis infra libertates suas per summoniciones factas ad terras suas et tenementa extra libertates suas, ideo consideratum est quod respondeat. Et Comes dicit quod non uidetur ei quod debeat ad hoc breue respondere sine Comitissa Lincolnie que est particeps predictorum Hugonis, Willelmi et Agnetis et sine qua ipsi non debent audiri cum sint quasi unus heres. Et quia Comitissa summonita fuit et ita quod habuit diem in curia postquam comparuit per summonicionem, consideratum est quod alii non impediantur de parte sua quamuis Comitissa sequi noluerit. Et ideo procedat placitum de aliis et Com'[5] in misericordia.

Postea uenit Comes et dicit quod non uidetur ei quod debeat coram Dom. Rege respondere cum placitum illud sit commune, et hoc est manifeste contra libertates concessas et contra cartam Dom. Regis quod communia placita se-

[1] Corr. *Norht.* For more of this matter see Case 1127 and MS. f. 183 b, 191 b.

[2] The claimants are ready to bring into hotchpot the lands that they hold.

[3] Supply *respondere*.

[4] Corr. *de terris et tenementis in comitatu Cestrie*. The Earl has been summoned in another county to answer concerning lands in his palatinate.

[5] Probably *Comes*.

quantur Dom. Regem et quod aliqui summoneantur coram Dom. Rege de communi placito et ad locum incertum[1]. Et Hugo per attornatum suum et alii dicunt quod hoc non debet eis nocere quia placitum istud est inceptum coram Dom. Rege et ipse Comes coram Dom. Rege alias in hoc placito respondit sine hoc quod istud obiceret, et quamuis communia placita prohibeantur quod non sequantur Dom. Regem, non sequitur propter hoc quin aliqua placita singularia sequantur ipsum Dom. Regem, et petunt iudicium. Dies datus est eis talis etc. coram Dom. Rege ut tunc tractetur de pace inter eos et si tunc inter eos non conuenerit, procedat loquela inter eos in eodem statu in quo nunc est etc.[2]

Willelmus de Ferrariis petit uersus Johannem[3] filium Galfridi quod faciat ei consuetudines et recta seruicia que ei facere debet de libero tenemento suo quod de eo tenet in Pery et unde dicit quod cum debeat ei de tenemento illo seruicium tercie partis unius militis non uult ei facere nisi quartam partem, et preterea cum debeat facere racionabilem sectam de eodem tenemento ad curiam suam pro afforciamento curie et pro uisu franci plegii ipse sectam illam ei facere contradicit, et ita quod non est factus uisus franci plegii nec in curia sua nec eciam per uicecomitem, et unde deterioratus est ad ualenciam j. marce et ad ualenciam xx. sol. pro detencione scutagiorum, et unde dicit quod fuit inde in seisina et loquitur de seisina sua propria. North

Et Johannes uenit et cognoscit quod debet seruicium tercie partis unius militis et libenter ei faciet. De secta uero ad curiam et de uisu franci plegii dicit quod nullam sectam ei debet quia reuera W. Comes de Ferrariis pater ipsius Willelmi dedit tenementum illud cuidam Radulfo filio Stephani in escambium cuiusdam terre in Stanfordia que libera fuit et nullam sectam debuit nec uisum franci plegii

[1] The words of the Charter are: Communia placita non sequantur curiam nostram set teneantur in aliquo certo loco. Statutes of the Realm, vol. 1, p. 10.

[2] John Earl of Chester died in 1237, so judgment may never have been given. Mat. Par. vol. 3, p. 394. This case is Fitz. *Brefe*, 881.

[3] *uersus Johannem de Johannem*, MS.

et tenementum illud ei datum fuit adeo libere in Pery sicut terra de Staufordia data fuit quam dedit in escambium, et bene defendit quod idem Willelmus nunquam fuit inde in seisina. Et quod nunquam fuit in seisina postquam de tenemento illo feofatus fuit ponit se super patriam. |

[181.] Et Willelmus uenit et dicit quod fuit in seisina et de seruicio et de secta et uisu franci plegii similiter et inde ponit se super patriam. Et ideo preceptum est uicecomiti quod coram eo et coram custodibus placitorum corone uenire faciat xij. qui nullam partem attingant et per eorum sacramentum diligenter inquirat si predictus Johannes uel homines sui aliquam sectam fecerunt de tenemento ipsius Johannis de Pery et sequi solent postquam idem Willelmus feofatus fuit de terra de Pery ad uisum franci plegii in predicta curia uel non, quia tam idem Willelmus quam idem Johannes etc. et ueniat tali die etc. Postea uenit inquisicio que talis est quod nec predictus Johannes nec homines sui aliquam sectam fecerunt ad curiam predicti Willelmi de Ferrariis in Pery de tenemento predicti Johannis in Pery, nec umquam secuti sunt ad uisum franci plegii in predicta curia postquam predictus Willelmus feofatus fuit de terra de Pery. Et ideo consideratum est quod predictus Johannes et heredes sui quieti sint de predicta secta et Willelmus in misericordia.

1215. Midd. Westm. Prima inuencio breuis de consanguinitate per W. de Ralegha[1].

Cum contencio esset inter quosdam magnates super quoddam breue quod uocatur Precipe, et unde quidam dicebant quod fuit manifeste contra cartam Dom. Regis de libertatibus concessis baronibus Anglie et[2] tandem ab omnibus fuit approbatum et concessum est ab omnibus quod tale breue robur optineat in gradibus et personis ubi assisa mortis antecessoris certas personas non transgreditur.

[3]Precipe tali quod iuste et sine dilacione reddat tali tantam terram cum pert. in N. unde talis antecessor cuius heres ipse est fuit seisitus in dominico suo ut de feodo die quo obiit. Et terminus seisine antecessoris non excedat terminum assise mortis antecessoris, nec tollat alicui curiam

[1] By the copyist, but this remark would not be on the roll.
[2] Om. et.
[3] Here follows the form of the writ.

suam ubi locum habere possit breue de recto, nisi contingat quod dominus capitalis tenens sit, uel alius per eum ubi dominum capitalem uocare possit ad warantum, quia iniquum esset quod duellum esset uel magna assisa inter dominum et tenentem suum[1].

16. Preceptum fuit uicecomiti quod utblagariam que ad proximum comitatum suum debuit promulgari in Radulfum le Foun pro morte Radulfi[2] filii Matillidis unde rettatus fuit poneret in respectum usque ad proximum comitatum suum post Purificacionem etc. anno tali, et interim diligenter inquireret per sacramentum proborum et legalium hominum de comitatu suo utrum predictus Radulfus rettatus esset de morte illa odio et atya et quo odio et qua athya, an si eum occidit, ipsum occidit in felonia uel in se defendendo. Stafford.

Et inquisicio per Walterum de Cotes et plures alios etc. uenit, qui omnes dicunt super sacramentum suum quod idem Radulfus non occidit dictum Robertum filium Matillidis nec odio nec athia nec in felonia set in se defendendo. Dicunt eciam quod dictus Robertus solitus fuit intrare in forestam Dom. Comitis de Ferariis die et nocte et berciare[3] bestias ipsius Comitis et furari sicut malefactor et quod dictus Radulfus fuit forestarius ipsius Comitis eo tempore, et inuenit quadam die dictum Robertum super quandam bestiam quam idem Robertus et alii malefactores occiderunt, quod cum dictus Robertus uidit dictum Radulfum uenientem ei assultauit et wlnerauit, set dictus Radulfus dictum Robertum occidit in se defendendo. Et quia testatum est quod idem Robertus fuit pupplicus malefactor in parcis et forestis[4] et quia ipse insultum fecit eidem Radulfo et ita quod se defendendo ipsum interfecit quia non potuit aliter

[1] This is Fitz. *Cosinage*, 13. Bracton, f. 281, argues at length that this new writ is not contrary to Magna Carta and does no injury to the lords. It is but an extension of the possessory assizes although in form it is a Præcipe quod reddat. The words of the Charter are, Breue quod uocatur Precipe de cetero non fiat alicui de aliquo tenemento unde liber homo possit amittere curiam suam. Statutes of the Realm, vol. 1, p. 11.

[2] He becomes *Robertus* below.

[3] To hunt beasts by driving them into enclosures. Du Cange s. v. *berca*.

[4] The discussion de malefactoribus in parcis noticed in sec. 11 of the Statute of Merton may have been occasioned by this case.

euadere manus eius, Dom. Rex de gracia sua et non per iudicium perdonauit ei mortem illam et similiter fugam quam fecerat pro morte illa etc. Et Radulfus inde quietus[1].

1217. Westm. [2]In generali concilio apud Westmonasterium celebrato anno Regis xxj. prouisum fuit ab omnibus et approbatum quod narracio de descensu in breui de recto ab aliquo antecessore scilicet de seisina ipsius antecessoris non excedat tempus H. Regis aui Dom. Regis, set ista constitucio non habeat locum nisi ad Pentecosten anno eodem et sic in ante, quia breuia prius impetrata et postmodum impetranda usque ad predictum terminum ualeant et procedant sicut prius, et ualeat narracio descensus a tempore H. senioris[3] sicuti prius set non ultra.

Prouisum est eciam in eodem et approbatum quod terminus ultra quem breuia mortis antecessoris de natiuis et de ingressu non extenduntur non excedat de cetero reditum Regis J. de Hibernia in Angliam[4], breuia tamen prius impetrata et usque ad predictum terminum impetranda eodem modo et eodem ordine et sub eodem termino procedant quo prius processerunt.

De breuibus de assisa noue disseisine prouisum est quod terminus non excedat transfretacionem Regis qui nunc est in Britanniam[5], breuibus uero iam impetratis et usque ad predictum terminum impetrandis procedentibus sub eodem termino quo prius et non ultra.

1218. Kent. Johannes de la Burne et Beatricia uxor eius ostenderunt Dom. Regi quod cum in curia Dom. Regis coram iusticiariis qui ultimo itinerauerunt in partibus[6] adiudicata esset eisdem Johanni et Beatric' seisina tocius terre cum pert. que fuit

[1] Ralph had fled, therefore at any rate his chattels were forfeited; but this case certainly seems to imply that homicide in self-defence is punishable and that a pardon is not a matter of course.

[2] This entry gives what is generally known as sec. 8 of the Statute of Merton, of which the date is 23 Jan. 1236. But that section is not along with the other sections on the Close Roll. See Statutes of the Realm, vol. 1, p. 4. There is good reason for thinking that the date of this statute of limitations is 5 Feb. 1237. See Ann. Dunst. p. 251. Probably it was entered on the Coram Rege Roll and is here in its right place.

[3] Henry the First.

[4] Aug. 1210.

[5] May 1230.

[6] Supply *illis* or *Kancie* or the like.

Willelmi filii Radulfi de Tainlande in comitatu illo, et unde fuit seisitus ut de feodo die quo obiit, | et preceptum esset [151 b.] balliuis uenerabilis patris E.[1] Cantuariensis Archiepiscopi ex parte Dom. Regis quod eisdem Johanni et Beatricie plenariam seisinam inde facerent, idem balliui preceptum Dom. Regis minime sunt executi. Et quia iusticiarii Dom. Regis hoc ita esse recordantur preceptum fuit uicecomiti quod eisdem Johanni et Beatricie de tota predicta terra cum pert. sine dilacione plenariam seisinam fieri faceret et si forte aliquos balliuos ipsius Archiepiscopi resistentes inueniret propter ipsius Archiepiscopi libertatem non omitteret quin eisdem Johanni et Beatricie faceret saluo iure cuiuslibet etc.

PLACITA QUE SEQUEBANTUR DOM. REGEM HENRICUM FILIUM REGIS JOHANNIS ANNO REGNI SUI VICESIMO SECUNDO[2].

0. [3]Abbas de Osulnestona[4] summonitus fuit ad respondendum Dom. Regi quare presentauit clericum ad ecclesiam de Medburnia que est de aduocacione Dom. Regis in preiudicium ipsius Dom. Regis etc. Leic.

Et Abbas uenit et dicit quod tempore H. Regis aui Dom. Regis uenit idem Rex Henricus ad domum de Osulnestona et ibi sepius hospitatus fuit et uoluit domum illam promouere, et dedit eisdem canonicis ecclesiam de Medburnia post mortem cuiusdam Thome Griffin qui tunc fuit persona per cartam suam quam profert et que testatur quod dedit et carta sua confirmauit deo et S. Andree de Osulnestona et canonicis ibidem deo seruientibus ecclesiam de Medburnia post mortem Thome Griffin, habendam et tenendam cum omnibus pertinenciis suis in liberam et perpetuam elemosinam. Profert eciam cartam Regis Ricardi que testatur quod confirmat deo et ecclesie S. Andree de Osulnestona et cano-

[1] Saint Edmund.

[2] For the term A = Coram Rege Roll No. 16. Several membranes are missing, and others are partially destroyed.

[3] A. m. 3.

[4] Ouston, Leicester. Monast. vol. 6, p. 422.

nicis ibidem deo seruientibus ecclesiam de Medburnia quam pater suus eis dedit, habendam et tenendam cum omnibus pertinenciis suis in liberam et perpetuam elemosinam. Et unde dicit quod idem Rex H. auus illam eis dedit tali animo et tali uoluntate quod illam haberent in proprios usus post mortem ipsius Thome Griffin tunc persone. Et quia idem Thomas uixit toto tempore ipsius Regis H. et toto tempore Regis Ricardi et per magnum tempus tempore J. Regis usque ad guerram[1], ita quod prius nullam seisinam inde habere potuerunt quamdiu idem Thomas uixit, mortuo eodem Thoma in guerra, presentauerunt quemdam[2] clericum qui quidem admitti non potuit ad presentacionem eorum propter potenciam Gwale tunc legati[3] qui auctoritate legacionis sue illam dedit Colino de Breaute qui nuper obiit, ita quod post mortem ipsius Colini presentauerunt quendam clericum ad eandem ecclesiam qui ad presentacionem eorum admissus est quia prius presentare non potuerunt.

Postea quia in carta continetur quod predictus H. Rex dedit predictis canonicis ecclesiam illam post mortem predicti Thome Griffin tunc persone qui uixit toto tempore predicti Regis H. et postea toto tempore Ricardi Regis et in tempore Regis Johannis usque ad guerram, ita quod ipsi canonici nunquam seisinam habuerunt tempore donacionis nec postea, et preterea quia recognitum est quod legatus Gwale illam contulit qui fuit quasi tutor Dom. Regis et custos regni post mortem ipsius Thome, consideratum est quod donum illud nullum fuit, nec carta ualeat, et Dom. Regi remaneat seisina et Abbas in misericordia, et mandatum est episcopo Lincolniensi quod admittat clericum Dom. Regis etc.

1220. [4]G. [5]Marescallus summonitus fuit ad warentizandum[6] Jo-
Bnk. hanni Marescallo manerium de Folesham cum pert. in comitatu Norfolkie et manerium de Nortona cum pert. in comitatu Northamptone que Dom. Rex clamat uersus eundem Johannem ut eschaetam suam de terris Flandrensium, et

[1] A. D. 1215.
[2] *[illegible]* erased; not in A.
[3] Gualo's legation ended in 1218.
[4] A. m. 3.
[5] Gilbert Marshall, Earl of Pembroke, third son of William the Regent.
[6] An omission. He is summoned to warrant the manor of Wand[illegible] to Fulk Fitz Warine, A.

unde predicti Fulco et Johannes dicunt quod cum W. Comes Marescallus[1] frater predicti Comitis tempore suo uocatus esset ad warantum de predictis maneriis inspectis cartis illorum maneria illa eis warentizauit.

Primo dicit quod placitum illud non debet sequi Dom. Regem quia communia placita terre certo loco terminari debent et contra cartam libertatum est quod sequantur[2]. Responsum est quod istud commune placitum non est immo priuatum placitum et specialiter tangit personam Dom. Regis et coram eo terminari debet placitum quod ipsum tangit et ideo ista excepcio est nulla etc.[3] |

Et G. Marescallus uenit et inspectis cartis illorum cog- [182.]
nouit cartas et in carta Fulconis continetur quod W. Comes Marescallus dedit eidem Fulconi manerium suum de Wanetinge cum pert.

Et Comes eis illa warentizat sicut illa tenent set desicut Abbas de Becco[4] tenet aduocacionem ecclesie eiusdem manerii de Wanetinge et unam hidam terre non uidetur ei quod debeat ad hoc breue respondere.

De manerio de Nortona dicit quod non uidetur ei quod debeat inde respondere, quia non tenet totum manerium quia Dom. Rex percipit inde quolibet anno iiij. libras ad scaccarium. De manerio de Folesham dicit quod non uidetur ei quod debeat inde respondere quia non tenet totum manerium illud quia Comes Warenne[5] tenet x. libratas terre de eodem manerio.

Et Dom. Rex petit iudicium desicut ipse Comes warentizat eis cartas illas et tota maneria illa cum pert. si per talem responsionem debeat breue prosterui. Et quia predicti Johannes et Fulco istam proposuerunt excepcionem scilicet quod maneria illa integre non tenuerunt et obiecerunt circa hoc quantum potuerunt, et quia idem Comes postquam warentizauit[6] non tenetur ad escambium ad plus quam ipsi tenuerint si amiserint die quo warentizauit nec ad plus quam in carta continetur et sicut eis data fuerunt maneria

[1] Eldest son of the Regent.

[2] See the words of the Great Charter above, Case 1213.

[3] That is Fitz. Briefe, 882.

[4] Bec, Normandy.

[5] In A the remainder of this case has perished.

[6] warant', MS.

illa, consideratum est quod excepcio ista non iacet in waranti persona et maxime ex quo tenentes illam proposuerunt, et ideo nulla est.

Postea saluis excepcionibus suis quas produxit petit idem Comes quod Dom. Rex ostendat quo iure et qua racione maneria illa debeant esse eschaeta sua.

Et Dom. Rex respondet quod petit maneria illa tamquam eschaetam suam sicut Comes illa warentizauit, quia maneria illa fuerunt Flandrensilium[1] et desicut terre non sunt communes, debent maneria illa ei remanere, donec heres ad illum ueniat, et dicit quod terra illa fuit Baldewini de Bethona.

Et Comes dicit quod maneria illa non possunt esse eschaeta sua quia si Baldewinus Aduocatus[2] habuit quamdam filiam Aliciam nomine que maritata fuit et obiit sine herede de se, habuit quemdam fratrem patrem Roberti Aduocati Betone qui nunc est et qui est ad pacem Dom. Regis et qui est heres ipsius Baldewini, et unde non debent esse eschaeta, et preterea desicut W. Marescallus frater suus obiit seisitus de seruiciis maneriorum illorum et Comes Ricardus[3] post eum similiter et ipse usque nunc, uidetur ei quod satis sufficienter respondit et quod non deberet eschaeta de tam antiquo tempore, et si curia considerauerit quod debeat super hoc respondere, dicet aliud.

Et Dom. Rex respondit quod si predictus Aduocatus Betone habuit predictam filiam que obiit sine herede de se maneria illa debent ad eum reuerti sicut eschaeta sua et de manu sua rectis heredibus cum terre fuerint communes, et si permisit fratribus suis et ei seisinam usque nunc, hoc non debet ei nocere quia de gracia sua hoc fecit.

Postea coram consilio Dom. Regis quia recognitum est quod predictus Robertus est heres fratris ipsius Baldewini et ad fidem Dom. Regis et qui fecit homagium Dom. Regi et cui Dom. Rex reddidit partem hereditatis sue, consideratum est quod terra illa non est eschaeta Dom. Regis et ideo sine die de hoc breui.

[1] Sic.

[2] The lords of Bethune were Advocates of Arras. Baldwin in right of his wife became Earl of Albemarle. As to this case see Dug. Bar. vol. 1, p. 63.

[3] Second son of the Regent.

21. [1]Henricus de Balliolo et Willelmus de Lindescia et Magister Abel uenerunt ad Dom. Regem et petierunt a Dom. Rege quod ipse redderet Regi Scocie[2] domino suo comitatum Huntingdone cum pert. de quo Johannes Comes[3] nuper obiit seisitus et hac racione ut dicunt, quia idem Comes de eo tenuit comitatum illum, et idem Comes dum fuit infra etatem fuit in custodia eiusdem Regis Scocie occasione predicti comitatus et petunt seisinam domini sui de custodia licet ad hoc specialiter non mittantur. Scocia. Anglia.

Quibus ita responsum est a Dom. Rege et consilio[6] suo quod non debet nocere Dom. Regi quia si predictus Johannes Comes unquam fuit in custodia ipsius Regis Scocie, hoc fuit tempore Huberti de Burgo Comitis Kancie qui amicus fuit et familiaris ipsi Regi Scocie[4] et qui regnum Anglie habuit in manu sua, et dum ipse Dom. Rex Anglie fuit infra etatem, et potius deberet pertinere ad Dom. Regem custodia illa quam ad aliquem alium quia talis est lex Anglie et consuetudo hucusque approbata et optenta in Anglia ab omnibus tam maioribus quam minoribus quod a quibuscumque quis fuerit feofatus, dum tamen a Dom. Rege feofatus sit aliquo tempore per tenementum quod tenetur per seruicium militare, quod Dom. Rex habebit custodiam omnium terrarum tam de feofamento aliorum quam | de feofamento proprio[5]. [182 b.] Verumptamen quia omnes heredes ipsius Comitis iam plene etatis sunt, Dom. Rex reddit eidem Regi Scocie seisinam de feodo suo ita tamen quod omnibus inde ius habentibus iusticia teneatur. Et hoc facit ei specialiter quia heredes sunt plene etatis et non racione predicte seisine quam Dom. Rex habet pro nulla, saluis tamen ipsi Dom. Regi Anglie quatuor maneriis que fuerunt in manu ipsius Comitis et que idem Comes tenuit de Dom. Rege in capite.

22. [1]Ricardus Rullond petit uersus Adam Rullond unam Wygorn.

[1] A. m. 4.

[2] Alexander the Second.

[3] John the Scot, Earl of Chester and of Huntingdon is just dead; poisoned by his wife, some say, and he left no issue. He was son of David Earl of Huntingdon, who was brother of William king of Scotland. The claim of the king of Scotland to wardship seems based on this that David held of William and William of the King of England. As to the Chester inheritance more below, Cases 1227, 1273.

[4] Hubert married Margaret sister of Alexander.

[5] This is Fitz. *Prerogative*, 26.

[6] A. m. 1 d.

uirgatam terre cum pert. in Hulle in quam idem Adam non habet ingressum nisi per intrusionem quam in eam fecit post mortem Willelmi Heye qui illam tenuit ad uitam suam de concessione Henrici de Trokemeretona aui ipsius Ricardi cuius heres ipse est ut dicit. Et habuit diem in crastino Ascencionis postquam uisum peciit in curia. Ad quem diem non uenit primo die placiti nec secundo nec tercio, set quarto die uenit quidam et essoniat eum, set Ricardus petit sibi allocari quod primo die non comparuit nec secundo nec tercio, set petit iudicium de defalta. Et datus fuit ei dies per essoniatorem suum in crastino S. Johannis Baptiste ita quod allocaretur ei defalta ad diem illum. Ad quem diem uenit Adam et non potest sanare defaltam etc. Post uenit Adam et reddit eidem Ricardo terram illam, saluo ei blado de instanti autumpno.

1223. Ebor. [1]Assisa uenit recognitura si Robertus le Coyners iniuste et sine iudicio disseisiuit Johannem de Coyners Willelmum del Estr' et Aliciam uxorem eius de libero tenemento suo in Northona post primam etc. Et Willelmus et Alicia non uenerunt et ideo ipsi et plegii sui de prosequendo in misericordia scilicet tales[2] etc.

Et Robertus uenit et dicit uersus Johannem quod assisa non debet inde fieri quia finis factus fuit in curia Regis Ricardi inter Rogerum patrem predicti Roberti et Rogerum de Coyners auunculum ipsius Rogeri de uilla de Norhtona, Gryseby, et Stantona [3]scilicet post mortem Basilie uxoris Rogeri de Coyners que tunc tenuit in dotem Northonam[3], quod post mortem Mabilie uxoris Roberti de Coyners aui predicti Roberti que tunc tenuit maneria de Gryseby et Stantona in dotem, predicte uille de Gryseby et Stantona remanerent Rogero de Coyners auunculo predicti Rogeri et heredibus suis cuius heres ipse Johannes est et uilla de Nortona remaneret Rogero nepoti ipsius Rogeri patri predicti Roberti et heredibus suis, et profert cyrographum quod hoc testatur.

[1] A. m. 8 d.
[2] Names in A.
[3-3] A misplaced interlineation in A. Read *scilicet quod post mortem Basilie ..Northonam et post mortem Mabilie* etc.

Et Johannes uenit et bene cognoscit finem predictum et dicit quod[1] eundem finem conuenit inter predictos Rogerum et Rogerum quod queuis de predictis mulieribus prius obiret, per medium partiretur inter eos id quod illa teneret usque ad obitum alterius mulieris, unde post obitum Basilie que prius obiit partitum fuit manerium de Nortona inter eos et post mortem Mabilie que postea obiit predictus Robertus intrusit se in maneria de Gryseby et Stantona que quidem maneria remanere debeant predicto Johanni per predictum finem.

Et Robertus uenit et dicit quod similiter conuenit inter predictos Rogerum et Rogerum per eundem finem quod omnes terras et tenementa que adquirere possent de eorum hereditate partirentur per medium inter eos et heredes suos, et postea Rogerus auunculus ipsius Johannis perquisiuit manerium de Aclande et manerium de Feningeham in comitatu Suffolkie et ipse Johannes detinet predicta maneria, ita quod idem Robertus partem suam inde habere non potest.

Et idem Johannes dicit quod seruicium Hugonis de Flammeuilla qui tenuit manerium de Feningeham assignatum fuit Rogero auunculo ipsius Johannis cuius heres ipse est ut dicit per predictum finem, unde post mortem ipsius Hugonis qui obiit sine herede de se remansit manerium de Feningeham ipsi Johanni tamquam eschaeta sua. Et de manerio de Aclande dicit quod tempore cuiusdam Rogeri aui predicti Johannis factum fuit quoddam cyrographum in curia Dunholmensis Episcopi inter ipsum Rogerum petentem et quendam Eustachium del Brok tenentem de predicto manerio de Aclande et conuenit inter eos per idem cyrographum quod si idem Eustachius obiret sine herede de se manerium predictum descendere deberet ad Rogerum filium predicti Rogeri, et si idem Rogerus obiret sine herede de se tunc descenderet ad Galfridum fratrem iuniorem ipsius Rogeri cuius heres ipse Johannes est et sic semper descendendo, unde dicit quod predictus Robertus nichil debet habere de maneriis predictis. Et ideo consideratum est

[1] Supply *per*, A.

quod assisa inde sine die et partes si uoluerint perquirant sibi per placitum de fine facto etc.

1224. Salop. [1]Galfridus de Gamages summonitus fuit ad respondendum Dom. Regi quo waranto tenet manerium de Stottesdona quod est de dominico Dom. Regis etc. |

[183.] Et Godefridus uenit et dicit quod tenet manerium illud ut illud de quo pater suus fuit seisitus ut de feodo die quo obiit et dicit quod Godefridus de Gomages auus ipsius fuit feofatus de predicto manerio per H. Regem auum Dom. Regis qui tenuit tota uita sua etc.

Et Dom. Rex ad hoc respondet per Warnerum Engayne quod Godefridus de Gamages auus habuit plures terras de dono Dom. H. Regis et per cartas, per quas cartas Dom. Rex aliquando[2] inspexit eas cepit homagium predicti Godefridi, et cartam de terra ista numquam ostendit, et propter hoc non recepit inde Dom. Rex homagium suum, nec Willelmus pater eius eam habuit nisi de ballio per manum Rannulphi Comitis Cestrie tempore guerre, et hoc bene patet, quia in rotulis apud scaccarium potest inueniri quod Rex H. auus Dom. Regis tradidit terram illam Godefrido auo de ballio et non de feodo, quia post mortem Godefridi cepit Rex terram illam in manum suam, et postea reddidit medietatem illius terre predicto[3] Matheo filio Godefridi et alteram medietatem tradidit predicto Hugoni Pantolfo et fratri suo. Et postea pro fideli seruicio predicti Mathei tradidit eam Rex eidem Matheo de ballio suo. Et postea quando idem Matheus recessit a seruicio Regis predictus Willelmus nichil habuit in predicta terra nisi de ballio Comitis Cestrie sicut predictum est. Et petit sibi allocari quod in carta quam predictus Godefridus profert de predicto Matheo continetur quod Willelmus pater ipsius Godefridi et heredes sui debent tenere terram illam de predicto Matheo et heredibus suis et non de Dom. Rege. Et preterea querit desicut profert cartas Regum de aliis terris quas tenet de Dom. Rege, quare non profert cartam Regis de terra predicta.

[1] This seems to be the case cited by Bracton, f. 54 b; but the citation is not very apt. *Galfridus* becomes *Godefridus* below.

[2] Corr. *quando* (?).

[3] Brother of William and uncle of the defendant, but not yet mentioned.

Et Godefridus respondet ad hoc quod predictus auus suus fuit feofatus de predicta terra sicut ipse dicit, et unde ponit se super patriam.

Et quia predictus Godefridus nullum warantum habet nec aliquid ostendit quod aliquis antecessorum suorum haberet aliquid in feodo, et Willelmus pater ipsius Godefridi nullam seisinam inde habuit nisi de dono Mathei fratris sui antenati qui nullam seisinam inde habuit, et qui non fuit ad fidem Dom. Regis set in partibus transmarinis cum Rege Francorum post Normanniam perditam, et ideo nullum warantum ostendit, ideo consideratum est quod Dom. Rex recuperet seisinam suam et Godefridus in misericordia, et preceptum est uicecomiti quod terram illam capiat in manum Dom. Regis et illam custodiat donec Dom. Rex aliud inde preceperit. Datus est dies talis etc. coram Dom. Rege ut interim inquiratur per rotulos utrum predictus auus fuit feofatus etc. uel habuit illam [1]ballio Regis tantum, et nisi per rotulos possit Dom. Rex certificari tunc ueniant xij. etc.

25. Prior de Wenelok petit uersus Henricum de Berwe, Osbertum de Crue' et plures alios quod faciant ei consuetudines et seruicia que ei facere debent et solent de tenementis suis que de eo tenent in uillenagio in Berewe[2] et pluribus aliis uillis, et unde idem Prior dicit quod ipse et predecessores sui fuerunt semper in seisina de tallagiis et merchetis usque ad annum Regis H. filii Regis J. xx^{mum}. simul cum aliis consuetudinibus quas adhuc ei faciunt. Salop.

Et predicti Henricus et alii ueniunt et bene defendunt quod nullum tenementum tenent de predicto Priore in uillenagio et quod non debent ei merchetum, nec tallagium, nec ipse Prior aliquando fuit in seisina predicti mercheti uel tallagii set libere tenent, et quod in comitatu posuerunt se inde in magnam assisam. Et ideo consideratum est quod magna assisa remaneat et ueniat iurata per xij. tam milites quam alios etc. tali die qui etc. ad recognoscendum super sacramentum suum si predicti homines teneant de predicto Priore in uillenagio uel non, et si debeant ei tallagia singulis

[1] Supply in.
[2] Barrow, close to Much Wenlock.

annis et merchetum sicut ipse dicit, uel non, et si predictus Prior fuit in seisina de predictis tallagiis et mercheto et predecessores sui sicut ipse dicit, uel non.

1226. Salop. [1]Assisa uenit recognitura si Thomas de Erdintona pater Egidii de Erdintona fuit seisitus in dominico suo de una carucata terre et xij. uirgatis terre cum pert. in Shaghebiria die quo etc. unde Henricus de Aldithelegha tenet unam carucatam et duas uirgatas et Bertramus Griffin decem uirgatas tenet. Qui ueniunt, et Bertramus uocat ad warantum ipsum Henricum qui ei warentizat et respondet de toto. Et dicit quod assisa non debet inde fieri quia idem Egidius feofauit eum de tota[2] terra illa per cartam suam quam profert et que testatur quod idem Egidius dedit et concessit et carta sua confirmauit ei totum manerium de Shoghebiria cum omnibus pert. suis sicut Thomas pater suus illud melius tenuit de J. Rege habendum etc. faciendo inde seruicium unius militis saluo forinseco seruicio. Dicit eciam quod idem Egidius cepit inde homagium suum ita quod ipse post [153 b.] confectionem eiusdem carte fecit ei idem seruicium, | quia dicit quod[3] Dom. Rex cepit scutagium per Angliam post reditum suum de Britannia[4], soluit ipse xl. sol. de scutagio pro predicto tenemento cuidam Willelmo Fader seruienti ipsius Egidii apud Welintonam.

Et Egidius uenit et bene cognoscit cartam set dicit quod non debet ei nocere quia tempore quo fuit confecta ipse nullam seisinam habuit de terris suis. Dicit eciam quod tunc fuit infra etatem et [5]extra seisinam terrarum suarum cepit homagium eius unde hoc non debet ei nocere et quod ipse tempore quo carta fuit confecta et tempore quo cepit homagium eius fuit infra etatem et extra seisinam suam[6] terrarum suarum, et offert Dom. Regi xx. sol. pro habenda inquisicione et bene defendit quod nunquam recepit per se uel per predictum seruientem suum predictum seruicium.

Et Henricus dicit quod quando idem Egidius fecit ei cartam predictam et homagium suum cepit fuit ipse plene

[1] A. m. 2.
[2] *dota*, MS.
[3] Supply *quando*, A.
[4] The scutage of three marks raised after the expedition of 1230.
[5] Supply *de homagio dicit quod dum fuit infra etatem et*, A.
[6] Omit *suam*, A.

etatis et in seisina de terris suis, et quod ita sit et quod ipse est in seisina de seruicio predictorum xl. sol. offert disracionare per corpus cuiusdam liberi hominis sui Willelmi Pigun nomine.

Dies datus est Egidio et Henrico de placito mortis antecessoris tali die et preceptum est uicecomiti quod ad diem illum uenire faciat tales[1] etc. liberos et legales homines de uisneto de Shuabiria per quos etc. ad recognoscendum super sacramentum suum si predictus Egidius die quo dedit predicto Henrico j. carucatam et xij. uirgatas terre cum pert. in Shaubiria et cartam suam ei inde fecit, fuit plene etatis et in seisina terrarum suarum, et si idem Egidius homagium suum inde cepit postquam fuit plene etatis, et si Willelmus Fader seruiens ipsius Egidii postquam idem Henricus fecit eidem Egidio homagium suum recepit de ipso Henrico xl. sol. de scutagio pro eodem tenemento anno quo Dom. Rex post reditum suum de Britannia cepit scutagium per Angliam ut idem Henricus dicit, uel si idem Egidius die quo dedit eidem Henrico terram predictam et cartam suam ei inde fecit et homagium suum inde cepit fuit infra etatem et extra seisinam terrarum suarum, et si predictus Willelmus Fader unquam recepit xl. sol. predictos de predicto scutagio pro eadem terra de ipso Henrico ut idem Egidius dicit, quia tam etc.

[2]Et iuratores dixerunt super sacramentum suum quod post mortem Ricardi de Shoghebiria qui terram illam tenuit et forisfecit, Thomas de Erdingtona uicecomes tunc[3] cepit terram illam in manum Dom. Regis ut eschaetam suam et sic tenuit usque ad tempus quo Dom. J. Rex Anglie terram illam dedit predicto Thome pro homagio suo ut ipsi intelligunt. Et idem Thomas habuit quemdam filium Petrum cui ipse promisit terram illam, ita quod occasione illius promissionis uenit idem Thomas paulo ante mortem suam et dedit eam predicto Petro filio suo ita quod idem Petrus posuit se in terram illam ante mortem patris sui uel post, set utrum nesciunt. Et postea uenit idem Petrus et fecit se crucesig-

[1] Ten named persons and eight free and lawful men, A.

[2] A. m. 1 d.

[3] *tunc uicecomes*, A.

nari et antequam arriperet iter suum uersus terram sanctam tradidit terram illam predicto Henrico de Aldilegha ad firmam ad quemdam terminum in quo itinere idem Petrus decessit. Et postea uenit Egidius de Herdingtona frater predicti Petri et cepit inde homagium predicti Henrici, set bene dicunt quod non fuit tunc plene etatis ut uiginti et unius anni, quia postea uenit Willelmus de Norfokia qui implacitatus fuit de quadam terra quam tenuit de predicto Egidio et uocauit predictum Egidium ad warantum coram iusticiariis de banco, ita quod idem Egidius summonitus fuit ad warentum, et quando comparuit in curia Dom. Regis adiudicatum fuit ei in eadem curia quod idem Egidius non fuit plene etatis unde loquela illa tunc remansit usque ad etatem eiusdem Egidii. Et bene dicunt quod non intelligunt quod Willelmus seruiens predicti Egidii recepisset xl. sol. de scutagio pro eadem terra post reditum Dom. Regis de Britannia, quia tunc fuit predictus Henricus in seruicio Dom. Regis cum Dom. Rege et habuit scutagia sua[2] ut ipsi credunt. Et dicunt quod nesciunt utrum idem Egidius habuit seisinam de aliis terris suis necne quando cepit homagium eiusdem Henrici. Postea quia nichil certum dicunt utrum predictus Petrus posuit se in terram illam ante mortem ipsius Thome uel post, ideo resummoneatur iurata quod ueniat ad certificandum tali die etc. Et ita se inde etc. [3]Postea in rotulo de anno xxiij. ueniunt iuratores ad certificandum qui dicunt super sacramentum suum quod predictus Petrus nullam habuit seisinam in uita Thome patris sui, set Thomas obiit inde seisitus. Et ideo consideratum est quod Egidius recuperauit seisinam suam et Henricus in misericordia.

Nota quod donacio facta et homagium captum ante xxj.mum annum non ualet, ut de Egidio de Erdingtona nec seruicium inde captum, et inde sequitur quod potest habere et adquirere terras ante talem etatem, dare autem et feoffare non potest ante plenam etatem xx.ti et unius anni[1].

1227. Cestr. [4]Cum dies datus esset apud Wygorniam Willelmo de Fortibus attornato uxoris sue et participibus suis heredibus J. Comitis Cestrie in Oct. S. Mart. coram Dom. Rege ubi-

[1] Bracton, f. 14 b, has the doctrine that an infant cannot give but can receive; but an infant who is to take a gift must have the consent of a tutor.

[2] He served in person, and so no scutage was due.

[3] A postscript in A.

[4] See above, Case 1221. John Earl of Chester died without issue. His coheiresses are his nieces Christiana wife of William de Fortz and Dervorguil wife of John Balliol, and his two sisters Isabel wife of Robert Bruce and Ada wife of Henry of Hastings. Dugd. Bar. vol. I. p. [illegible]

cumque esset de audiendo iudicio suo etc. | utrum si comitatus Cestrie diuidatur inter participes debeant ipsi participes tenere singulas partes de Dom. Rege in capite uel de Willelmo de Fortibus qui habet aesnesciam et debet esse Comes ut ipsi participes dicunt, et unde Dom. Rex peciit iudicium si deberet partiri uel non, et peciit sibi allocari quod ipse habuit unam partem scilicet Johannis de Balliolo et uxoris sue, et ista proposita essent ad predictum diem apud Londoniam coram Archiepiscopis, Episcopis et Magnatibus Anglie et consilio Dom. Regis, omnes dixerunt quod nunquam uiderunt talem casum, nec constabat eis, nec sciuerunt si aliquid contineretur in carta libertatum de huiusmodi casu, nec uoluerunt iudicare per exempla usitata in partibus transmarinis, nec in iure scripto[1] aliquem talem casum uiderunt. Et ideo de consensu omnium heredum datus est eis dies talis etc. coram Dom. Rege ubicumque fuerit etc.[2] [184.]

Preceptum fuit balliuis de Andouere quod ad primum aduentum Dom. Regis apud Clarendonam scire facerent Dom. Regi quare detinuerunt Eborardo Teutonico Willelmum de Ambrebiria natiuum et fugitiuum suum desicut idem clamat eum ad tempus et horam ut dicit etc. Suth.

Et Adam de Marisco et alii balliui de Andowere ueniunt et dicunt quod predictus Willelmus aliquando manens fuit apud Wiltonam et fuit mercator itinerans et maritauit se in uilla de Andouere cuidam mulieri, et infra annum in quem se maritauit uenit idem Eborardus et peciit eum ut natiuum et fugitiuum suum, set illum noluerunt ei liberare ne[3] ausi fuerunt sine precepto Dom. Regis.

Postea uenit idem Eborardus remittit et quietum clamat Dom. Regi et heredibus suis predictum Willelmum cum tota sequela etc.

Ricardus de Wika petit uersus Jacobum de Solariis et Margeriam uxorem eius et Rogerum de Solariis et Johannam uxorem eius manerium de Wika cum pert. unde Jordanus pater suus fuit seisitus tempore H. Regis qui nunc est etc. Glouc.

[1] The Roman law.
[2] More of this below, Case 1273.
[3] Corr. *nec*.

Et Jacobus et omnes alii ueniunt et dicunt quod non debent ad hoc breue respondere quia non tenent totum manerium illud quia Fraricus de Bissopestona tenet inde unam hidam terre de qua nichil habent in dominico nec in seruicio, et ideo nolunt respondere nisi curia considerauerit.

Et Ricardus uenit et dicit quod petit manerium illud scilicet id quod tenet in dominico in dominico, et in seruicio in seruicio, et quod in aduocaria in aduocaria, et unde dicit quod illa hida terre fuit de aduocaria predicti Jordani.

Postea dicunt Jacobus et alii et bene concedunt quod Jordanus fuit ita seisitus de predicto manerio set reuera nichil iuris potest descendere ad istum Ricardum quia nesciunt quis ille sit, quia reuera predictus Jordanus duxit in uxorem quamdam Euam et prima nocte qua simul iacuerunt inuenit eam grossam et impregnatam ita quod statim expulit eam a lecto suo et non habuit accessum ad eam ante tempus partus, et ipsa peperit infra x. septimanas postquam fuit desponsata, et bene sciunt quod quidam tunc natus fuit set nesciunt si ille sit iste Ricardus uel non. Et dicunt quod predictus Jordanus fecit eum statim amoueri et nunquam aduocauit eum pro suo, set alibi nutritus fuit et forisfamiliatus a familia predicti Jordani. Postmodum uixit per xx^ti. annos nec iste Ricardus nunquam accessit eum nec ipse Jordanus unquam eum uidit. Set postea cognoscunt quod iste est ille Ricardus qui ita natus fuit.

Et Ricardus dicit quod est filius et heres predicti Jordani et legittimus et hoc uult addocere uel per patriam uel per curiam cristianitatis sicut curia Dom. Regis considerauerit.

Postea uenerunt Jacobus et alii et dicunt quod ipse Ricardus bastardus est, et ideo mandatum est Episcopo Herefordensi quod faciat super hoc inquisicionem[1].

1230. Wilt. Henricus de la Mare summonitus fuit ad respondendum[2] Robertum de la Wifaude et plures alios homines de uilla de Sheperugge ad faciend' ei alias consuetudines et alia seruicia quam facere debent et facere consueuerunt tempore quo manerium illud fuit in manibus predecessorum Dom. Regis Regum Anglie etc.

[1] See Br. f. 63 b. [2] Supply *quare* [illegible], or the like.

Et Henricus uenit et defendit uim et iniuriam etc. Et predicti homines ueniunt et dicunt quod liberi sunt etc.

Postea uenit inquisicio que talis est quod homines de uilla de Sheperigge debent tenere quamlibet uirgatam terre in predicta uilla per xl. den. et debent pro porco superannato dare j. den. ad paduagium | et pro porco non superannato [184 b.] unum obolum. Et debent cariagium ex debito et non ex gracia usque ad Chappamanefordiam semel in anno et sectam communem debent ad Fulrigge et ad Pleihoc, et ad Sheperugge ad uisum franci plegii et usque ad Ambrebiriam pro afforciamento curie. Et si aliquis latro captus fuerit apud Sheperugge adduci debet apud Ambrebiriam et ibi iudicium sustinere. Et quod fuerunt talliati contra uoluntatem eorum tempore H. Regis aui Dom. Regis, Ricardi et J. Regis, et quod non possunt filias suas maritare absque marcheto et pullum masculum et bouem suum uendere sine licencia, et quod dominus potest facere prepositum quemcunque uoluerit et amouere, et quicumque fuerit prepositus erit quietus de redditu suo dum fuerit prepositus. Et similiter fiat de wodewardo. Dicunt eciam quod terra quam Alanus Bedellus tenuit defendit se per bedellariam ad uoluntatem domini. Et quilibet terram tenens cum moritur dabit melius auerium domus sue ad herietum. Et ideo de cetero faciant predictas consuetudines et ipse uicecomes distringat eos ad hoc si opus fuerit, et ipsi in misericordia etc.

Bartholomeus Pecche summonitus fuit ad respondendum Hugoni de Marinis de placito quod reddat ei custodiam tercie partis feodi unius militis cum pert in Lassendona que ad eum pertinet eo quod Walterus de Mucegros feodum illud de eo tenuit per seruicium militare ut dicit etc., et unde dicit quod per detencionem quam habet de custodia illa dampnificatus est ad ualenciam xx. marcarum, et unde dicit quod custodia illa ad ipsum pertinet quia Milo de Mucegros cuius heres est infra etatem tenuit de predicto Waltero et Walterus de Dom. Rege etc. Et quesitus qua racione petit custodiam illam dicit quod tenementum illud est socagium quod reddidit inde Dom. Regi xl. sol.[1] Glouc.

[1] Some miscopying may be suspected.

Et Bartholomeus uenit et dicit quod predictus Walterus tenementum illud non tenet in socagio quia tenementum illud reddit per annum xlij. sol. et preterea inuenit inde Dom. Regi uersus Walliam duos homines per xv. dies et redeundo inde duos homines per unum diem et unde dicit quod tenementum illud non est socagium set tenetur per magnam serianciam, et id quod pertinet ad dictum Walterum de predicta terra de Lassendena racione custodie uel alio modo pertinet ad Dom. Regem. Et predictus Hugo non potest hoc dedicere, et seriancia illa non est parua sicut de sagittis et sparuariis et huiusmodi. Ideo consideratum est quod Bartholomeus inde sine die et Bartholomeus[1] in misericordia.

1232. Hereford. Walterus de la Hida optulit se quarto die uersus Milonem Pichard de placito quare in pace Dom. Regis cum ui et armis domum ipsius Walteri in Wlfretona intrauerunt[2] et Willelmum filium ipsius Walteri in domo illa ceperunt et illum secum abduxerunt a posse Dom. Regis usque in Walliam ut predictum Willelmum cogerent ad redempcionem sicut idem Walterus dicit. Et Milo non uenit et preceptum fuit uicecomiti quod attachiaret eum. Et uicecomes mandauit quod non fuit inuentus. Et ideo si inueniatur attachietur, si non, exigatur de comitatu in comitatum donec utlagetur secundum legem terre etc.

Idem appellat Bartholomeum Peeche de eodem, set quia appellum istud descendit[3] a quadam disseisina ponitur appellum in respectum usque talem diem etc. quousque assisa illa capiatur. Et quia iusticiarii ad assisam illam capiendam assignati mandauerunt quod non potuerunt assisam illam capere eo quod omnes iusticiarii non interfuerunt nec recognitores conuenerunt, ideo mandatum est eis quod conueniant apud Herefordiam in crastino clausi Pasche ad capiend' assisam illam secundum breue Dom. Regis quod alias inde susceperunt, et ad faciendum inde quod ad iusticiam pertinet secundum legem terre.

1233. Stafford. Anketillus Mallore[4] petit uersus Hubertum de Burgo

[1] Corr. *Hugo*.
[2] Sic.
[3] Corr. *dependet* (?).
[4] For earlier proceedings, see Case 11[illegible]

Comitem Kancie manerium de Arlega excepta aduocacione ecclesie de Arlegha ut suum, ut illud quod habuit de dono Dom. Regis postquam idem Hubertus reddidit Dom. Regi omnes terras quas de ipso tenuit in capite et quas Dom. Rex postea ei reddidit de gracia sua saluis donis suis que inde fecit, et unde idem Anketillus fuit seisitus in dominico suo ut de feodo et iure tempore predicti Regis capiendo inde expleta ad ualenciam etc. et quod tale sit ius suum offert etc.

Et Hubertus per attornatum suum uenit et dicit quod non potest nec debet ad hoc breue respondere quia quidam Magister Laurencius de Aluitelegha per unum annum antequam istud breue fuit impetratum implacitauit et adhuc implacitat eum de duabus uirgatis terre cum pertinenciis que sunt de pertinenciis dicti manerii. Et petit iudicium si debeat ei inde respondere donec sciatur qualiter placitum illud procedet inter eos.

Postea quia non possunt procedere in loquela inter ipsum Anketillum et predictum Hubertum donec loquela | inter [195.] Hubertum et predictum Laurencium terminetur eo quod breue ipsius Laurencii prius fuit ut[1] usu et impetracione ponitur in eleccione ipsius Anketilli utrum uoluerit exspectare quousque placitum ipsius Laurencii terminetur uel perquirere per nouum breue et excipere predictas duas uirgatas terre, et ipse eligit quod uult sibi perquirere per nouum breue et excipere predictas uirgatas terre. Et ideo procedat utrumque placitum, et Comes de hoc breui sine die etc.[2]

Willelmus de Wythewrthe summonitus fuit ad warentizandum Emme de *Almchechurche* de dim. caruc. terre cum pert. in Northona quam Dom. Rex clamat ut ius suum uersus eam etc. Wigorn.

Et Willelmus uenit et petit quod ostendit ei per quod debeat warentizare, et ipsa profert cartam cuiusdam Fulconis de Withewrthe patris ipsius Willelmi que testatur quod dedit ei totam dimidiam partem terre sue de Blakegraue sibi et heredibus suis etc. Et Willelmus cognoscit cartam set dicit quod non habet aliquam terram per quod possit warentizare quia nullam tenet nisi de uillenagio Dom. Regis

[1] Corr. et (?). [2] Br. f. 113.

in manerio de Withewrthe quam non potest neque lucrari neque perdere sine Dom. Rege. Et quesitus si warantum habeat, dicit quod quidam Reginaldus de Bares qui terram illam habuit dono Regis Ricardi uendidit illam Fulconi patri suo, et crucesignatus statim recessit a patria nec umquam rediit postmodum nec terram habet nec heredem. Et ideo consideratum est quod Dominus[1] recuperet seisinam suam etc., et si idem Willelmus postmodum recuperauerit aliquam terram liberam faciet eidem Emme escambium ad ualenciam uel quatenus facere possit etc.

1235. Wilt. Willelmus Lungespeye[2] peciit uersus Dom. Regem custodiam Castri Sarisbirie[3] et comitatus Wiltescire[4] in feodo et ut illam que ei descendit hereditarie ab antecessoribus suis scilicet a Comite Patricio et Willelmo filio suo et de Ela filia ipsius Willelmi matre ipsius Willelmi Lungespeye, et unde dicit quod idem Patricius fuit inde seisitus ut de feodo tempore H. Regis aui Dom. Regis et petit inde seisinam suam.

Et Dom. Rex nunc sicut alias ei respondit quod tempore Johannis Regis patris sui capta fuit quedam iurata de eadem custodia inter ipsum Dom. Johannem Regem et Willelmum Comitem Sarisbirie et predictam Elam uxorem eiusdem Willelmi per quam recognitum fuit quod predicta Ela nullum ius habuit in custodia illa et inde posuit se Dom. Rex super recordum curie sue.

Ad hoc respondit predictus Willelmus quod predicta iurata si capta fuit non debuit ei nocere quia tempore illo fuit predicta Ela infra etatem et non desponsata fuit predicto Willelmo patri suo, et inde posuit se super inquisicionem patrie. Et quesitum est recordum tempore Regis Johannis et inuentum, in quo continetur quod iurata capta fuit anno nono ipsius Regis Johannis inter ipsum Dom. Regem Johannem et Willelmum Comitem Sarisbirie et uxorem eius ad recognoscendum utrum ipsa ius habuit comitatu[5] Wilt'

[1] Supply *Rex*.

[2] The demandant's father William Longsword Earl of Salisbury was a bastard son of Henry the Second. The demandant's mother was the Countess Ela, daughter of an Earl William son of Earl Patrick.

[3] Sar', MS.

[4] Wilt', MS.

[5] Sic.

et de feodo uel de ballio Regum. Et iuratores dixerunt quod ipsa nullum ius habuit inde per antecessores suos nisi de ballio Regum et non in feodo per quam iuratam Dom. Johannes Rex remansit in seisina et de castro et de comitatu. Et hoc bene patet quia post mortem predicti Willelmi Lungespeye uenit ipsa Ela in uiduitate sua et recepit castrum et comitatum de ballio Dom. Regis qui nunc est et fecit eidem Dom. Regi cartam suam quod per ballium illud nichil iuris clamare potuit uel sibi adquirere.

Super hoc eciam profert idem Willelmus Lungespeye cartam Regis Henrici aui Dom. Regis que testatur quod idem Rex concessit et reddidit Willelmo filio Comitis Patricii comitatum Wiltescire qui fuit patris sui et totam terram Anglie et extra Angliam per quam pater suus tenuit die quo fuit uiuus et mortuus. Et quia in carta illa nichil exprimitur de modo tenendi utrum in feodo uel de ballio nec eciam carta loquitur de alicuius successione nec de iure hereditario[1], consideratum est coram ipso Dom. Rege presente Othone tunc legato[2] quod carta illa non est contraria predicte iurate capte in curia Johannis Regis, immo per iuratam illam exprimitur qualiter idem Patricius tunc tenuit, nec est in curia aliquis de magnatibus qui ea que acta fuerunt in curia Dom. Johannis Regis coram iusticiariis suis audeat uel uelit infirmare[3], et ideo remanet Dom. Rex quiete in seisina sua. Postea dicit idem Willelmus quod nichil clamat de castro, nec de comitatu nisi de gracia etc.[4] |

Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesias de Randes et de Hegham que uacant quarum aduocaciones W. Comes de Ferariis clamat uersus Priorem de Lentona et Abbatem de Torintona. Et Abbas de Toritona uenit et warantizauit presentacionem Regis Ricardi et per iudicium curie recognitum fuit quod idem Abbas nichil iuris potuit clamare in aduocacionibus illis. [185 b] Norht.

[1] No words of inheritance.

[2] Came to England in the summer of 1237. The mention of his presence is noteworthy.

[3] This decision against a hereditary shrievalty must have been an important matter.

[4] Bracton, f. 122 b, cites this case without date. The inquisition in John's reign was, he says, taken by Simon Pateshull.

Et Prior uenit et nichil dicit contra assisam et capta fuit assisa per quam recognitum fuit quod Rex Ricardus presentauit ultimam personam ad easdem ecclesias et tunc temporis fuerunt terre ille in manu ipsius Dom. Regis Ricardi.

Et super hoc uenit idem Comes et profert cartam Regis Johannis que testatur quod ipse reddidit et concessit etc. Willelmo de Ferariis Comiti Derby Hegham cum uno hundredo et dimidio et aliis pertinenciis suis et quod dedit ei parcum etc. sicut ius et hereditatem ipsius Comitis etc., et idem Comes residuum terre que fuit Willelmi Peuerelle ipsi Regi et heredibus suis quietum clamauit in omnibus tam uillis quam castallis etc. Et[1] si forte aliquis uoluerit in posterum aliquod ius clamare in hiis que idem Comes quietas clamauit idem Comes et heredes sui eidem Dom. Regi et heredibus suis debent warentizare, quare uult predictus Rex etc. quod habeat et teneat terras illas cum omnibus pertinenciis suis cum sok etc. Carta est de primo anno Regis. Et preterea repertum est in rotulo de scaccario quod idem Comes finem fecit cum Rege Johanne pro predictis maneriis habendis sicut predictum est per predicta uerba. Et iusticiarii miserunt recordum Dom. Regi sine quo noluerunt procedere in iudicio, et Dom. Rex precepit quod iudicium inde fieret. Et quia maneria fuerunt in manu Regis Ricardi quando presentauit et quia Rex Johannes postea reddidit eidem Comiti maneria illa cum omnibus pertinenciis suis et aduocaciones ille sunt de pertinenciis predictorum maneriorum, et carta et finis in curia Dom. Regis factus concordant, consideratum est quod Dom. Rex nichil petere potest contra finem illum et cartam. Et Comes recuperet seisinam suam uersus predictum Priorem et Prior in misericordia.

1237. Suth. Homines Prioris et conuentus S. Swithuni[2] de Crundella, Hesseburnia et de Wythechurche[3] questi fuerunt Dom. Regi quod cum concessi essent eidem Priori et conuentui et ecclesie sue in puram et perpetuam elemosinam ab antecessoribus Dom. Regis, ipsi Prior et conuentus exigebant ab eis

[1] Recital of the charter continues.
[2] Winchester Monastery.
[3] Crondall, Hurstbourne Priors and Whitchurch.

alias[1] consuetudines et seruicia quam facere consueuerunt temporibus quibus fuerunt in manibus predictorum predecessorum etc.

Et Oliuerus Senescallus et Hordarius ueniunt et dicunt quod nulla alia seruicia petunt quam facere solebant et debent et quod terre iste nunquam fuerunt in manibus antecessorum Dom. Regis, quia per cc. annos ante conquestum Anglie date fuerunt eis Priori et conuentui S. Swithuni et ab aliis quam regibus, scilicet comitibus et aliis etc., et tunc facere debuerunt et consueuerunt quicquid eis preciperetur. Processu uero temporis cum prioratus ille fere destructus esset per quendam Abbatem Robertum uenit quidam Episcopus Ricardus[2] et ad comodum Prioris et conuentus disposuit de terris et maneriis ipsorum ita quod imbreuiari fecit quantitates terrarum et nomina tenencium et seruicia eorum tam in uillenagio quam in libero feodo, et ita quod nulla seruicia peciit alia quam tunc fecerunt et quam tunc imbreuiata fuerunt. Postmodum uero cum terre ille essent in manu firmariorum aliquando et aliquando in manu predictorum uillanorum per xl. annos ipsi firmarii remiserunt eis quedam seruicia et quasdam consuetudines pro denariis. Et cum terre essent in manu predictorum uillanorum ipsi redditum detinuerunt et subtraxerunt usque ad summam lx. sol. et amplius et eciam in magna quantitate bladi, et magnam quantitatem illarum terrarum subtraxerunt contra prefatam inrotulacionem factam per predictum Episcopum Ricardum. Et quia predicti homines cognoscunt quod uillani sunt secundum quod predictum est, et quia ipsi ista contradicere non possunt, dictum est eis quod faciant predictis Priori et Conuentui seruicia et consuetudines que facere consueuerunt. Et Dom. Rex non uult se de eis intromittere ex quo nunquam fuerunt in manu sua nec antecessorum suorum etc.

Nota de uillanis Henrici de Tracy de Tawystoke qui nunquam fuerunt in manu Dom. Regis nec antecessorum suorum et loquebantur de tempore Regis Edwardi coram W. de Wiltona[3].

Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis

Norf.

[1] alias interl. by annotator.
[2] Consecr. 1174; ob. cir. 1188. There were two Priors named Robert between 1130 and 1171.
[3] This allusion is to a case decided when Bracton was a judge, and is discussed, along with similar allusions, in the Introduction to this book.

presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam de Magna Walsingeham que uacat et cuius aduocacionem Dom. Rex dicit ad se pertinere racione custodie terre et heredis G.[1] Comitis Gloucestrie in manu sua existentis etc.

De rotulo proximo precedenti[2].

Et Prior de Walsingeham uenit et dicit quod cum aliquando contencio esset inter Ricardum Comitem Hertfordie et Priorem de Binham super ultimam presentacionem eiusdem ecclesie tandem recuperauit idem Ricardus seisinam suam per assisam ultime presentacionis inter eos captam, et durante placito illo inter eos Johannes de Gray tunc Episcopus Norwicensis[3] contulit ecclesiam illam Ricardo de Marisco racione concilii. Et postquam idem Comes seisinam ita sue aduocacionis recuperauerat dedit ecclesiam illam canonicis de
[186.] Walsingeham et ecclesie B. Marie de Walsingeham | per cartam suam quam idem Prior profert, et que testatur quod dat et carta sua confirmat deo etc. ecclesiam de Magna Walsingeham cum omnibus pert. suis in perpetuam elemosinam pro salute anime sue etc. Profert eciam cartam Pandulfi quondam Norwicensis Electi[4] in hec uerba, Cum R. Comes de Hertfordia ius patronatus quod in ecclesia S. Petri de Magna Walsingeham habebat duxerit concedendum Priori et canonicis S. Marie de Walsingeham concessionem illam ratam et gratam habens confirmat auctoritate sua etc. Dicit eciam quod cum tempore Regis Johannis et tempore guerre contingeret ecclesiam illam uacare ad resignacionem predicti Ricardi de Marisco tunc Dunholmensis Episcopi contulit eam Gwala tunc legatus cuidam Thome auctoritate legacionis sue qui ultimo obiit persona in eadem. Et unde dicit quod nunquam postmodum preter nunc tempore pacis uacauit ita quod[5] eam presentare posset.

Et super hoc uenit Prior de Dinham[6] et dicit quod medietas aduocacionis illius ecclesie cum cantaria pertinet ad ipsum, quia reuera tempore Henrici Regis senis[7] quidam Rogerus de Valoniis inter plures donaciones quas fecit deo et

[1] Gilbert of Clare, Earl of Gloucester and Hertford.
[2] By the copyist. Probably the case comes from the roll for A. R. 21.
[3] A. D. 1200—1214.
[4] Elect 1218; cons. 1222.
[5] Supply *ad*.
[6] Corr. *Binham*, in Norfolk; a cell of S. Albans.
[7] Henry I.

S. Marie et S. Albano et monachis suis apud Dinham manentibus dedit eis medietatem ecclesie S. Petri de Magna Walsingeham et cantariam et omnia pertinencia et quasdam terras quas idem Prior et monachi adhuc tenent in dominico suo et inde profert cartam ipsius Rogeri que hoc testatur. Profert eciam cartam Eborardi quondam Norwicensis Episcopi[1] in qua continetur quod ad presentacionem ipsius Rogeri de Valoniis suscepit uenerabilem Priorem Rollandum et monachos de Binham in tota medietate ecclesie S. Petri de Magna Walsingham et cantariam eiusdem ecclesie, et ita quod quidam Robertus daret eis unum bisantum pro annua pensione illius ecclesie, scilicet medietatis, et quod post mortem ipsius Roberti omnes obuenciones illius medietatis deuenirent ad construccionem Monasterii de Binham etc. Profert eciam cartam Theobaldi quondam Cantuariensis Archiepiscopi per quam medietatem illius ecclesie cum cantaria eis confirmat etc. Profert eciam litteras patentes Henrici Regis senis directas Eborardo Episcopo Norwicensi per quas precepit quod Rogerus de Valoniis et monachi sui de Binham teneant partem suam de ecclesia de Walsingeham quas Warinus presbyter eis detinebat ita bene et in pace et iuste sicut Robertus antecessor suus tenuit et sicut ipse hoc disracionauit uersus G. de Fausarchis. Profert eciam cartam Henrici Regis aui que illam medietatem eis confirmat cum cantaria. Profert eciam cartam Johannis de Oxonia quondam Norwicensis Episcopi[2] et cartam Johannis de Gray et aliorum et eciam cartam Thome de Blunuilla[3] que medietatem illam cum cantaria eis confirmant. Profert eciam ad ultimum litteras patentes Johannis de Gray quondam Episcopi Norwicensis per quas protestatus est iusticiariis de banco quod Prior et monachi de Binham fuerunt et sunt persone illius medietatis per longum tempus et quod Comes de Clare eos iniuste uexauit et molestauit de illa medietate per breue de ultima presentacione. Et unde dicit quod post donacionem et confirmaciones illas presentauit Prior Rollandus antecessor

[1] A. D. 1121—1145.
[2] A. D. 1175—1200.
[3] A. D. 1226—1236.

istius Prioris quendam Robertum qui ad presentacionem suam fuit admissus ad eandem, et post mortem ipsius Roberti presentauit quidam alius Prior predecessor suus quendam Bartholomeum qui ad presentacionem suam fuit admissus ad eandem medietatem soluendo inde annuam pensionem duorum solidorum eidem Priori, et mortuo predicto Bartholomeo cum contencio esset inter Ricardum Comitem et Priorem de Binham super ultima presentacione ad medietatem illam, contulit illam medietatem Johannes de Gray tunc Episcopus Norwicensis racione concilii cuidam clerico, post mortem cuius uenit Gwala tunc legatus et illam contulit etc.

Et quia Comes Ricardus integre recuperauit seisinam presentacionis sue per assisam ultime presentacionis uersus Priorem de Dinham tempore Regis Johannis ita quod idem Prior nunquam postea seisinam habuit, ideo sine die de Priore de Dinham et perquirat sibi de recto si uoluerit, quia hoc Prior cognoscit.

Et Prior de Walsingeham dicit quod postquam idem R. Comes recuperauit seisinam presentacionis sue per predictam assisam, dedit ipse Comes domui sue predictam aduocacionem, et ita quod post donacionem illam nunquam potuit presentare ad ecclesiam illam preterquam nunc, et Prior cognoscit quod persona que ultimo obiit de eadem ecclesia obiit quadam die Mercurii et ille qui nunc est, institutus fuit die dominica proxima sequente, et dicit quod predictus Ricardus Comes fecit eis donacionem et concessionem de predicta aduocacione apud Besingh' tempore Regis Johannis et post guerram per unum annum uel duos ad quoddam Pascha. Et unde testatum est quod obiit statim post guerram. Et post donacionem illam in eadem estate infra quarterium anni misit idem Comes cartam illam Priori de Walsingeham et canonicis per quemdam seruientem Wal-
[188 b.] teri de Berdefeldia. | Et quia Ricardus de Clare est infra etatem nec potest respondere ad cartam ideo datus est dies Priori coram Dom. Rege tali die etc., et Bartholomeus summoneatur quod tunc sit ibi ad ostendendum quo aduocato se tenet in eadem ecclesia. Et Abbas de Derham summoneatur quod tunc sit ibi ad ostendendum quare ita festinanter et absque

aliqua inquisicione inde facta admisit Bartholomeum. Et Ricardus de la Lade tunc senescallus Comitis Gloucestrie dicit quod Comes qui donum illud fecisse debuit obiit infra viii. septimanas per guerram etc.

PLACITA QUE SEQUEBANTUR DOM. REGEM HENRICUM FILIUM REGIS JOHANNIS ANNO REGNI SUI VICESIMO TERCIO CORAM WILLELMO DE RALEGHA ETC.[1]

9. Assisa uenit recognitura si Magister Willelmus de Kentewella et Reginaldus de Albo Monasterio iniuste etc. disseisiuerunt Willelmum Priorem S. Trinitatis de Gipewico de libero tenemento suo in Hertherst post primam coronacionem etc., et unde dicit quod disseisiuerunt eum de vj. sol. redditus et unde dicit quod idem Reginaldus debuit reddere ei redditum illum et nunc eum reddit predicto Magistro Willelmo. Et Magister Willelmus et Reginaldus non ueniunt, et Magister Willelmus attachiatus fuit per Robertum de Gerardeuilla et plures alios, et ideo plegii in misericordia. Hundred. de Babbereg[2].

Juratores dicunt quod Gilebertus de Kentewella frater ipsius Magistri Willelmi dedit redditum illum predicto Priori S. Trinitatis de Gipewico et attornauit predictum Reginaldum qui redditum illum ei reddere solebat predicto Priori et ita quod idem Reginaldus semper solebat reddere predictum redditum eidem Priori per longum tempus usque ad tempus aliorum iusticiariorum itinerancium scilicet tribus annis elapsis. Et quesiti qualiter et qua occasione, dicunt quod idem Magister Willelmus fecit districcionem pro reddito illo ita quod idem Reginaldus reddidit ei redditum illum coactus et per districcionem. Et ideo consideratum est quod idem Prior recuperauit seisinam suam uersus ipsum

Nota de tenente alicuius qui reddit alicui redditum quem reddere deberet domino suo per uim et districcionem et ex hoc non facit domino suo disseisinam, set esse debet in misericordia quia stulte hoc facit[3].

[1] Apparently the king and Raleigh held a session at Norwich and Cateshull for cases from the eastern counties. The marginal venues are hundreds in Norfolk and Suffolk. See Bracton's citations f. 195, 200.

[2] Babergh, Suffolk.

[3] Br. f. 203 b. This case is Fitz. *Assise*, 434.

Magistrum Willelmum, et Magister Willelmus in misericordia. Et Reginaldus nullam fecit disseisinam quia coactus fecit et preterea nulla iacet disseisina inter ipsum Priorem et Reginaldum tenentem suum quia debuit distringere feodum suum, set sit in misericordia pro transgressione quia stulte reddidit redditum illum.

1240. Lib. S. Atheldr.[1] Assisa uenit recognitura si Rogerus de Kauz et plures alii[2] iniuste et sine iudicio disseisiuerunt Tristram de Rindham de libero tenemento suo in Rindham post primam transfretacionem etc., et unde dicit quod disseisiuerunt eum de toto tenemento suo quod habuit de dono predicti Elie patris sui in eadem uilla etc.

Et Rogerus et Elias ueniunt et dicunt quod assisa non debet inde fieri eo quod predictus Tristramus nunquam inde fuit seisitus. Et Tristramus dicit quod fuit in seisina quia die Pentecostes anno preterito dedit ei idem Elias terram illam et posuit eum in seisinam et homagium suum inde cepit ita quod fuit in seisina usque ad festum S. Fidis[3] proximo sequens inde eiectus fuit per predictum Eliam.

Juratores dicunt quod predictus Elias dedit eidem Tristramo terram illam set nesciunt si homagium suum inde cepit uel non, set bene sciunt quod idem Tristramus cepit fidelitates hominum et warectauit terram et aliquando soluit ei xij. den. quos ei soluere debuit qualibet septimana per conuencionem inter eos factam pro terra illa ei dimittenda, set uxor ipsius Elie et pueri sui remanserunt in domo cum predicto Tristramo[4] et ita remansit predictus Tristramus in seisina usque ad festum S. Fidis donec predicti Elias et alii ipsum inde disseisiuerunt. Et Elias quesitus si aliquid recepit de predictis xij. den., dicit quod denarios illos recepit per septem septimanas, et cognoscit conuencionem talem. Et quia cognoscit conuencionem talem et quod fuit seisitus de predictis denariis et illos recepit secundum[5] predictum est, consideratum est quod Tristramus recuperauit seisinam suam, et Elyas in misericordia. Et predictus Tristramus

[1] Liberty of S. Ethelred, Suffolk.

[2] Elias, father of Tristram, is one of the deforciants.

[3] 6 Oct.

[4] See Br. f. 42

[5] Supply *quod*.

concedit quod debet reddere predicto Elie quolibet anno lij. sol. pro predicta conuencione et dimidiam marcam ad robam et xij. den. ad oblacionem ad quatuor terminos anni et nisi reddiderit uicecomes distringat eum ad reddendum, et concedit quod due sorores sue teneant vj. acras, scilicet una v. acras | et altera unam acram, quas habuerunt ante [187.] feofamentum suum ita quod teneant de eo et de heredibus suis per seruicium quod ad terram illam pertinet.

Et super hoc uenit Herebertus de Alenzun et dicit quod habet aduocacionem ecclesie eiusdem uille de dono ipsius Elie et antequam idem Tristramus per ipsum Eliam de terra illa fuit feofatus. Et quesitus si aliquod habeat tenementum in eadem uilla simul cum aduocacione, dicit quod habet unum tenentem in eadem uilla qui ei reddidit seruicium ad terminos certos, et dicit quod donacio illa ei facta fuit ante Pentecosten illam, set cognoscit quod non recepit redditum de tenente illo nisi de duobus terminis et post feofamentum ipsius Tristrami. Et ideo cum ecclesia uacauerit faciant de aduocacione ad melius quod poterunt uel ante.[2]

Nota de tenemento habendo cum aduocacione ad hoc quod ualeat donacio aduocacionis[1].

1. Assisa uenit recognitura si Rogerus filius Ade et Auelina uxor eius Willelmus filius Radulfi et Agnes uxor eius iniuste etc. disseisiuerunt Johannem filium Galfridi de libero tenemento suo in Burstal post etc., unde dicit quod disseisiuerunt eum de octo acris terre etc. Stanford[3].

Et Rogerus et alii ueniunt et dicunt quod assisa non debet inde fieri quia nunquam fuit inde in seisina quia reuera Galfridus pater ipsius Johannis primo duxit in uxorem matrem predictarum Aueline et Agnetis et postea contigit quod predicta mater ipsarum recessit a predicto Johanne in partes transmarinas, et ipse Johannes quia credidit ipsam esse mortuam duxit aliam in uxorem scilicet matrem ipsius Johannis de qua habuit ipsum Johannem, et quando alia mulier reuersa fuit et recuperauit eum in uirum uoluit ipse promouere ipsum Johannem et promissum ei[4]

[1] This inference is drawn from the question put to Herbert, who, fearing the loss of the advowson, has intervened.

[2] *uel an'*, MS. Herbert and Tristram must settle this matter by other proceedings as best they can, when the church falls vacant or before.

[3] Stamford Hundred, Suffolk.

[4] *ei* by annotator.

quoddam de tenemento fecit set nullam seisinam inde habuit, et inde ponunt se super iuratam.

Juratores dicunt quod quando ipsa mulier reuersa fuit et recuperauit ipsum Galfridum in uirum uenit idem Galfridus et dedit eidem Johanni viij. acras et homagium trium hominum et quendam paruum boscellum per cartam suam et cepit inde homagium suum, set idem G. fecit seminare blada et metere ea et cariare fecit ad domum matris ipsius Johannis et uendidit chamier[1] et boscum et fecit inde comodum suum, ita quod ipse Johannes nichil inde habuit set dicunt quod idem Johannes recepit redditum de predictis tenentibus. Et ideo consideratum est quod ipse Johannes recuperauit seisinam suam de predictis tenentibus tantum, et Rogerus et Willelmus in misericordia [et nichil capiat de tenemento de quo nullam habuit seisinam.[2]]

1242. Assisa uenit recognitura si Gilibertus de Ho et plures
Lib. S. Atheldr. alii disseisiuerunt Simonem de Kirewella de libero tenemento suo in Holesl' post primam coronacionem etc., et unde queritur quod disseisiuerunt de xij. acris terre.

Et nullus uenit preter Alexandrum etc. et Ricardus Gamel attachiatus fuit per Hugonem de Borlega et alii etc. et ideo omnes in misericordia.

Et Alexander dicit quod assisa non debet inde fieri quia terra illa est uillenagium Comitis Rogeri Bigod etc.

Juratores dicunt quod predictus Simon liber est et libere tenet de Comite Rogero per cartam antecessorum suorum et reuera predicti Alexander et alii implacitauerunt ipsum in curia Comitis Rogeri et ipse breue prostrauit, et ipsi impetrauerunt aliud breue et noluerunt prosequi postmodum breue illud set se retraxerunt, et ita locuti fuerunt cum Willelmo le Enueise tunc senescallo Comitis quod ipsi[3] per inquisicionem in manerio factam fecit eis habere seisinam de eadem terra eodem Simone non presente et non uocato, et ita ipsum disseisiuerunt. Et ideo consideratum est quod predictus Simon recuperauit[4] suam et omnes alii in misericordia

[1] Sic. Straw (?); see the word *launia* below in Case 1256.

[2] Words in brackets added by an annotator.

[3] Corr. *ipse*.

[4] Supply *seisinam*.

3. Assisa uenit recognitura si Willelmus de Warenna Comes Surreie et alii iniuste et sine iudicio disseisiuerunt Johannem filium Willelmi de libero tenemento suo in Edinctorpe post primam etc., et unde queritur quod disseisitus est de xxiij. acris et de uno mesuagio etc. Et nec Comes nec alii uenirunt et ideo in misericordia. Tunstead[1]

Set Willelmus de Mortuo Mari senescallus Comitis uenit et dicit quod predictus Johannes nunquam fuit in seisina de terra illa et mesuagio et inde ponit se super iuratam.

Et Johannes dicit quod fuit inde in seisina per unum annum ita quod habuit blada de autumpno preterito et quod predictus Willelmus del Acra disseisiuit eum per preceptum Comitis. Et quesitus si uenisset ad Comitem ut hoc emendasset, dicit quod sic, et quod Comes noluit hoc emendare set bene aduocauit disseisinam et inde ponit se super iuratam.

Juratores dicunt quod quidam Willelmus Brond et Mabilia uxor eius habuerunt quandam filiam et uoluerunt eam maritare predicto Johanni et ita dederunt terram illam et mesuagium ipsi Johanni cum filia ipsorum, ita quod posuerunt eum in seisinam et per sic quod idem Johannes inueniret eis necessaria quoad uiuerent et exiuerunt de mesuagio illo et Johannes tenuit se in mesuagio illo et in seisina illa fuit per unam noctem et unum diem et fecit terram illam excolere | sumptibus suis. Et secundo die [187 b.] uenerunt predicti Willelmus et Mabilia et petierunt hospicium caritaue[2] et secundum conuencionem quod idem Johannes eis inueniret necessaria. Processu temporis cepit Mabilia egrotare et quando fuit egrotata transtulit se extra terram et extra terram obiit. Et predictus Willelmus similiter recessit a terra illa quando ipsa Mabilia egrotauit et perquisiuit sibi alibi. Et mortua predicta Mabilia uenerunt ipse Willelmus de Acra et alii scilicet omnes prenominati et eiecerunt predictum Johannem et blada in terra illa seminata asportauerunt ad horreum Comitis. Et quesiti si idem Johannes uenit ad Comitem ut hoc emendaret[4], dicunt quod sic, set

De hospitio caritatiuo petito a donatariis post donacionem factam, set ante mortem exiuerunt donatores[3].

[1] Tunstead Hundred, Norfolk.

[2] Corr. caritatiue.

[3] See Br. f. 42 b. The collector is on the outlook for cases as to what constitutes a true transfer of possession.

[4] Br. f. 172.

Comes hoc non emendauit set aduocauit disseisinam. Quesiti qualiter ipsi Willelmus et Mabilia perquisiuerunt seisinam de terra illa et mesuagio, dicunt quod in curia Dom. Regis per breue de ingressu. Et ideo consideratum est quod Johannes recuperauit seisinam suam et Comes et alii in misericordia.

1244. Assisa uenit recognitura si Hamon Cheuere et alii

Hundred de Risebrugg.[1] iniuste etc. disseisiuerunt Jordanum Cheuere de libero tenemento suo in Widekesho, et unde dicit quod disseisiuerunt eum de tribus acris et dimidia etc.

Juratores dicunt[2] quod mater ipsius Hamonis concupiuit quoddam mesuagium predicti Roberti ita quod predictus Hamon tantum fecit cum predicto Roberto quod idem Robertus concessit eidem Hamoni ad opus matris sue mesuagium illud tenendum ad uitam ipsius matris sue pro tribus acris et dim. quas idem Hamon dedit predicto Roberto, ita quod si moreretur ante predictam matrem ipsius Hamonis quod terra illa remaneret heredibus ipsius Roberti, alioquin reuerteret ad ipsum Hamonem. Et quia idem Robertus premoriebatur et habuit duas filias que similiter moriebantur uenit Thomas frater ipsius Hamonis et posuit se in terram illam sicut heres ipsius Roberti quia idem Hamon non potuit esse heres et dominus, et postea tradidit eam ad firmam duobus hominibus, et cum proficisci uellet in partes transmarinas concessit et dedit eidem Jordano terram illam in feodo saluo predictis duobus hominibus termino suo et illos attornauit predicto Jordano ad faciendum seruicium suum. Et idem Jordanus postea tantum fecit cum uno de firmariis quia noluit firmare feofamentum suum[4] quod ille dimisit ei terminum suum et ipse fecit excoli partem suam, set predictus Hamon blada illa asportauit et ipsum disseisiuit. Et ideo consideratum est quod Jordanus recuperauit seisinam suam et Hamon et alii in misericordia.

Nota non potuit esse heres et dominus, et ideo de prioritate [illegible] heredis uel domini[3].

[1] Risbridge, Suffolk.

[2] Seemingly there were three brothers, Hamo, Robert, Thomas. Hamo enfeoffed Robert in special terms. The question is as to the application of the rule about lord and heir. The plaintiff claims under Thomas.

[3] See Br. f. 279. It would seem that Hamo was entitled to take primer seisin, but Thomas having got seisin, Hamo did wrong in turning him out.

[4] He did not wish that his land should be out at farm.

Assisa uenit recognitura si Juliana que fuit uxor Willelmi le Bretone et plures alii iniuste etc. disseisiuerunt Martinum le Bretone de libero tenemento suo in Burgate et Wrotham post etc., et unde dicit quod disseisiuerunt eum de lx. acris. Hundr. de Hertesmere[1].

Et Juliana et alii ueniunt et dicunt quod assisa non debet inde fieri quia reuera predictus Willelmus cum esset aliquando persona resignauit ecclesias suas et fecit perquisitionem de terra illa et tenuit in sunecagium matrem predicti Martini et ipsum Martinum genuit in sunecagio et mortua predicta matre ipsius Martini uenit idem Willelmus et duxit ipsam Julianam in uxorem et de ipsa liberos habuit et ipsa cum liberis suis tenuit se in terra illa et adhuc tenet, et bene dicit quod idem Martinus nichil iuris clamare potest in terra illa quia ita genitus est in sunecagio. Et Martinus dicit quod reuera est filius et heres ipsius Willelmi et quod mater sua fuit eidem Willelmo desponsata et preterea dicit quod terra illa fuit hereditas matris sue set pater suus eam tenuit ad uitam suam per legem Anglie. Et ipse statim post mortem matris sue fecit inde homagium capitali domino et in seisina fuit per octo dies.

Juratores dicunt quod quidam Robertus de Burgate [illegible]hiauit terram illam et illam dedit matri predicti Martini que fuit filia uillani ipsius Roberti, et idem Willelmus illam desponsauit et tenuit eam sicut uxorem suam et de ea habuit liberos scilicet istum Martinum et alium quendam antenatum et mortua predicta fuit idem Willelmus implacitatus de eadem terra et dixit quod nichil iuris habuit in terra illa nisi ratione filii sui antenati et uocauit filium suum antenatum ad warantum, et quia ipse fuit infra etatem remansit loquela sine die usque ad etatem et ipse infra etatem obiit, et mortuo eo uenit iste Martinus et fecit inde homagium capitalibus dominis et in seisina fuit secundum quod predictum est, et ita quod quando duxit[2] Julianam predictam in uxorem nichil habuit nisi per legem Anglie ad uitam suam. Et ideo consideratum est quod Martinus recuperauit seisinam suam per

[1] Hartismere, Suffolk.

[2] William, not Martin, married Juliana.

uisum recognitorum de terra sua, et Juliana in misericordia, et alii custodiantur, quia dicitur quod nichil habent etc. |

[188.]
1246. Blakburne[1]. Assisa uenit recognitura si Johannes de Codeham et plures alii disseisiuerunt Sarram que fuit uxor Giliberti de Cudeham de libero tenemento suo in Cudeham post primam etc., et unde queritur quod disseis' eum[2] de tercia parte unius molendini et quod asportauit[3] partem quam ipsa habere debuit a dominica Palmarum etc. et seruram suam fregerunt.

Et Johannes de Coteham uenit et dicit quod reuera arestauit partem suam nomine namii quia ipsa noluit theloneum dare pro moltura sua, et bene cognoscit quod ipsa tenet in dotem illam terciam partem adeo libere sicut ipse tenet duas partes, et ipse pro uoluntate sua aut potest molere sine theloneo uel dare theloneum. Et ideo consideratum est quod ipse disseisiuit eam eo quod asportauit partem suam que eam contingebat de theloneo, et si ipse forte tradiderit alicui suas duas partes ad firmam, ipsa propter hoc non debet amittere libertatem suam. Et consideratum est quod recuperauit seisinam suam et Johannes et alii in misericordia.

Nota de disseisina tercie partis molendini ubi ipse qui terciam partem habet non potest habere theolonium suum, uel molere sine theolonio dando quia talem habet libertatem, set de secta ad molendinum non erit ita[4].

1247. Hoxne. Assisa uenit recognitura si Johannes de Lee iniuste etc. disseisiuit Henricum filium Selote de libero tenemento suo in Burendishe post primam etc., et unde queritur quod disseisiuit eum de xij. acris terre.

Et Johannes de Lee non uenit et testatum est quod est in Hybernia, set habuit summonicionem per unum annum antequam profectus esset in Hyberniam et ideo procedat assisa.

Juratores dicunt quod predicta Selota que fuit amica cuiusdam capellani de Burendishe perquisiuit terram istam et illam tenuit per aliquantum tempus et postea illam dedit predicto Henrico filio suo postnato et se dimisit in curia domini capitalis et tantum fecit quod capitalis dominus recepit homagium suum et ipse reddidit seruicium debitum capitalibus dominis per manum suam et nomine suo sic retinuit matrem suam secum et inuenit ei necessaria quoad

Nota de donatrice que post donum suum remansit in seisina usque ad mortem et in seisina obiit. Filius suus donatarius post mortem donatricis eiectus, recuperauit per assisam[5].

[1] Blackburn Hundred, Suffolk.
[2] Sic.
[3] Sic.
[4] This case is Fitz. *Assise*, 435. *Dower*, 203; *Toll*, 10.
[5] See Pl. 1242. Note that the disseisor was apparently a bastard

uixit et mortua ea remansit inde in seisina sicut prius donec idem Johannes frater suus antenatus ipsum inde disseisiuit. Et ideo consideratum est quod predictus Henricus recuperauit seisinam suam tam de predicta terra quam de una acra quam Adam le Bule de eadem terra habuit postquam ipse Johannes predictum Henricum inde disseisiuerat et Johannes in misericordia.

Assisa uenit recognitura si Robertus de Tateshale et plures alii iniuste etc. disseisiuerunt Priorem de Brickeseta[1] de libero tenemento suo in Bateffordia post primam transfretacionem etc. Suffolk.

Et Robertus uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia reuera idem Willelmus tenet de eo feodum unius militis in eadem uilla et ipse feodum illud tenet de Dom. Rege in capite et quando idem Willelmus noluit feodum suum dare eidem Priori et idem Prior simul cum predicto Willelmo districcionem faceret in predicto tenemento, quia ipse Robertus fuit in partibus remotis, uenit seruiens suus et posuit se in tenementum illud et adhuc se tenet ibi, et ideo quia si ipse Prior haberet tenementum illud in liberam elemosinam ita quod Robertus amitteret seruicium suum quia continetur in carta ipsius Prioris quod non debet reddere inde per annum nisi sex denarios pro omni seruicio eidem Willelmo et faciendo capitalibus dominis feodum dimidii militis et desicut idem Willelmus debet ei seruicium feodi unius militis et desicut hoc est manifeste contra libertatem[3] quam Dom. Rex concessit magnatibus fuit[4] Anglie ne quis concedat totum tenementum suum in elemosinam per quod aliquis amittat seruicium suum. Postea uenit Prior et relaxauit se et remittit et quietum clamat pro se et successoribus suis ipsi Roberto et heredibus suis totum ius et clamium quod habuit in illo tenemento pro centum solidis quos idem

Nota de Roberto de Tatteshale et Priore de Bricteseta quod non potest quis totum tenementum suum et elem' per quod dominus capitalis amittat seruicium suum[2].

[1] Monast. vol. 6, p. 173.

[2] Corr. non potest quis alienare totum tenementum suum in elemosinam. Bracton, f. 169 b, cites this case as having been decided by William Raleigh at Cateshull. It is Note Book, 136.

[3] This clause appeared for the first time in the charter of 1217, and was repeated in that of 1225. Nullus liber homo de cetero det amplius alicui uel uendat de terra sua quam ut de residuo terre sue possit sufficienter fieri domino feodi seruicium ei debitum quod pertinet ad feodum illud.

[4] Sic; corr. suis (?).

Robertus ei dabit ad festum S. Michaelis proximo uenturum et nisi reddiderit concedit quod uicecomes faciat denarios illos etc. Et Prior reddit ei cartam quam predictus Willelmus etc.

1249. Essex. Preceptum fuit uicecomiti quod haberet corpus Rogeri filii Ogeri tali die etc. ad ostendendum quare iniuste etc. disseisiuit Willelmum de Hauerhulla in itinere[1] Dom. Regis de terra illa de qua prefatus Ogerus pater ipsius Rogeri ipsum Willelmum feofauit et in plenam seisinam posuit tali die etc., et unde dicit quod predictus Rogerus presens fuit et feofamentum illud concessit et ita quod predictus Willelmus dare debuit ei pro predicta concessione duas marcas et unam robam sibi et alteram uxori sue etc.

Et Rogerus uenit et defendit quod non interfuit nec feofamentum illud concessit set dicit quod ipse fuit in seisina ad Natale proximo preteritum de concessione et uoluntate [185 b.] patris sui, ita quod illam excoluit nomine suo | et redditum recepit et capitalibus dominis de redditu et seruicio respondit, et per conuencionem inter ipsum et patrem suum debuit eidem patri suo neccessaria inuenire quoad uiueret, et inde ponit se super patriam. Et ideo preceptum est uicecomiti quod coram custodibus placitorum corone et coram se in pleno comitatu suo uenire faciat xij. etc. per quos etc. et per eorum sacramentum etc. si predictus Rogerus ita fuit in seisina secundum quod predictum est quando idem Ogerus pater suus dedit predicto Willelmo terram illam, uel si idem Ogerus tunc fuit in seisina quando donum illud fecit eidem Willelmo ita quod predictus Rogerus habere debuit robam illam secundum quod predictum est, et uenire faciat inquisicionem coram Dom. Rege apud Westmonasterium, et similiter uenire faciat ibidem predictum Ogerum ad recognoscendum si fuit in seisina de predicta terra quando donum illud fecit eidem Willelmo, uel si predictus Rogerus filius suus fuit tunc in seisina inde. Postea uenit inquisicio que talis est, quod predictus Ogerus dedit predicto Willelmo predictam terram tali die etc. Dicunt eciam quod predictus Rogerus nullam

[1] See Br. f. 236 b. If a disseisin take place after the summons to the eyre, the assize can be taken by means of a judicial writ.

habuit inde seisinam quando idem Ogerus fecit eidem Willelmo donum illud. Et predictus Rogerus donum illud cognouit[1] set querelam illam fecit per insipienciam suam, et ideo in misericordia.

0. Prior de Eatona summonitus fuit ad ostendendum quare theloneum exigi fecit a balliuis Dom. Regis missis ad nundinas de Eatona pro ouibus ad opus Dom. Regis emendis et occasione ipsius thelonei oues Dom. Regis ibidem emptas fecit arestari, desicut idem Prior seu Priorissa de Eatona[2] in nundinis de Eatona nullam habent libertatem nisi de gracia et concessione predecessorum Dom. Regis Regum Anglie, quos Dom. Rex non credit libertatem aliquam eis taliter concessisse quod ipsi et heredes sui inde dampnum proprie libertatis incurrerent etc., et unde Willelmus de Clariuallibus et alii balliui dicunt quod cum uenissent ad predictas nundinas predicta occasione et emissent ibi ducentas oues per v. xx[ti].[3] uenerunt balliui ipsius Prioris et exigerunt theloneum ab eis ita quod ipsi accesserunt ad ipsum Priorem et sectam produxerunt quod bidentes ipse fuerunt Dom. Regis,[4] idem Prior concessit eis quod in pace discederent cum bidentibus illis, et cum bidentes illas fugare uellent a nundinis uenit senescallus ipsius Prioris et dixit quod ipsi uoluerunt decipere ipsum Priorem et uoluerunt asportare consuetudines et cepit bidentes illas ita quod illas habere non potuerunt et illas hucusque detinuit ita quod Dom. Rex dampnum habet ad ualenciam c. sol. etc. Et Prior defendit etc. et infra[5]. Concordati fuerunt etc. — Warr.

1. Assisa uenit recognitura si Willelmus filius Alani et plures alii iniuste etc. disseisiuerunt Johannem de Clenchewartona de libero tenemento suo in Westerlinna post primam etc. et unde queritur quod disseisiuerunt eum de quodam mesuagio. — Fredbr.[6]

Et Willelmus uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri quia fuit inde in seisina per predictum Johannem qui mesuagium illud ei dedit per cartam suam et inde cepit

[1] …cit.
[2] The nuns of Nuneaton, a cell of Fontevrault, had a Prior as well as a Prioress.
[3] Sic.
[4] Supply *et*.
[5] The Prior's defence is omitted.
[6] Freebridge Hundred, Norfolk.

homagium suum etc. et inde ponit se super patriam uel iuratam. Et Johannes defendit quod nunquam mesuagium illud ei dedit et inde ponit se super iuratam.

Juratores dicunt quod reuera predictus Johannes in magna constitutus infirmitate dedit mesuagium illud predicto Willelmo et homagium suum cepit per sic quod predictus Willelmus inueniret hominem pro eo usque in terram sanctam et quod daret ei xx. marcas. Et quando idem Willelmus uidit quod traxit ad conualescenciam amouit illum de illo loco usque ad alium locum in terram suam propriam, et quando ipse conualuit plene reuersus est in terram suam scilicet mesuagium illud et ibi se retinuit per longum tempus donec predictus Willelmus ipsum inde eiecit. Dicunt eciam quod bene credunt et intelligunt quod ita conuenit inter eos quod si predictus Johannes conualesceret haberet mesuagium illud in pace, sin autem quod donacio illa ualeret. Et quesiti si predictus Willelmus aliquid ei soluit de predictis xx. marcis, dicunt quod non. Quesiti eciam qualem seisinam idem Willelmus inde habuit, dicunt quod nullam nisi quod donum ei factum fuit et homagium suum cepit sine seisina. Et ideo consideratum est quod predictus Johannes recuperauit seisinam suam et Willelmus in misericordia.

1252. Galeho[1]. Assisa uenit recognitura si Martinus filius Willelmi[2] iniuste et sine iudicio disseisiuit Nicholaum filium Hugonis de libero tenemento suo in Rudham post etc., et unde queritur etc. quod fuit in seisina de iiij^{xx}. acris terre postquam pater suus profectus fuit in terram sanctam per quatuor annos donec idem Martinus audito rumore de morte patris sui ipsum inde disseisiuit etc.

Et Martinus non uenit et ideo procedat iurata per defaltam. Et dictum est quod non fuit attachiatus, quia non fuit inuentus, | et testatum est quod habet quoddam paruum [illegible] liberum tenementum quod captum est in manum Dom. Regis etc.

Juratores dicunt quod quidem Walmar tenuit terram illam et habuit duos filios, scilicet, quendam Hugonem et quendam Martinum postnatum, et Hugo post mortem pre-

[1] Gallow Hundred, Norfolk. [2] Corr. *Walmari* (?).

dicti Wulmari habuit seisinam de predicta terra, et idem Martinus mouit questionem et dixit quod terra illa fuit partibilis ita quod idem Hugo dedit eidem Martino xij. acras pro pace sua habenda et idem Martinus tenuit se contentum, et quando idem Hugo profectus fuit in terram sanctam reliquit uxorem suam et Nicholaum filium suum in seisina, qui inde fuerunt in seisina donec idem Martinus habuit rumores de morte ipsius Hugonis fratris sui et illos inde disseisiuit. Et ideo consideratum est quod Nicholaus recuperauit seisinam suam et Martinus in misericordia. Et quesiti de quanto tenemento fuit ipse Hugo in seisina quando profectus fuit in terram sanctam et de quanto tenemento idem Martinus disseisiuit ipsum Nicholaum, dicunt quod de xxx[ta]. acris terre sine dote matris ipsius Hugonis et de uno messagio.

3. Assisa uenit recognitura si Radulfus de Pauilly iniuste Galcho.
etc. leuauit quoddam fossatum in Parua Riburga ad nocumentum liberi tenementi Egidii de Monte Pinzun in Magna Riburga post etc. et unde dicit quod impedimentum habet ita quod non potest habere accessum ad pasturam suam cum animalibus suis propter fossatum illud.

Et Radulfus uenit et dicit quod nullum habet impedimentum nec nocumentum per fossatum illud quia nullam communam ibi habere debet quia ipse nullum tenementum habet in uilla illa nec communam habere debet. Reuera habet quendam tenentem in uilla illa qui sufficientem accessum habet ad pasturam illam, scilicet, in latitudine xxxviij. pedum, et inde ponit se super iuratam.

Juratores dicunt quod predictus Radulfus iniuste leuauit quoddam fossatum in Riburga ad nocumentum liberi tenementi predicti Egidii sicut breue dicit, ita quod[1] leuacionem illam arcata est communis uia et chacia in longitudine unius perticate. Et ideo consideratum est quod fossatum prosternatur et sit sicut esse debet et solet, et Radulfus in misericordia[2].

4. Assisa uenit recognitura si Walterus Blakeman iniuste Freche-bruge
etc. disseisiuit Michaelem de Beaumes de libero tenemento

[1] Supply *per*. [2] This is Fitz. *Assize*, 437.

suo in suburbio de Lenna[1] post primam etc., et unde dicit quod cum habeat quoddam molendinum prope Lennam et molendinum molere debeat per aquam salsam ipse in tantum acreuit terram suam super stagnum et usque in stagnum illud quod cursus impeditur ad molendinum illud et eciam quod aqua non potest intrare in stagnum in tanta quantitate sicut intrare solet etc.[2]

Et Walterus dicit quod reuera nullam fecit disseisinam quia obstruxit mare et aquam salsam de terra sua propria et non de terra stagni nec ad nocumentum stagni et inde ponit se super iuratam.

Juratores dicunt quod predictus Walterus fecit quoddam nouum fossatum extra quoddam uetus fossatum quod factum fuit multo tempore transacto usque in stagnum predicti Michaelis et quod fundus inter illud uetus fossatum et nouum est ipsius Michaelis, et ideo ipse Michael disseisitus est de toto fundo inter illa duo fossata in aliquo loco circiter x. pedes et in aliquo circiter viij. et in aliquibus locis plus et minus. Et ideo consideratum est quod Michael recuperauit seisinam suam, et Walterus in misericordia, et nouum fossatum prosternatur et Michael faciat de terra usque ad uetus fossatum comodum suum sicut de terra sua etc.

1255. Norfolk. Assisa uenit recognitura si Thomas de Gelham et plures alii iniuste etc. disseisiuerunt Ricardum de Dunham de libero tenemento suo in Karletona et Dunham post primam coronacionem etc., et unde queritur quod disseisiuerunt eum de quadam piscaria etc.[3] Et Thomas et alii ueniunt, et Thomas dicit quod piscari debet in predicta piscaria racione tali etc.[4] et ponit se super iuratam.

Juratores dicunt quod de piscaria disseisiuit predictus Thomas predictum Ricardum iniuste etc. quia ibi nullam habere debet communam nec piscariam, et ibi capi fecit recia ipsius Ricardi, et in piscaria illa piscatus est iniuste sicut

[1] King's Lynn.

[2] Br. f. 234 b.

[3] Br. f. 233 b. This case is Fitz. Assise, 438. It seems that Richard complained not only that his right to fish had been impeded, but also that a bank had been raised to the nuisance of his land. In part he succeeds, in part he fails.

[4] The reason would be on the roll.

breue dicit. De tenemento uero et fossato dicunt quod predictus Thomas fecit quoddam fossatum largius quam solebat esse super quoddam tenementum. Requisiti cuius sit fundus ille super quem fecit largius fossatum illud, dicunt quod communis pastura est et non liberum tenementum ipsius Ricardi, unde idem Thomas nullum leuauit fossatum ad nocumentum liberi tenementi ipsius Ricardi, et ideo sit[1] in misericordia pro falso clamore de fossato et tenemento et perquirat sibi per breue de communa pasture. De piscaria uero recuperauit idem Ricardus seisinam suam uersus eundem Thomam et alios et ideo Thomas et alii in misericordia etc. |

6. Assisa uenit recognitura si Ricardus Russel iniuste et sine iudicio disseisiuit Johannem de Gelram de libero tenemento suo in Reimerestona post primam coronacionem etc., et unde queritur quod disseisiuit eum de una acra terre et uno mesuagio. [...b.] Mitford. Ely.[2]

Et Ricardus Russel et omnes alii[3] ueniunt et dicunt. Et Ricardus dicit quod assisa non debet inde fieri quia predictus Johannes dedit terram illam cuidam uillano ipsius Ricardi, et ipse uillanus reddidit terram illam domino suo sicut emptam de catallis domini sui, et quod ita ingressum habuit per uillanum illum in terram illam ponit se super iuratam.

Et Johannes uenit et dicit quod nunquam feofauit uillanum illum nec idem Gilibertus[4] ingressum habuit in terram illam per uillanum suum, set ipsum inde disseisiuit, et inde ponit se super iuratam.

Juratores dicunt quod predictus Johannes feofauit quemdam Willelmum qui inde obiit seisitus et post ipsum tenuit Adam frater eius[5] qui fuit uillanus ipsius Ricardi terram illam et illam excoluit et seminauit et inde obiit seisitus, et post mortem eius uenit ipse Johannes et asportauit lina uirida et non matura, et idem Ricardus asportauit kaumiam[6] maturam et alia. Et ideo consideratum est quod idem

[1] Richard is amerced.
[2] Reymerston is in Mitford Hundred, Norfolk, which seemingly belongs to the Church of Ely.
[3] Other deforciants whose names are omitted.
[4] Corr. *Ricardus* (?).
[5] Brother of William the villein.
[6] Straw, Fr. *chaume* (?).

Johannes nullam habuit seisinam, ita quod nichil capit per assisam, et ideo Ricardus inde sine die et Johannes in misericordia.

1257. Midford. Ely. Assisa uenit recognitura si Robertus de Stokely et plures alii disseisiuerunt Rogerum de Rising'[1] de libero tenemento suo in Rising' post primam etc. et unde dicit quod cum habeat quoddam feofatum[2] ab antiquo leuatum in eadem uilla inter terram suam et terram ipsius Roberti unde crista proiecta est uersus ipsum et arbores plantate sunt in eodem ipse succidit arbores et asportauit etc.

Et Robertus et alii ueniunt et dicunt quod predictus Rogerus nunquam fuit in seisina de fossato illo, set Robertus dicit quod aliquando fuit placitum inter quemdam Robertum de Rising' et Johannem le Peiteuin de toto manerio illo, ita quod per concordiam partitum fuit manerium illud inter eos, et ita quod medietas manerii illius ei remansit cum fossato illo, ita quod nullam habuit inde seisinam nisi latenter.

Et Rogerus dicit quod fossatum illud pertinet ad partem suam et quod ipsum inde disseisiuit et inde ponit se super iuratam.

Juratores dicunt quod fossatum illud factum fuit ad claudendum campum ipsius Rogeri scilicet quantum circumclaudit terram ipsius Rogeri et crista proiecta est uersus terram ipsius Rogeri et ipse Robertus asportauit arbores plantatas in fossato illo. Et ideo consideratum est quod Rogerus recuperet seisinam suam et Robertus in misericordia.

1258. Cantebr. Assisa uenit recognitura si Abbas de Waredona et plures alii iniuste et sine iudicio disseisiuerunt Johannem de Walepol de libero tenemento suo in Wroching' post etc., et unde dicit quod predicta Ingeleysia una etc.[3] in ligea uiduitate sua dedit ei quandam particulam terre sue in feodo per cartam suam etc.

Juratores dicunt quod reuera ipsa Ingeleisia habuit quemdam Petrum in uirum primo et idem Petrus quandam particulam illius terre dedit ipsi Johanni per cartam suam. Mortuo uero predicto Petro uenit predicta Ingeleisia in

[1] Castle Rising, Norfolk.
[2] Corr. *fossatum*.
[3] One of the defendants.

ligia uiduitate sua et confirmauit donum predicti Petri uiri sui et illud residuum quod habuit in manu sua dimisit eidem Johanni ad terminum pro xiij. cumbis frumenti ei per annum reddendis. Et postea infra terminum illum uenit idem Johannes et duxit predictam Ingeleysiam ad domum suam ad quoddam Natale apud Walepole et ita conuenit inter eos ibi quod predicta Ingeleysia concessit ei terram illam in feodo per cartam suam, ita quod ad Purificacionem B. Virginis proximo accesserunt insimul apud Wrothing', et ibidem quodam die festiuo inter matutinas et missam[1] fecit idem Johannes legi cartam illam et ipsa concessit donum, et ita quod idem Johannes tenuit conuiuium in domo illa, et nocte appropinquante dixit predictus Johannes eidem Ingeleisie quod recederet, et ipsa exiuit, et postea reuersa petebat quod posset ibi hospitari caritatiue[2], quo concesso in crastino recessit ipsa, et idem Johannes remansit in seisina et fuit inde in seisina[3] postea per duos annos continuos donec per ipsum Martinum[4] et Ingeleysiam fuit inde disseisitus. Et ideo consideratum est quod idem Johannes recuperauit seisinam suam, et Martinus et alii in misericordia, et Johannes similiter in misericordia pro falso clamore uersus eos qui uenerunt per preceptum uicecomitis[5]. De Abbate de Waredona dicit[6] quod reuera predictus Petrus[7] dedit ei viij. acras de terra illa et mortuo eodem Petro uenit ipsa et recuperauit terram illam per breue de ingressu et terram illam similiter dedit predicto Johanni, et postea cito[8] postquam disseisiuit predictum Johannem uenit ipsa et dedit predicto Abbati predictas viij. acras. Et ideo consideratum est quod Abbas disseisiuit ipsum J. de predictis viij. acris, et ideo Abbas in misericordia etc. |

Assisa uenit recognitura si Radulfus Pictauensis de Chauelegha et Reginaldus de Porta et Alicia uxor eius [199] Chauell?.

[1] Between matins and mass.
[2] Br. f. 50.
[3] Stop in MS.
[4] One of the unnamed deforciants. Perhaps Ingeleisia's second husband.
[5] Seemingly the sheriff interfered to quell the disturbance.
[6] Corr. *dicunt*; this is part of the verdict.
[7] Ingeleisia's first husband.
[8] Br. f. 175 b.
[9] Seemingly Chevely Hundred, Cambridge.

iniuste etc. disseisiuerunt Henricum de Bodekesham de libero tenemento suo in Saxtona post primam etc., et unde queritur quod disseisiuerunt eum de duabus solidatis, et unde dicit quod fuit in seisina de redditu illo per tres annos et per Rogerum de la Lake[1] qui assignatus fuit ad redditum illum reddendum per Agatham matrem ipsius Henrici qui redditum illum ei dedit. Et Radulfus Pictauensis non uenit quia non fuit inuentus eo quod est garcio Johannis de Saxtona pedes[2]. Set Reginaldus qui predictum redditum tenet uenit pro se et Alicia uxore eius et nichil dicit quare assisa remaneat.

Juratores dicunt quod reuera predicta Agatha dedit Rogero de la Brake unam croftam unde predictus redditus prouenit pro ij. sol. et postea dedit predictum redditum et homagium ipsius Rogeri predicto Henrico, ita quod fuit in seisina quamdiu terra illa fuit in manu ipsius Rogeri, et postea dedit idem Rogerus terram illam Radulfo Pictauensi, et idem Radulfus nunquam soluit ei redditum illum, et postea uenit idem Radulfus et reddidit redditum illum Florencie matri predicte Alicie, et ipsa Florencia postea dedit terram illam predicto Reginaldo in maritagium, cum Alicia filia sua. Et quia idem Henricus ita fuit in seisina et ita sine iudicio disseisitus, consideratum est quod recuperauit seisinam suam et Radulfus et alii in misericordia.

1260[3]. Assisa uenit recognitura si Ricardus le Brun et plures alii iniuste etc. disseisiuerunt Nicholaum de Dullingeham de libero tenemento suo etc. post primam etc., unde dicit etc. Et Ricardus et alii ueniunt etc.

Juratores dicunt quod reuera idem Ricardus[4] dedit predicto Nicholao filio suo x. acras de eadem terra ita quod ipse reciperet[5] tota uita sua, et quia quidam capellanus tenuit terram illam uenit idem Nicholaus et peciit quod concederet ei unam trauam[6] de blado suo quod posset uti

[1] *de la Brake* below.
[2] He was John's footboy.
[3] No marginal venue. A Cambridgeshire assize.
[4] Apparently not the defendant, but the father of Nicholas and of Richard le Brun.
[5] Something seems omitted. Was he to receive the rent payable by the chaplain?
[6] A thrave of wheat is twelve sheaves. (Halliwell.)

seisina sua, et ipse concessit ei, et ipse asportauit trauam illam et triticari fecit illam pro uoluntate sua, set postea nichil aliud percepit nomine suo. Processu uero temporis conuenit inter ipsum Nicholaum et Ricardum patrem suum, quia datum fuit ei intelligi quod Ricardus frater antenatus[1] mortuus fuit in Scocia, quod idem Nicholaus haberet totam terram illius Ricardi preterquam mesuagium et quamdam paruam terram forinsecam tali condicione quod si predictus Ricardus ueniret de Scocia quod donum illud nullum esset et quod idem Ricardus haberet terram illam. Postea uero quando idem Ricardus reuersus fuit de Scocia conuenit inter ipsum Nicholaum et predictum Ricardum quod tota terra illa remaneret predicto Nicholao in feodo per xx. marcas quas idem Nicholaus ei daret. Et quia predictus Nicholaus non potuit ei reddere ei denarios illos nec tenere ei conuencionem illam uenit et reddidit eidem Ricardo terram illam spontanea uoluntate et non coactus. Et quia nulla cepit expleta de predictis x. acris nec aliquam seisinam inde habuit et uoluntate spontanea reddidit eidem Ricardo terram illam, consideratum est quod Nicholaus[2] capiat per assisam et Ricardus inde sine die et Nicholaus in misericordia etc.

Assisa uenit recognitura si Ricardus de Boeles et plures alii et infra[4] disseisiuerunt Petrum Seissorem de libero tenemento suo in Dilintona post primam etc., et unde queritur quod disseisiuerunt eum de vj. acris terre etc.

Et Ricardus de Boeles balliuus Comitis de Herefordia cuius homines ipsi sunt etc. uenit et dicit quod nichil clamant in tenemento illo nisi communam pasture unde fuerunt in seisina ab antiquo tempore, et dicit quod terra illa redacta est in culturam hoc anno ita quod si aueria sua pasta sint blada illa hoc non fuit cum warda facta set per escapium[5], et bene dicit quod fossata illa non sunt per illos prostrata set per forestarios et per consideracionem uiridariorum.

[1] The deforceant.

[2] Supply *nichil*.

[3] Dillington and Kimbolton are in Huntingdonshire.

[4] Names of the other deforciants omitted.

[5] If there was a mere escape of beasts into the land in question this would be no disseisin. The Statute of Merton has been lately past; seemingly Peter has been approving.

Et Petrus et Mauricius[1] dicunt quod terram illam habuerunt et excoluerunt per tres annos uel quatuor secundum quod predictum est et si aliqua terra ibi de nouo redacta sit in culturam non conqueruntur de illa.

Juratores dicunt quod homines de Kinebalt' fere maior pars uillate inmiserunt aueria sua in terram illam que ab antiquo fuit exculta cum warda facta, et pauerunt blada et fossata ipsius Petri prostrauerunt per que uetus tenementum fuit inclusum, et reuera forestarii prostrauerunt fossata per que noua tenementa de nouo fuerunt inclusa et quandam partem de ueteri fossato circiter duas perticatas, et similiter bladum ipsius manerii depastum est cum warda facta et similiter fossata sua prostrauerunt. Et ideo consideratum est quod predicti Mauricius et Petrus recuperauerunt seisinam suam et omnes alii in misericordia. |

[120 b.]
1262. Wigorn. Preceptum est uicecomiti semel et secundo quod mitteret quatuor legales milites de comitatu suo ad Galfridum de Abbetota qui languidus est ut dicitur ad uidendum utrum idem Galfridus sit compos sui et sane mentis ita quod secundum consuetudinem regni possit terram lucrari uel perdere uel non, et quod uenire faceret milites ad testificandum etc., et milites non uenerunt set uicecomes misit nomina militum. Postea ad peticionem ipsius G. de Abbetota posita est loquela usque ad aduentum iusticiariorum, et ideo hic sine die. Et uicecomes uenire faciat in aduentum iusticiariorum predictos milites ad testificandum etc. Postea uenerunt quatuor milites missi et dicunt quod non est compos sui nec sane mentis ita quod possit secundum consuetudinem regni terram lucrari nec perdere[2].

1263. Dorset. David Basset et Galfridus de Laugelegha Marescallus Dom. Regis manuceperunt super omnia que habent uel habebunt coram Dom. Rege tali die etc. Robertum filium Johannis de Baiocis ad standum recto de hoc quod cum ui sua cepit quandam puellam cuius custodia ad ipsum Dom. Regem pertinet et ipsam abduxit. Et ideo mandatum est uicecomiti quod ponat in respectum utlagariam que eidem Roberto fieri debuit predicta occasione[3].

[1] A plaintiff not named above. [2] See Br. f. 420 b. [3] See Case 1267.

Assisa uenit recognitura si Johannes de Marinis et plures alii et infra[1] iniuste etc. disseisiuerunt Sarram de Tudeham de libero tenemento suo in Seffordia post primam etc., et unde queritur quod disseisiuerunt eam de uno mesuagio etc. Et Johannes et alii non uenerunt, et testatum est quod fecerunt disseisinam infra itineracionem Dom. Regis uersus partes illas et statim recesserunt ita quod non potuerunt inueniri. Et ideo procedat assisa uersus eos per defaltam. Cantebrugg.

Juratores dicunt quod predictum mesuagium simul cum alia terra datum fuit in maritagium eidem Sarre ita quod fuit in seisina de redditu et homagio per magnum tempus, et mortua quadam muliere que tenuit mesuagium illud uenerunt ipsi Johannes et alii et noluerunt permittere quod heres ipsius mulieris faceret eidem Sarre seruicium nec homagium suum, nec releuium. Et ideo consideratum est quod predicta Sarra[2] recuperauit seisinam et Johannes et alii in misericordia.

Preceptum fuit uicecomiti quod haberet coram Dom. Rege corpora Willelmi Crupet et plurium aliorum iuratorum assise noue disseisine quam Simon de Lelbrug' aramiauit uersus Emmam de Cheddewrthe de tenemento in Lelbrug', ad certificandum Dom. Regem de sacramento quod fecerunt de assisa illa et tenemento illo, et unde predicta Emma questa est quod assisa illa falso etc. Glouc.

Et predicti Willelmus et alii ueniunt et dicunt precise sicut prius dixerunt coram iusticiariis ad assisam illam capiendam assignatis quod predictus[3] Emma iniuste et sine iudicio disseisiuit ipsum Simonem de libero tenemento suo in Lelbrug' post terminum etc.

Et predictus Simon quesitus quod ius habuit in terra illa et quandam seisinam, dicit quod habuit terram illam de dono Johannis de Matresdona et Alicie uxoris eius per cartam eorum quam profert et que testatur quod idem Johannes et Alicia concesserunt et tradiderunt ipsi Simoni quartam partem unius uirgate terre in Lelbrug' habendam et tenendam

[1] Names of other defendants omitted.

[2] Sarah, it seems, brought an assize for the messuage, though she did not claim to hold in demesne.

[3] Sic.

sibi et heredibus suis de ipsis Johanne et Alicia et eorum heredibus libere et integre in perpetuum, reddendo inde per annum v. sol. pro omni seruicio saluo forinseco, ita quod reddidit eis redditum illum donec per ipsos assignatus fuit Waltero de Bannebiria ad redditum illum reddendum. Et predicti iuratores quesiti si carta illa uera sit, dicunt quod sic, et quidam eorum interfuerunt ubi carta illa lecta fuit in pleno comitatu, et quod idem Simon per cartam illam fuit feoffatus de terra illa. Et ideo ipse Simon inde sine die et dictum est predicte Emme quod sibi inde perquirat per breue de conuincendo illos per xxiiij. si uoluerit uel alio modo[1].

1266. Wigorn. Alicia de Russok petit uersus Galfridum Esturmy terciam partem manerii de Russok cum pert. ut dotem suam etc. Et Galfridus uenit et alias fecit defaltam postquam obiecerat ei quod wauiata fuit in comitatu Wigornie pro morte Walteri de Portes et abiurauit regnum Anglie apud Norhamptonam, ita quod terra capta fuit in manum Dom. Regis et ipse summonitus fuit quod esset auditurus iudicium suum. Qui uenit et dicit quod nullum fecit attornatum in loquela nec Adam Esturmy nec alium. Postea inuentum est in rotulis quod idem Galfridus fecit predictum Adam et quosdam alios attornatos suos qui pro eo sequebantur loquelam illam. Et quia predictus Adam non potest saluare defaltam consideratum est quod Alicia recuperauit seisinam suam de tercia parte predicti manerii, et G. in misericordia, nisi milites iur' dixerint quod ipsa wauiata fuit in comitatu Wigornie uel quod abiurauit regnum apud Norhamptonam. |

[191.] Postea ueniunt omnes iuratores et dicunt quod ipsa nunquam wauiata fuit in comitatu Wigornie pro morte predicti Walteri de Portes nec abiurauit regnum Anglie apud Norhamptonam. Et ideo ipsa inde quieta et recuperauit seisinam suam et G. in misericordia. Et fecit finem cum ea pro dampnis suis etc. et inuenit plegios suos etc.

1267. Dorset. Sumerset. Thomas de Baiocis summonitus fuit ad respondendum Dom. Regi quare adduxit Elenam iuniorem filiam Eudonis de Moruilla que est de donacione Dom. Regis qui eam uolut

[1] This is a case for an attaint, not for a certificate, for the verdict is plain enough.

maritare Radulfo de Gorges. Et Thomas uenit et dicit quod predictus Eudo ipsam ei dedit in uita sua ita quod ipsam desponsauit in uita patris sui et ipsam adduxit ut uxorem suam. Postea uenit Thomas et inuenit plegios tales etc. quod habebit eam coram Dom. Rege etc. Demaritagio. Moreuilla Gorges[1].

Ad diem illum uenit idem Thomas et produxit Elenam filiam ipsius Eudonis, et quesitus quando desponsaret eam, dicit quod primo coram ipso Eudone patre ipsius Elene et de consensu et uoluntate eius accepit eam in uxorem per uerba de presenti dicendo, accipio te in uxorem meam, et postea quadam die dominica, unde idem Eudo obiit die Martis sequenti, desponsauit eam in facie ecclesie adhibita debita solempnitate coram pluribus fidedignis qui hoc probabunt si fuerit necesse. Et quia predicta Elena est infra etatem et cum ad etatem peruenerit potest consentire matrimonio uel dissentire et cum non teneat matrimonium ex parte sua ante etatem quamuis ualeat et teneat ex parte ipsius Thome qui plenam habet etatem, ideo remanet predicta Elena in custodia Dom. Regis usque ad etatem ut consenciat matrimonio uel dissenciat. Et quia idem Thomas abduxit eam in Walliam extra potestatem Dom. Regis sicut ipse cognoscit ideo custodiatur. Postea inuenit plegios ad standum recto. Et dies datus est plegiis de habendo eum tali die etc. coram Dom. Rege etc. Et quia ita abduxit eam extra potestatem Dom. Regis et non reduxit eam nisi coactus ideo in misericordia etc.

Gilibertus de Popham summonitus fuit ad warentizandum Petro de Heies xvj. acras terre cum pert. in Necham etc. Et Gilibertus uenit et petit inspeccionem carte per quam debeat terram illam ei warentizare. Suth.

Et Petrus dicit quod ipse est in seisina de seruicio suo et quod pater suus[2] et antecessores sui obierunt in seisina de seruicio illo et super hoc profert quandam cartam cuiusdam Willelmi filii Thurstani que testatur quod ipse liberauit et

[1] See Case 1263 and the marginal note to Case 336 which note apparently alludes to these proceedings, taking the point that process to outlawry is applicable in such a case as the present. It seems that Elen rejected Thomas and married Ralph. This case is Fitz. *Garde*, 147.

[2] Gilbert's father.

remisit antecessoribus ipsius Petri ten' pro iiij. sol. per annum.

Et Gilibertus dicit quod non est heres ipsius Willelmi qui cartam illam dedit nec aliquid in ea continetur per quod debeat terram illam warentizare nec aliquid clamat in terra illa nec in seruicio illo, et ideo non uidetur ei quod debeat illam ei warentizare. Et Petrus dicit quod Robertus pater ipsius Giliberti habuit septem acras in Necham in escambio pro illis xvj. acris ab antecessoribus suis propter quod debet terram illam ei warentizare.

Et Gilibertus dicit quod nullam terram tenet in escambio pro illis xvj. acris, nec aliquid clamat in illis nec in seruicio illo, nec idem Petrus aliquam cartam profert de feofamento nec aliquod munimentum per quod debeat illam warentizare. Ideo consideratum est quod Dom. Rex[1] recuperauit seisinam suam et Gilibertus inde sine die, et si idem Petrus crediderit se aliquod ius habere in terra illa, perquirat inde sibi per legem terre uersus Gilibertum si uoluerit[2].

1269. Kant. Henricus de Kantia questus fuit Dom. Regi quod cum implacitaret quemdam Willelmum Picoc coram iusticiariis in banco per breue de fine facto, et unde ibi questus fuit quod predictus Johannes de N.[3] iniuste cepit aueria sua et detinuit pro defectu ipsius Willelmi contra finem illum, et coram eisdem iusticiariis consideratum esset quod aueria sua ei deliberarentur, et tulisset breue Dom. Regis predicto Johanni, ipse J. illud recipere noluit nec aliquid pro eo facere noluit in contemptum Dom. Regis, et eciam plura breuia recipere recusauit, ita quod dampnum habet etc. Et J. uenit et dicit quod predictus W. Pikoc implacitauit eundem Henricum de placito conuencionis in comitatu et in tantum processit placitum illud quod adiudicate fuerunt eidem Willelmo per consideracionem comitatus ij. marce et dimidia, et datus fuit dies ad solucionem faciendam, ad quem nichil soluit ita quod consideratum fuit quod distringeretur, et ballini ceperunt aueria ipsius H., et super hoc uenit H. et dicit

[1] The king is demandant, Peter tenant, Gilbert voucher.

[2] This is Fitz. Garrant de Chartres, 23.

[3] Seemingly the heres

breue Regis quod aueria sua deliberarentur *primo unum, post aliud, et plura*[1] contra consideracionem illam, et quia aueria sua non deliberauit ideo fecit querelam istam, et inde ponit se super patriam et super comitatum. Et predictus W. presens est et hoc cognoscit et H. similiter. Et ideo quia iudicium comitatus non fuit conuictum ad falsum, consideratum est quod aueria non fuerunt replegianda, et predictus J. in nullo reliquit[2] quod aueria non deliberauit, et ideo J. sine die et H. in misericordia. |

0. Custodia terrarum que fuerunt Odardi de Wigentona in comitatu Cumbrie remanet Dom. Regi quia idem Odardus tenuit de Dom. Rege per serianciam scilicet eundi cum eo in exercitu uersus Scociam in antegarda et in redditu suo in retrogarda quod quidem reputatur esse magna seriancia secundum quod conuictum est per inquisicionem, et preterea quia dedit cornagium quod anglice dicitur horngelde[3]. [151 b.] Cumberland.

1. Michael de Bauent summonitus quo waranto clamat libertatem habendi wreccum in hundredo de Blithinge[4] uenit et dicit quod ipse et antecessores sui semper habuerunt wreccum in eodem hundredo a conquestu Anglie, ita quod ipse alias habuit wreccum tempore Regis J. scilicet tabulas et alias minutas res. Et quesitus quid nunc habet de wrecco illo, dicit quod habuit lx. libras cere et xxxij. pelles murilegorum, xx. bordas etc. Et quesitus de quo tenet tenementum suum per quod clamat libertatem illam, dicit de Comite Rogero[6]. Et quia nichil tenet de Dom. Rege nec ab aliquo qui huiusmodi habere possit libertatem nec aliud ostendit speciale quid[7] propter quod istud ius ad ipsum pertineat nisi quod habuit aliquando borz[8] quod non tenetur pro wrecco, ideo consideratum est quod reddat wreccum quod cepit et sit in misericordia pro transgressione illa[9]. Suffok. De wrecco[5].

2. Simon de Petraponte eodem modo summonitus dicit quod Suffok.

[1] Of these words I am uncertain. [illegible] followed up his first writ with [illegible] and a pluries.

[2] Corr. *deliquit*.

[3] See Br. f. 55 b, 87 b. This case is [illegible], 148.

[4] In [illegible] hundred is Easton [illegible]. In 9 Edw. I., a Thomas [illegible] was in trouble for taking wreck in this part of the world. Page, *Supplement to the Suffolk Traveller*, p. 228.

[5] By the copyist.

[6] Roger Bigod.

[7] Om. *quid*.

[8] The boards, *tabulas*, above mentioned.

[9] Br. f. 55 b.

tenet terram suam per quam clamat libertatem de Comite Warannie, et ipse et antecessores sui semper habuerunt wreccum a conquestu Anglie, et quicquid habuit de wrecco isto inrotulatum est per uicecomitem et coronatores. Idem iudicium ut supra[1].

1273. Cestr. [2]Datus fuit dies Willelmo de Fortibus et uxori sue et participibus suis heredibus J. Comitis Cestrie tali die etc. coram Dom. Rege de audiendo iudicio suo, utrum si Comitatus Cestrie diuidatur inter participes debeant tenere singulas partes de Dom. Rege in capite uel de Willelmo de Fortibus qui habet aesnesciam et debet esse Comes ut ipse dicit. Et Dom. Rex petit iudicium si debeat partiri, et petit sibi allocari quod habet partem unam scilicet Johannis de Balliolo et uxoris sue etc.[3]

Item de hoc quod petit[4] totum comitatum et dicit quod non est partibilis dicunt Henricus et participes sui quod hucusque usitatum est in Anglia quod si aliqua hereditas descendit sororibus quod equaliter diuidatur inter sorores, et ita in Anglia hucusque semper usitatum est et nunquam uisum est contrarium. Item si sorores aliquam petant hereditatem per assisam mortis antecessoris nulla potest petere sine altera, et si seisina fieri debeat omnibus simul fieri debet. Ita[5] patet quod partiri debeat quia quando alias facta fuit particio inter heredes Comitis Raunulfi scilicet Comitem Johannem qui fuit de sorore eius primogenita et alias sorores ipsius Comitis Raunulfi de Cestria, de communi

[1] See last case.

[2] In 1232 died Earl Ranulf. His heirs were, (a) his nephew John le Scot, representing a dead sister Maud, (b) his nephew Hugh of Albini afterwards Earl of Arundel, (c) his sister Agnes, wife of William Earl of Ferrers, (d) his sister Hawisia, wife of Robert de Quenci Earl of Winchester. John le Scot became Earl of Chester, but the exact nature of his title to the County Palatine is questioned in this case. In 1237 he died. His heirs were (1) his niece Christiana, wife of William de Forz afterwards Earl of Albemarle, representing a dead sister, (2) his niece Devorguil, wife of John Balliol, representing the same sister, (3) his sister Ada, wife of Henry of Hastings, (4) his sister Isabella, wife of Robert Bruce. William de Forz claims the county as an indivisible whole in right of his wife, eldest daughter of the eldest sister of Earl John. See above Cases 1127, 1213, 1227.

[3] The nature of the king's claim to the share does not appear. At this point there is probably an omission. What follows is part of the pleading of Henry of Hastings and those whose interest is the same as his.

[4] William de Forz it is who claims the whole county.

[5] Corr. *Item*.

assensu omnium[1] facta fuit particio inter omnes participes, ita quod Comitatus Cestrie integre remansit predicto Comiti Johanni ad partem suam et alie terre extra comitatum partite fuerunt per racionabilem extensionem inter alios participes, et hoc fuit in curia Dom. Regis apud Norhamptonam, et tali modo facta fuit quod si aliquid deesset alicui de parte sua quod ille qui plus haberet perficeret de parte sua aliis participibus qui minus haberent, et unde alii participes postmodum implacitauerunt predictum Comitem J. eo quod habuit ad partem suam ut aliis uidebatur plusquam ad eum pertinuit habendum, set Comes J. obiit infra placitum. Et si Comitatus Cestrie non esset partibilis sicut idem Willelmus dicit predictus Comes J. quando particio alias facta fuit de hereditate Comitis Rannulfi inter heredes suos haberet Comitatum Cestrie integre et [2]precipuum et nichilominus partem suam de aliis terris extra Comitatum Cestrie, sicut de Comitatu Lincolnie et aliis terris. Et ex quo ita partem suam non habuit uidetur quod Comitatus ille Cestrie partibilis sit. Item uidetur quod partiri debeat per hoc quod cum Comes Albemarlie implacitatus esset a Simone de S. Licio de quodam manerio uocauit omnes participes illos ad warantizandum simul[3].

Et Willelmus pro se et uxore sua dicit[4] sine placito ad hoc quod dicunt quod Dom. Rex est in seisina per eos de partibus ipsorum ipsi de escambio per Dom. Regem, quod hoc ei nocere non debet, quia id quod ipsi inter se fecerunt non debet impedire seisinam suam et petit iudicium. Item[5] de hoc quod dicunt quod ipsi propinquiores sunt in gradu et quod expectauerunt mortem utriusque Comitis hoc ei nocere non debet cum uxor sua sit de primogenita sorore et petit

[1] The argument is that Earl John's getting the whole county was merely the result of a family arrangement.

[2] Comp. n. (?). If John had got the county by hereditary right he would have taken it as a preciput and not have brought it into hotchpot.

[3] In a suit by Simon of Senlis the Earl of Albemarle vouched all the coparceners to warranty, thus treating them as parceners. See judgment below.

[4] William's first argument seems a reply to something that the copyist has omitted; perhaps Henry and the other parceners had granted their shares to the king in exchange for other lands. This may be the meaning of the king's statement that one share belongs to him.

[5] Reply to an argument that sisters are nearer heirs than nieces.

seisinam sicut de aesnescia sua qualem Comes J. habuit. Item ad hoc quod dicunt quod hereditas quelibet que sororibus accidit diuidi debet inter sorores et quod nunquam nisus
[182.] fuit casus Comitatus, | dicit quod casus iste non est similis casibus communibus nec unquam euenit iste casus in Anglia, unde Comitatus diuidi non debet cum sit Comitatus Paleys. Item ad hoc dicit[1] quod facta fuit particio tocius hereditatis Comitis Rannulfi simul cum Comitatu Cestrie et per extensionem et quod Comes J. habuit Comitatum Cestrie ad partem suam et per extensionem, ad hoc[2] dicit Willelmus quod de hoc nichil scit, set quicquid dicatur semper petit consideracionem curie Dom. Regis secundum quod predictum est de Comitatu integre racione aesnescie qualem predictus Johannes Comes habuit saluo iure cuiuslibet[3]. Et dicit eciam quod in uita ipsius Comitis Rannulfi positus fuit in seisinam Comes J. de ipso Comitatu et cepit homagium et fidelitates hominum et propter hoc non quietam clamauit partem suam de aliis terris extra Comitatum etc.

Et super hoc uenit Johannes de Baillol pro se et uxore sua et petit partem suam cum predicto Willelmo de Fortibus et uxore sua sicut ille qui habet sororem uxoris ipsius Willelmi et exiit de sorore ipsius Johannis primogenita sicut et uxor ipsius Willelmi et petit medietatem scilicet illius partis quam predicti Willelmus et Christiana habuerint, hoc est siue ipsi habuerint totum Comitatum integre siue partem etc.

Et quia pauci magnates presentes fuerunt in curia qui in se non fuerunt ausi assumere de faciendo iudicio[4], ideo pro afforciamento curie datus est dies talis etc. de audiendo iudicio suo de consilio curie etc. Et Comes W. de Ferariis et Comes de Arundel etc. apponunt clamium suum etc.[5]

Postea apud Westmonasterium coram Dom. Rege et coram Octone tunc Ecclesie Romane Legato, E. Cantuariensi,

[1] Corr. *Item ad hoc quod dicunt.*

[2] *ad hoc* interlined; omit these words.

[3] Be proprietary right where it may, I leave the possessory right based on John's seisin.

[4] See Case 1227.

[5] This is a claim on behalf of two of the heirs of Earl Ranulf, intending to open the question whether Earl John was entitled to the whole of the Palatinate by hereditary right.

W. Eboracensi Archiepiscopis, Lincolniensi, Norwicensi, Karleolensi, Wygornensi, Cycestrensi Episcopis, W. Comite de Ferariis, H. Comite Herefordie, Stephano de Segraue, Johanne Byset, Hereberto filio Mathei, Petro filio Hereberti, Johanne filio Galfridi, Petro de Malo Lacu, Willelmo de Cantelupo, Gilberto Basset, Bertramo de Curiel, Johanne de Neuilla et pluribus aliis magnatibus Anglie tunc presentibus, recitatum est recordum et redditum iudicium hoc modo, quia semper hucusque usitatum est in Anglia quod si aliqua hereditas descendat sororibus quod hereditas illa inter eas equaliter diuidatur, et numquam uisum est contrarium, et preterea cum omnes sint quasi unus heres et nulla earum potest sine aliis petere uel respondere, et preterea quia alias facta fuit particio inter heredes Comitis Rannulfi de eadem hereditate ita quod Comes J. habuit ad partem suam predictum Comitatum Cestrie per extensionem et ita quod nichil habuit de terris que fuerunt Comitis Rannulfi forinsecis nec aliquid inde clamabat et tali modo quod si plus haberet per extensionem quam ad eum pertineret quod superfluum refunderet aliis participibus suis, et preterea cum quidam de participibus suis implacitati essent de quadam parte illius hereditatis et nollent sine participibus respondere ipse Comes Johannes uenit cum aliis participibus et respondit sicut particeps racione predicti Comitatus, et quia predictus Willelmus et uxor eius nullam ostendunt racionem sufficientem neque probabilem in contrarium quod non sit partibilis, consideratum est quod Comitatus diuidatur inter predictos participes[2]. Nota quod Comitatus Palacys diuidendus est inter coheredes. Iudicium redditum de Comitatu Cestrie[1].

4 Abbas de Beggeham summonitus fuit ad respondendum Dom. Regi quo waranto tenet j. dennam cum pert. in Ellefordia[3], et Nicholaus de Kenet eodem modo quo waranto tenet unam dennam cum pert. in eadem uilla. Kent.

Et Abbas uenit et dicit quod habet dennam istam de dono et concessione Willelmi de Kayu per cartam suam quam profert et que testatur quod dat et confirmat domo et canonicis de Beggeham et successoribus suis in puram et

[1] In the margin. See Br. f. 76, 76 b.
[2] This case is Fitz. *Particion*, 18.
[3] Aylesford.

perpetuam elemosinam totam terram quam habuit in Sandrigg' cum omnibus pertinenciis suis sine aliquo retenemento ita libere et quiete sicut aliqua elemosina liberius et quiescius et melius potest possideri, et unde Abbas dicit quod denna illa est de predicta terra de Sanrigg'. Dicit eciam idem Abbas quod Rex J. pater Dom. Regis confirmat ei donum illud per cartam[1] suam quam profert et que testatur quod inter alia tenementa et alias concessiones quas ei confirmat, confirmat ei de dono Willelmi de Kayu totam terram quam idem Willelmus habuit in Sandrigg' de feodo de Ellefordia, et unde dicit quod cum J. Rex pater Dom. Regis terram illam ei confirmauerit non potest idem Dom. Rex petere contra confirmacionem patris sui cum non sit alius qui petat nisi Dom. Rex. Dicit eciam quod alias implacitatus fuit per Dom. Regem et per consimile breue, et tunc audita responsione recessit sine die, et inde ponit se super rotulos, et si hoc non sufficit, dicet aliud. Quesitus est rotulus in quo compertum est quod Abbas eodem modo tunc summonitus fuit sicuti et nunc, et ibi eodem modo respondit sicut hic, et ita quod ibi recessit sine die. Et Ricardus de Grey qui sequitur pro Dom. Rege dicit quod predictus Willelmus nichil tenuit de terra illa in feodo quod posset alicui eam dare nisi tantum de ballio J. Regis. |

[192 b.] Et Abbas dicit quod tenuit illam in feodo et siue illam teneret in feodo siue de ballio uidetur ei quod Dom. Rex non potest eam petere contra sui patris confirmacionem.

Et Ricardus qui sequitur pro Rege dicit quod confirmacio illa ei nocere non debet ex quo facit mencionem de pluribus aliis terris et donis, et Dom. Rex deceptus fuit et si sciret quod esset de feodo suo eam non confirmasset. Et Abbas dicit quod non fuit deceptus quia in confirmacione illa fecit mencionem de dono Willelmi Kayu et de feodo de Ellefordia. Et quia habet confirmacionem J. Regis de terra illa que expressam facit mencionem de terra de Ellefordia siue idem Willelmus haberet in feodo siue de ballio, consideratum est coram Dom. Rege quod Abbas recedat quietus cum seisina sua.

[1] Among the charters of Bayham Abbey in Monast. vol. 6, p. 914.

PLACITA CORAM DOM. REGE HENRICO FILIO REGIS JOHANNIS ANNO REGNI SUI VICESIMO QUARTO.

5. Prior de Britewella summonitus fuit ad ostendendum quo waranto tenet aduocacionem ecclesie de Kanewedena que est eschaeta Dom. Regis etc. Essex.

Et Prior uenit et dicit quod habet aduocacionem illius ecclesie de dono cuiusdam Roberti de Essexia filii Swain et patris Henrici de Essexia qui inter ceteras donaciones quas ei fecit dedit eidem Priori dictam aduocacionem etc et inde etc.

Et Eudo filius R. qui sequitur pro Dom. Rege uenit et dicit quod donum predicti Roberti nec donum Henrici nec confirmaciones Regis et Episcopi ei ualere deberent, quia post donum illud et post confirmaciones illas presentauit ipse Henricus de Essexia ad eandem ecclesiam quamdam personam scilicet Johannem de Danmartin qui ad presentacionem suam fuit admissus ad eandem ecclesiam, et uixit longe post mortem ipsius Henrici et obiit persona, et ita quod quando manerium de Kanewodena cecidit in manum Dom. Regis Ricardi per feloniam quam idem Henricus fecerat[1], dedit idem Dom. Rex manerium illud cum omnibus pert. suis et cum aduocacione illius ecclesie cuidam Magistro Orry ingeniatori suo, et post mortem ipsius Magistri Orry habuit Alanus Orry manerium illud cum omnibus pert. suis. Ad cartam uero Henrici de Essexia respondet quod illa ualere non debet eidem Priori quia confecta fuit post feloniam quam fecit per quam amisit manerium illud et alias terras suas. Datus est dies etc.

6. Assisa uenit recognitura si Ruwaldus filius Alani iniuste etc. disseisiuit Rogerum de Scaccario de communa pasture sue in Estwode que pertinet ad liberum tenementum suum in Abefeldia post primam etc. Oxon.

Et Ruwaldus uenit et dicit quod nunquam disseisiuit eum

[1] Henry of Essex was convicted of treason in 1163.

de aliqua communa quia nullam habuit ibi nec umquam fuit in seisina de eadem communa pasture et inde ponit se super iuratam.

Juratores dicunt quod predictus Rogerus habuit ibi communam et semper ibi communicauit set nesciunt si pastura illa pertineat ad liberum tenementum suum in Abefeldia set bene sciunt quod homines ipsius Rogeri et ipse Rogerus similiter de Eustowode communicant in bosco et in terra ipsius Ruwaldi et ipse Rowaldus et homines sui de Abefeldia communicant cum ipso Rogero et hominibus suis in terra ipsius Rogeri set non sunt de eodem feodo nec de baronia[1]. Et quia sic fuit in seisina consideratum est quod Rogerus recuperauit seisinam suam et Ruwaldus in misericordia[2].

1277. Wiltes. Henricus de Mara summonitus fuit ad respondendum Johanni de Dibenham quare distringit ipsum Johannem ad fac' ei consuetudines et seruicia que ei non recognoscunt[3] desicut idem Johannes nichil clamat tenere de ipso et ad respondendum quare iterum[4] cepit aueria eiusdem Johannis occasione predicta postquam ei replegiata fuerunt per preceptum Dom. Regis et postquam loquelam illam coram iusticiariis ad primam assisam cum in illas partes uenerint pon' precep', et unde dicit quod iniuste eum distringit pro sectis et pannagiis.

Et Henricus uenit et dicit quod predictus Johannes iniuste dicit quod non tenet de eo et quod nullum seruicium ei debet, quia reuera Willelmus Lungespeye filius et heres Ele quondam Comitisse Sarisbirie dedit ei quicquid habuit [123.] uel habere | potuit in uilla de Sheprigge, Didenham et Ferlegha, Hentona ut in terris, homagiis, hominibus, et eorum sequelis, redditibus, seruiciis, libertatibus, liberis consuetudinibus, et omnibus aliis pertinenciis suis preter nemora sua de Seperigge, Didenham et Fernlegha et Hesrug' et preter seruicium et redditum Thome Blundi et aliorum etc. et infra[5], et ita quod homines et tenentes ipsius Henrici sicut consueuerunt habeant porcos suos nutricios in domibus

[1] See Br. f. 230.
[2] This is Fitz. *Assise*, 139.
[3] Sic.
[4] Br. f. 159.
[5] Omission of names of other tenants.

suis in dictis nemoribus quietos et predictus Henricus habeat pannagium hominum suorum, et unde dicit quod idem Willelmus ei dedit homagium et seruicium predicti Johannis et in plena curia attornauit ei in presencia ipsius Johannis seruicium ipsius Johannis, et unde dicit quod fuit in seisina de predicto seruicio ipsius Johannis et de sectis et aliis continue per duos annos usque ad festum S. Martini etc. et inde ponit se super patriam.

De capcione uero aueriorum respondit et dicit quod distrinxit eum pro seruiciis suis et consuetudinibus et cepit aueria sua ita quod ad querelam ipsius Johannis deliberata fuerunt semel per uicecomitem, et illa postea ei retornata fuerunt per consideracionem comitatus et inde ponit se super comitatum. Et Henricus petit sibi allocari quod idem Johannes deaduocat eum quod nichil clamat tenere de eo etc.

Et Johannes uenit et dicit quod nichil tenet de eo et nichil clamat tenere de eo quia reuera Ela quondam Comitissa Sarisbirie in ligia potestate et uiduitate sua dedit ei pro homagio et seruicio suo quamdam terram in manerio suo de Seprigge scilicet totam terram cum pert. quam Rogerus de Didenham frater ipsius Johannis tenuit in Didenham habendam et tenendam sibi et heredibus suis etc. libere quiete reddendo inde annuatim sibi et heredibus suis ipse et heredes sui iij. s. et tres obolos pro omni seruicio demanda et seculari exaccione, ita quod tempore predicte Comitisse quamdiu manerium de Sheprigge fuit in manu sua nunquam fecit ei alias consuetudines uel seruicia quam predictos denarios, et inde profert cartam predicte Comitisse que donum illud testatur. Profert etiam cartam Willelmi Lungespeye filii et heredis predicte Comitisse per quam confirmat ei donum predicte Comitisse per eadem uerba que continentur in carta ipsius Comitisse, et unde dicit quod quamdiu manerium illud fuit in manu ipsius Willelmi nunquam fecit alias consuetudines uel seruicia quam predictum seruicium predictorum denariorum per annum, et quando idem Willelmus dedit eidem Henrico xij. libratas terre in predicto manerio de Sheprigge assignauit ei seruicium suum scilicet predictorum denariorum in extensione predictarum

xij. libratarum terre, et bene cognoscit quod reddidit ei seruicium illud scilicet predictorum denariorum per predictam assignacionem ipsius Willelmi, et bene defendit quod sectam nec aliud seruicium ei fecit, et petit iudicium si idem Henricus alias consuetudines uel seruicia petere possit quam illi qui ipsum Henricum feofauerunt habuerunt et similiter qui feofauerit ipsum Johannem si de ipso Henrico tenere clamaret etc. Concordati sunt etc.

1278. Suff. Radulfus de Berefordia summonitus fuit ad ostendendum quare desponsauit Mariam que fuit uxor Radulfi filii Briani que fuit de donacione Dom. Regis racione custodie terre et heredis Radulfi filii Briani sine licencia ipsius Dom. Regis etc. Et predicta Maria eodem modo summonita quare permisit se maritari predicto Radulfo sine licencia ipsius Dom. Regis. Et Radulfus et Maria ueniunt et dicunt quod nichil tenent de honore Peuerelle nisi in dotem ipsius Marie. Postea finem fecerunt cum Dom. Rege per tantum etc. et nisi reddiderint infra terminos statutos concedunt quod uicecomes faciat denarios illos de terris et catallis etc.[1]

1279. Essex. Thomas de Plumberge et Cristiana uxor eius Martinus filius Simonis et Barbota uxor eius summoniti fuerunt ad respondendum Margerie la Bigod quare ipsi subtraxerunt sectam ad hundredum suum de Bardestaplia, et unde dicit quod ipsa inde fuit in seisina tempore Dom. Regis qui nunc est capiendo inde expleta ad ualenciam x. sol. sicut in placitis et aliis etc.

Et Thomas de Plumberge et Martinus ueniunt et predicte Cristiana et Barbota per attornatos suos ueniunt et dicunt quod terra illa partita fuit inter tres sorores, scilicet, Christianam, Barbotam et Clemenciam que mortua est et habet quemdam filium qui est infra etatem, et petit[2] iudicium si debeat sine participe earum respondere etc.

Et Margeria per attornatum suum uenit et dicit quod terra illa partita fuit et ita quod quelibet ipsarum separatim debet acapitare Dom. Regi et quelibet separatim sequi pro se et facere alia seruicia etc.[3] |

[1] This is Fitz. *Prerogative*, 27.
[2] Sic.
[3] This is Fitz. *Parcione*, 19. See Br. f. 430.

Postea predicti Thomas et Christiana et Barbota per attornatos ipsarum ueniunt et dicunt quod nullam sectam inde debent quia reuera tempore M. de Patteshulla quando itinerauit aliquando in comitatu Essexie fuit inquisicio facta coram eo per preceptum Dom. Regis per xl. milites, et quod nullam sectam debeant recognitum fuit per inquisicionem illam, et inde ponunt se super rotulos de itinere ipsius Martini. [1234.]

Et Margeria uenit et dicit quod secta illa semper debita fuit ad hundredum de Bardestaplia quod habet ad feodi firmam de Dom. Rege, et ita quod Robertus de Suttona pater suus fuit seisitus de predictis sectis ante inquisicionem illam et post, et eciam post mortem eius[1] Willelmus le Bigod quondam uir suus, et qualiscumque facta esset illa inquisicio quedam inquisicio postea facta fuit per quam recognitum fuit quod predicta secta debita fuit ad predictum hundredum et quod seisina inde fieret predicte Margerie, talis scilicet qualem predicti Willelmus et Margeria inde habuerunt antequam Hubertus de Burgo eos inde disseisiuit occasione cuiusdam carte quam Dom. H. Rex fecit ei de honore de Reyl', et quod ante predictam inquisicionem fuit predictus Robertus pater suus inde in seisina et ipsa et Willelmus uir suus postea ut de pertinenciis ad predictum hundredum, et inde ponit se super inquisicionem, et si aliqua facta fuit inquisicio coram M. de Patteshulla et sociis suis ipsa nec uir suus posuerunt se in inquisicionem illam.

Et Thomas et alii ueniunt et dicunt quod post primam inquisicionem factam per xl. milites ipsa Margeria nec Willelmus uir suus nec predictus Robertus pater suus nullam seisinam inde habuerunt, et inde ponunt se super patriam, et si aliqua inquisicio postea facta fuit ipsi non posuerunt se in inquisicionem illam. Et preceptum est uicecomiti quod uenire faciat coram se et coram custodibus placitorum corone in pleno comitatu xij. tam milites quam alios etc. per quos etc., et ueniat inquisicio tali die etc. Postea uenit inquisicio et predicta Margeria uenit et dicit quod inquisicio illa non

[1] MS. has *ipsarum* after *eius* but it may be marked for omission and is not wanted.

fuit facta in pleno comitatu set per uillanos facta fuit extra comitatum. Et ideo preceptum est uicecomiti quod uenire faciat coram iusticiariis itinerantibus etc. xij. etc. secundum quod predictum est et ueniant tali die etc.

1280. Linc. Jollanus de Neuilla summonitus fuit ad ostendendum quare sine licencia Dom. Regis maritauit Willelmum filium et heredem Rannulfi filii Roberti qui in custodia ipsius Dom. Regis esse debet eo quod Rannulfus terram suam tenuit de Rege per seruicium seriancie etc. Et Jollanus uenit et dicit quod predictus Willelmus nullam talem terram de Dom. Rege tenuit in capite nisi per seruicium tale quod deberet portare unam uirgam coram iusticiariis itinerantibus apud Lincolniam, et unde uidetur ei quod nulla custodia pertinet inde ad Dom. Regem[1], et dicit quod alias implacitatus fuit per Comitem Ricardum[2] de custodia illa occasione cuiusdam terre quam idem Rannulfus tenuisse debuit de eodem Comite et ita quod quedam inquisicio facta fuit per quam conuictum fuit quod idem Comes nullum ius habuit in custodia illa, et eciam dicit quod alia inquisicio facta fuit inter Dom. Regem et ipsum Jollanum per quam conuictum est quod custodia illa pertinuit ad ipsum Jollanum, et inquisicio illa liberata fuit Cancellario, et ponit se super inquisicionem illam, et unde dicit quod postquam custodia ei remansit per inquisicionem illam custodia et maritagium statim uendidit Cancellario Linc' pro xx. marcis. Et uideatur ideo inquisicio etc.

1281. Wiltes. Adam Gerard et plures alii recognitores assise noue disseisine quam Adam le Harpur et Annora uxor eius aramiauerunt uersus Thomam de Marisco et Adam le Hoper de tenemento in Peuerel[3] Lungpont summoniti fuerunt ad certificandum de sacramento quod inde fecerunt, et unde prius obscure dicebant quod predicti Adam et Annora fuerunt uestiti et seisiti de tenemento in Deuerel capiendo expleta per unum annum et amplius per grantum et uoluntatem predicti Thome et ipsi Thomas et Adam le Hoper eos a predicto tenemento ui eiecerunt, ueniunt et dicunt super sacramentum suum

[1] Br. f. 35 b, 87 b.
[2] Earl of Cornwall, the king's brother.
[3] Corr. *Deuerel* as below; Longbridge Deverill.

quod predicti Adam et Annora fuerunt in seisina ut de libero tenemento suo, et quod predicti Thomas et Adam le Hoper eos disseisiuerunt. Et ideo consideratum est quod predicti Adam et Annora recuperauerunt seisinam suam, et Thomas et Adam in misericordia. Dampna xl. sol. Postea testatum est per iuratores quod apposuit emendacionem ad ualenciam xx. sol. et ideo dampna remittuntur usque xx. sol.[1]

Episcopus Sarisbiriensis[2] summonitus fuit ad ostendendum quare tenet mercatum apud manerium suum de Remmesbiria quod quidem | mercatum Ricardus quondam Sarisbiriensis Episcopus predecessor ipsius Episcopi leuauit ad nocumentum mercati Dom. Regis de Merlebergo. Et Episcopus per attornatum suum uenit et dicit quod Ricardus[3] quondam Episcopus Sarisbiriensis habuit mercatum illud de concessione Dom. Regis, et ipse illud semper tenuit hucusque, et dicit quod habet inde warantum et petit quod ad diem certum possit ostendere warantum suum. Postea conuenit inter eos scilicet quod predictus Episcopus pro se et successoribus suis remisit et quietum clamauit Dom. Regi et heredibus suis manerium illud de Remmesbiria quiete in perpetuum et pro hac etc.[4] idem Dom. Rex concessit pro se et heredibus suis quod predictus Episcopus et successores sui et ecclesia Sarisbiriensis habeant in perpetuum singulis annis duas ferias simul cum tercia feria quam prius eis concesserat apud Rammesbiriam unde nunc primo habet cartam ut inferius dicetur[5] et quicquid ad ferias pertinet ita tamen quod non sint ad nocumentum uicinarum feriarum, duas scilicet ferias apud Ramesbiriam unam uidelicet in festo[6] Inuencionis S. Crucis per tres dies duraturam scilicet in uigilia et in die et in crastino, et aliam in festo Exaltacionis S. Crucis[7] eodem modo per tres dies duraturam scilicet in uigilia et in die et in crastino, et terciam feriam apud Skyreburniam in comitatu Dorsetie per sex dies duraturam in festo[8] Translacionis B. Thome Martiris. Concessit eciam idem Dom. Rex pro se et pro heredibus suis

Wiltes. [124]

[1] As to this allowance for improvements, see Br. f. 187 b.
[2] Robert Bingham.
[3] Richard le Poore, 1217–1228.
[4] *pro hac recognicione.*
[5] Stop in MS.
[6] 3 May.
[7] 14 Sept.
[8] 7 July.

predicto Episcopo et successoribus suis quod homines sui de Ramesbiria possint uendere panem et ceruisiam sine aliqua contradiccione et omnia alia uictualia, ita tamen quod nulla ibi capiatur consuetudo uel theoloneum pro uictualibus predictis, et eciam omnia que pertinent ad uictualia ibi depertentur et uendantur omnibus diebus tocius anni dum tamen non nomine alicuius mercati nec ad diem certum. Et quod uicecomes non permittat quod aliquis ibi ueniat nec aliquod mercatum ad certum diem teneat sicut antea ibi tenebatur etc.

1283. Kanc. Philippus de Pounesse[1] summonitus fuit ad respondendum Margerie de Ripariis quare subtraxit de custodia ipsius Margerie Henricum de Pounesse filium et heredem Elene de Hecham et ipsum maritauit sine licencia et uoluntate ipsius Margerie, cuius custodia et maritagium ad ipsam pertinet eo quod predicta Elena terram suam de ea tenuit per seruicium militare etc., et unde dicit quod[2] subtraccionem illam dampnum habet ad ualenciam lx. marcarum, et unde dicit quod tradidit ei predictum Henricum bona fide et quod non maritaret eum sine ipsa.

Et Philippus uenit et dicit quod predicta Elena nunquam terram tenuit de predicta Margeria nec unquam seisinam habuit, et quod predicta Elena obiit iam xvj. annis elapsis, et quod pater suus[3] cuius hereditas terra illa fuit superuixit eam, et dicit quod tenet[4] x. libratas terre de Episcopo Roffensi et quod pater diete Elene non tenuit de predicta Margeria nisi circiter xl. acras terre que pertinere debent ad predictam Elenam de proparte sua, et unde uidetur ei quod maritagium non pertinet ad predictam Margeriam. Et dicit quod predictus Henricus est plene etatis et maritatus de consilio et consensu parentum suorum, et uidetur ei quod maritagium illud pocius pertinet ad Episcopum Roffensem quam ad predictam Margeriam desicut predictus Henricus est heres suus apparens[5] et plus tenere debet de predicto

[1] Philip is father of Henry the ward in question.
[2] Supply per.
[3] Elena's father.
[4] Philip himself holds of the bishop.
[5] Philip's heir apparent.

Episcopo de hereditate sua ex parte patris quam de predicta Margeria de hereditate sua ex parte matris.

Et Margeria per attornatum suum uenit et dicit quod predictus Henricus fuit infra etatem quando eum ei tradidit in bona fide ne maritaretur sine ea, et dicit quod maritagium ad eam pertinet quia pater predicte Elene cuius heres predictus Henricus est apparens tenuit de ea per seruicium militare, et bene potest contingere quod nunquam erit heres predicti Philippi de altera hereditate, et ideo petit iudicium. Et quia hereditas ipsius Henrici prius deliberata[1] est ex parte matris que est de feodo predicte Margerie et ipse est heres apparens ipsius Elene et bene potest contingere quod nunquam erit heres dicti Philippi, ideo consideratum est quod predicta Margeria recuperauit seisinam suam et Philippus in misericordia. Et iusticiarius reseruat sibi taxacionem dampnorum etc.

Assisa uenit recognitura si Agnes Huscarle, Willelmus Huscarle et plures alii etc. et infra[2] disseisiuerunt Priorem de Mertona et plures alios et infra[3] de communa pasture sue in Bedintona etc. post primam transfretacionem etc. Surr.

Et Agnes, Willelmus et omnes alii ueniunt et dicunt quod assisa non debet inde fieri etc. et assignant racionem suam | scilicet quia predicte uillate de Bidintona et aliarum [104 b.] uillarum et terre ubi clamant habere communam sunt terra arabilis et fuerunt longe ante tempus Dom. Regis qui nunc est temporibus antecessorum suorum et ita quod quedam possunt excoli quolibet anno. Item dicunt quod predicte uille de Micham et de Bedintona et alie sunt de diuersis baroniis[4] ita quod nulla communa de Bedintona uel de aliis uillis pertinet ad Micham. Item dicunt quod quedam diuise

[1] When an infant inherits from both father and mother land held by knight service, whether his marriage shall belong to the father's lord or to the mother's lord depends on the order in which the inheritances are delivered to the infant; thus if the father die first, the paternal inheritance is first delivered and the marriage belongs to the father's lord. But Bracton, f. 89 b, says that if the mother die first it does not follow that her lord gets the marriage, because owing to curtesy, the maternal inheritance is not delivered until after the father's death. This case however looks the other way.

[2] Names of other deforciants omitted.

[3] Names of other plaintiffs omitted.

[4] See Br. f. 229 b, 230.

sunt antiquitus inter predictas uillas unde quoddam fossatum leuatum est ultra quod nichil clamare possunt, et ubi illi de Micham tunc nullum clamium apposuerunt nec in communa nec in aliis.

Et Prior de Mertona et alii ueniunt et dicunt quod predicta communa pertinet ad Micham et hoc bene patet quia alias iam multo tempore transacto capta fuit assisa de eadem communa ut pertinente ad Micham et per quam assisam remansit eadem communa ad Micham, et inde ponunt se super iuratam.

Juratores dicunt super sacramentum suum quod in terris et tenementis unde uisum fecerunt iam xx. annis transactis semper illi de Micham communicauerunt cum illis de Bedintona et de Baudona et de Waletona sicut in communa pertinente ad Micham et semper usque Pascha proximo preteritum et tunc illi de Bedintona et de aliis uillis ceperunt aueria de Micham et imparcauerunt ita quod non poterunt ea deliberare nisi ea condicione ut amplius non intrarent in predictam communam, et ita quod cum interim intrassent uenerunt illi de Bedintona et aliis uillis cum balistis, sagittis et aliis armis et ui eiecerunt eos de predicta pastura. Et quia a tali tempore fuerunt in seisina et per predictos Agnetem et omnes alios disseisiti, Consideratum est quod predicti Prior de Mertona et alii recuperent seisinam suam, et Agnes et omnes alii in misericordia.

1285. Deuon. Warinus filius Johelis, Herebertus de Pyn, Rogerus de Langefordia, Willelmus le Pruz insticiarii assignati per preceptum Dom. Regis ad assisam noue disseisine capiendam quam Hugo de Chaggefordia et Ysobella uxor eius arramiauerunt uersus Nicholaum de Boneuilla et Aniciam uxorem eius de tenemento in Haldestana summoniti ad faciendum recordum illius assise. Et unde predicti N. et Anicia questi fuerunt quod in capcione illius assise fuit eis iniuriatum quia cum assisa capi deberet dicebant contra assisam quod capi non deberet quia alias arramiata fuit assisa de eodem tenemento de quo uisus factus fuit coram W. de Eboraco et sociis suis insticiariis itinerantibus[1] uenerunt ipsi Hugo et Ysobella

[1] Supply et (?).

et retraxerunt se de eadem assisa et ipsi nichilominus ceperunt assisam illam etc.

Et tantum Warinus filius Johelis uenit quamuis sine aliquo sociorum suorum recordum habere non possit dicit ad certificandum quod reuera ita dictum fuit contra assisam sicut predictum est, set quesitum fuit a iuratoribus utrum esset illud idem tenementum de quo assisa prius aramiata fuit uel aliud, qui dixerunt quod aliud et diuersum fuit tenementum et penitus diuersum, et ita ceperunt assisam. Et predicti Hugo et Isobella ueniunt et illud testantur.

Et Nicholaus uenit et dicit quod est illud idem tenementum et de hoc ponit se super patriam. Et predicti Hugo et Isobella dicunt quod est penitus diuersum et de hoc ponunt se similiter super patriam. Et ideo fiat inquisicio si sit illud idem tenementum uel aliud. Et ueniat inquisicio tali die etc.

H. de Patteshulla Couentrensis et Lichefeldensis Electus[1] optulit se quarto die uersus Adam de Alta Ripa de placito quare sine licencia ipsius Electi permisit se maritari. Et quia plures fecit defaltas preceptum fuit uicecomiti quod si non inueniretur distringeret eum per terras et per catalla in balliua sua ita quod nullus per ipsum uel pro ipso manum apponeret. Et ipse non uenit. Et uicecomes mandauit quod distrinxit eum per terras et per catalla apud Allgerekirke et ita quod alias mandauit set non qualiter nec quid fecerat nec utrum ipse manum habuerit uel non. Et ideo sicut prius si inueniatur habeat corpus eius, et si non, distringat eum per terras et catalla ita quod ipse manum non apponat, et teneri faciat terras illas et catalla in manu Dom. Regis ita quod nichil inde amoueatur, nec permittat quod ipse uel alius pro eo manum apponat nisi fuerit securus habendi corpus suum ad talem terminum etc. Linc.

Assisa uenit recognitura si Johannes Dwygun auunculus Walteri de Tothulla fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de una uirgata terre cum pert. in Stanwella die quo etc. et si Midd.

[1] Elected about Christmas 1239; conse. 1 July 1240. The Stat. Mert. had introduced the action for the *ualor maritagii*. This case seems to be Fitz. *Garde* 119.

etc. quam terram Johannes Gaymer tenet, qui uenit et dicit quod nichil clamat in terra illa nisi ad uitam suam per legem
[15.] Anglie quia habet duas filias | de quadam uxore sua cuius hereditas terra illa fuit et que sunt infra etatem ut dicit. Et ideo habeat eas tali die etc.

Et Walterus uenit et dicit quod quidam Michael de Polsted' dedit predictam terram predicto Johanni Dwygun tenendam ipsi et heredibus suis in feodo et obiit seisitus ut de feodo et ille est propinquior heres ipsi, et de hoc ponit se super iuratam. Et iuratores requisiti sine sacramento dicunt quod quidam Willelmus de Wyndeshores dedit terram illam cuidam Willelmo Shirlok tenendam hereditarie cum quodam uillano Derewine qui terram illam tenuit reddendo inde annuatim viij. sol. et vj. den., et idem Willelmus uendidit terram illam Michaeli de Polfeld' cum predicto Derewyn, et idem Michael dedit illam et concessit cum eodem Derewyn predicto Johanni Dywgun auunculo predicti Walteri tenendam sibi et heredibus suis, et mortuo predicto Johanne Dywgun uenit idem Michael de Polsted' et dedit terram illam in maritagium cum Gunnilda filia predicti Derewini predicto Johanni Gaymer per cartam suam et tenendam ipsis et heredibus ipsorum, et predicta Gunnilda mortua est et habet duas filias scilicet Julianam et Margaretam quarum Margareta est infra etatem. Ideo[1] remaneat assisa usque ad etatem, et cum ad etatem peruenerit resummoneatur in eodem statu. Et quia predictus J. et Gunnilda uxor mater predictarum Juliane et Margarete ita feofati fuerunt per predictum Michaelem, consideratum est quod Hugo de Polsted' heres predicti Michaelis summoneatur quod sit tali die etc. ad warentizandum predicto Johanni terram illam etc.

1288. Robertus de Dudintona summonitus fuit ad ostendendum
Salop. quo waranto tenet lx. acras terre cum pert. in manerio Dom. Regis de Sotisdona que debet esse in manu sua tanquam eschaeta sua de terris Normannorum et similiter ad ostendendum quare asportauit quamdam molam de molendino de Sotisdona iniuste etc.

Et Robertus uenit et dicit quod nichil tenet de baronia illa,

[1] Because Gunilda mother of the infant defendant died seised.

nec Matheus de Gamages unquam fuit in seisina nec aliquis alius qui teneret manerium de Sotisdona, set tenet terram illam de baronia Johannis filii Alani, et si opus fuerit, ponet se inde super patriam, et dicit quod habet inde cartam Willelmi filii Alani aui predicti Johannis et confirmacionem Regis Henrici et illas habebit si opus fuerit ad diem et terminum, et quod predictus Alanus nec aliquis alius qui teneret manerium de Sotisdona per antecessores Dom. Regis unquam seisiti fuerunt set ipse et antecessores sui illud semper tenuerunt sicut de feofamento antecessorum predicti Johannis ponit se super patriam. De mola uero dicit quod nullam molam inde asportauit, set bene cognoscit et dicit quod quedam mola facta fuit super terram suam propriam et illam asportauit. Et quod nullam molam asportauit de molendino Sotisdone iniuste sicut breue dicit, ponit se super patriam. Dies datus est etc.

). Assisa uenit recognitura si Willelmus de Kassingetorpe iniuste et sine iudicio etc. disseisiuit Willelmum filium Roberti de Dyne de libero tenemento suo in Colestewrthe post terminum etc. Northt. Ista assisa non est de rotulo[1].

Et Willelmus uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia eandem terram dedit ipse Gaufrido filio Edwardi qui fuit bastardus, et quia idem Gaufridus sine herede obiit inde seisitus, pro defectu heredis cepit ipse terram illam in manum suam et inde ponit se super iuratam.

Et Willelmus filius Roberti dicit quod iniuste hoc dicit quia ipse dedit eandem terram predicto Gaufrido et assignatis suis per cartam suam quam profert et que hoc testatur, unde dicit quod per tres septimanas ante mortem suam assignauit et dedit idem Gaufridus eandem terram eidem Willelmo, et in seisina fuit, et inde ponit se super iuratam. Et Willelmus de Kassingetorpe similiter.

Juratores dicunt quod predictus Gaufridus per octo dies ante mortem suam uel eo amplius dedit et assignauit eandem terram predicto Willelmo filio Roberti et cartam suam ei

[1] So the copyist. The collector has utilized the blank parchment left at the end of the cases from A. R. 24 as a place for some miscellaneous cases and notes.

inde fecit, et cartam quam habuit a predicto Willelmo de Kassingetorpe ei cum carta sua tradidit et in seisina fuit per tres dies post mortem, scilicet, dicti Gaufridi, et tunc uenit balliuus ipsius Willelmi de Kassingetorpe et remansit in domo cum ipso Willelmo filio Roberti per xv. dies, et tunc uenit Willelmus predictus et[1] uim ipsum eiecit. Et quesiti si predictus Gaufridus fuit in bona memoria quando donum illud fecit, dicunt quod habuit bonam memoriam et in bona memoria assignauit eidem Willelmo terram illam scilicet iiij. bouatas terre. Et quia continetur in carta Willelmi de Kassingetorpe quod dedit terram illam predicto Gaufrido et assignatis suis et Willelmus cognoscit cartam suam et iuratores dicunt quod idem Gaufridus eandem terram as- [195 b.] signauit predicto Willelmo | ante mortem suam dum fuit in ligia potestate sua ita quod habuit bonam memoriam, et quod per assignacionem illam fuit idem Willelmus in seisina per tres septimanas racione primi doni[2] ipsius Willelmi de Kassingetorpe per cartam predicti Willelmi qui non solum terram illam dedit predicto Gaufrido set assignatis suis, et recognitum est per iuratores quod Gaufridus fecit assignatum de eodem Willelmo filio Roberti, Consideratum est quod terra illa fuit liberum tenementum ipsius Willelmi, et quod Willelmus de Kassingetorpe iniuste disseisiuit eum sicut breue dicit et Willelmus de Kassingetorpe in misericordia.

1290. [3]Assisa uenit recognitura si talis iniuste etc. disseisiuit talem de libero tenemento suo etc., et unde queritur quod disseisiuit eum de j. uirg. terre cum pert. etc. et unde dicit quod talis antecessor obiit inde seisitus, et ille[4] statim post mortem eius posuit se in tenementum illud, et in seisina fuit per tantum tempus, donec talis eum iniuste inde disseisiuit etc.

Et talis[5] uenit et dicit quod nullam fecit ei iniuriam, quia

[1] Supply *per*.

[2] The assignment seems regarded somewhat as we regard an appointment under a power. The assignee is in by force of the gift made to the assignor and his assigns. As to the gift to a bastard and his assigns, see Br. f. 20 b, 412 b.

[3] Clearly this entry is not copied from a roll. It consists of a hypothetical case put and discussed. This and the two next entries are written by different hands at different times, a blank page of the book has thus been utilised.

[4] The plaintiff.

[5] The deforceant.

bene cognoscit quod predictus talis antecessor tenuit tenementum illud et illud in uita sua dimisit tali, qui illud eodem modo dimisit ei de quo queritur[1], et quando predictus talis[2] se posuit in seisinam idem talis[3] eum eiecit. Et quo casu refert utrum talis antecessor tenementum illud dimisit ad terminum uel in feodo, si in feodo, uel si prius ad terminum et postea in feodo de hoc esset querendum. Quia si in feodo, tunc procedendum erit per assisam in modum iurate de feofamento, si carta et feofamentum dedicatur. Si autem ad terminum, tunc retinuit sibi ius merum feodum et liberum tenementum, et firmarius nichil habuit nisi usumfructum, et unde omnia que antecessor retinuit et unde obiit seisitus descendunt ad heredem, et si heres ea racione se ponat in seisinam nullam facit iniuriam firmario quoad firmam, licet heres simplicem habeat seisinam quoad liberum tenementum sine usu aliquo, quia simul stare possunt seisina proprietarii et firmarii unius quantum ad liberum tenementum et alterius quantum ad usumfructum, quia hoc facere posset donator et antecessor dum uixit, posset alium feoffare de hoc quod ipse sibi retinuit, scilicet de iure et feodo et libero tenemento et facere tali seisinam sine preiudicio firmarii, quia hoc facere posset salua firmario firma sua, et unde uidetur quod talis recuperare deberet seisinam suam quoad liberum tenementum et alius retinere seisinam suam quoad usumfructum. Et post terminum nisi restitueretur tenementum locum habere posset breue de ingressu. Eodem modo fieri poterit si assisa mortis antecessoris proferatur ab herede super firmarium[4].

[5]A die uisus sui detur dies a die uisus sui in unum annum et unum diem apud Turrim Londonie[6]. Et sciendum quod

[1] The plaintiff's ancestor demised to some third person who demised to the deforceant.

[2] The plaintiff.

[3] The deforceant.

[4] The argument is this:—A demises to B for a term; A dies and his heir enters; he may lawfully thus take seisin provided that he does not disturb B; for during the term A himself might have entered to enfeoff X without prejudice to B. Both A and B have a seisin or possession of the land. This is Bracton's doctrine; see f. 27, 44 b, 220 b. When land is let to a termor there are two concurrent possessions; istae duae possessiones sese compatiuntur in una re. Observe the Romanesque attribution of usufruct to the termor.

[5] Bracton, f. 359—360, has a long disquisition closely similar to this. The same curious illustrations occur. The coincidence is very striking. See also f. 344 b.

[6] This of course refers to the essoin de malo lecti. The difficulty is what to do with leap-year.

est annus naturalis et artificialis, et est dies solaris et dies lunaris et ex hiis duobus diebus fit unus dies artificialis[1]. Item est annus bisextilis et non bisextilis. Fit autem annus ex mensibus xij., item mensis ex septimanis iiij., septimana ex diebus viij.[2], dies ex horis xxiiij., hore ex momentis [3] momenta ex punctis, punctus ex atomis. Computande sunt igitur xxiiij. hore ex coniunctione diei solaris et lunaris ab aurora usque ad aliam auroram ex die solari precedente et ex die lunari subsequente[4], et inde fit dies artificialis. Et fit annus ex trecentis et sexaginta quinque diebus et vj. horis scilicet quarta parte unius diei artificialis facta diuisione illius diei in quatuor partes quarum prima erit in die solari et incipit in aurora et durat usque ad horam nonam. Et secunda pars incipit ab hora nona et terminatur ad uesperam. Tercia uero incipit a uespera et terminatur ad mediam noctem. Quarta uero pars incipit a media nocte et terminatur in aurora. Connumeratis igitur trecentis et sexaginta quinque diebus erit annus ad similitudinem colubri sine cauda[5], set non erit annus integer neque plenus nisi addantur sex hore scilicet quarta pars unius diei. Quibus additis erit annus plenus habens circulum ad similitudinem colubri habentis caudam in ore. Cum quis igitur essoniatus fuerit de malo lecti dabitur ei dies a die uisus sui inclusiuo in unum annum et unum diem computatis trecentis et sexaginta quinque diebus et sex horis ex die solari precedente et nocte subsequente, et ita quod annus integer erit sexagesimo sexto die propter sex horas que incipiunt ab aurora et terminantur hora nona, et sic erit dies apparicionis et incipit ab hora nona die solari sexagesimo sexto et terminatur hora nona die solari sexagesimo septimo. Et si essoniator maturius comparuerit ante horam nonam de die solari sexagesimo sexto, in defalta erit quia comparet in lan-

[1] The artificial day has twenty-four hours. The lunar day is night.

[2] Sic.

[3] A blank is left. Bracton has *quadragintis*.

[4] Each artificial day begins at morn

[5] Bracton has this image. A year of 365 days is like a snake without a tail; a year of 365 and a quarter days is like a snake with its tail in its mouth. The snake with its tail in its mouth was a symbol of eternity.

guore[1]. Si autem post horam nonam solari die sexagesimo septimo, quia tardius apparet quam deberet, amittere poterit per defaltam. Nec erit aliqua differencia in hoc casu quantum ad apparicionem inter diem[2] bisextilem et annum naturalem, quia non erit annus bisextilis | longior uel breuior [illegible] alio anno unico puncto uel momento secundum Martinum[3], quamuis uideatur quod aliter esse debeat secundum quosdam qui decipiuntur propter diem excrescentem ex quatuor quartis quatuor annorum precedencium, et ubi computantur duo dies sub uno signo scilicet una littera. Set hoc fit propter quamdam neccessitatem ad euitandum illud inconueniens, quod esset intemperies yemalis in signis estiualibus, et quia si[4] possit contingere quod Natale Domini celebraretur in etate, et Natiuitas B. Johannis Bapt. in hyeme[5]. Set tamen neccessitas illa locum non habet in hoc casu quia nullus[6] maior nec minor quam alius. Est igitur dies apparicionis ab una nona die solari sexagesimo sexto usque ad aliam nonam sexagesimo septimo die solari. Et sufficit si compareat hora placitandi infra horam nonam sexagesimo septimo die solari[7].

2. [8]Quant le quarter de furment est uendu pur xij. den. dune le payn de ferling de wastel pesera vj. lib. et xvj. sol.

[1] He appears during the time given him for sickness.

[2] For *diem* read *annum*.

[3] Martin of Pateshull. Bracton often omits Martin's surname; for him there was but one Martin.

[4] Corr. *sic*.

[5] Bracton gives this illustration in almost these words.

[6] No year is for this purpose longer than another. See Br. f. 344 b.

[7] It seems plain that this passage must have been written before the ordinance concerning leap-year which is printed in the Statutes of the Realm (vol. 1, p. 7) as a statute of A. R. 40. The upshot of the above argument is that the essoinee has always exactly the same length of time before he need appear, whether or no the year be a leap-year. But the ordinance just mentioned declares that for this purpose the additional day in a leap-year is to be reckoned as making but one day with the day that precedes it, so that sometimes the essoinee will get an additional day. The best authority for this ordinance, Rot. Cl. A. R. 40 m. 12 dors., gives as its date, 9 May, A. R. 40 (A. D. 1256). Bracton's text is not quite so clear as the above; corruption or interpolation may be suspected; but it seems to mean the same thing and to be flatly contrary to the ordinance.

[8] This, the one piece of French, is written by what seems a later hand than any other employed on the book. This assize of bread appears in Latin in Statutes of the Realm, vol. 1, p. 199. Old printed copies ascribe it to A. R. 51 (A. D. 1266—7). But the Annals of Burton give it, also in Latin, as published by the justices in eyre in 1256. Ann. Monast. vol. 1, p. 375.

Payn coket de meime le ble et de meime le buletel, pesera plus ke le wastel de ij. sol. Et de ble de mendre prys, pesera plus del wastel de v. sol. Payn de simenel, pesera meys ke le wastel de ij. sol. Et payn enter de ferling pesera coket et dim. Payn de taret, pesera ij. wastels. Payn de tut ble, pesera ij. cokes.

Quant le quarter de furment est uendu pur xviij. den., dunc le payn blanc et bien quit de wastel de ferling pesera iiij. lib. x. sol. viij. den.

Quant le quarter de furment est uendu pur ij. sol. dunc pesera le payn de ferling lxviij. sol.

Quant le quarter de furment est uendu pur ij. sol. vj. den. dunc pesera le payn de ferling liv. sol. iv. den. ob. qua.

Quant le quarter de furment est uendu pur iij. sol. dunc pesera le payn de ferling xlviij. sol.

Quant le quarter de furment est uendu pur iij. sol. vj. den. dunc pesera le payn de ferling xlij. sol.

Quant le quarter de furment est uendu pur iv. sol. dunc pesera le payn de ferling xxxvj. sol.

Quant le quarter de furment est uendu pur iv. sol. vj. den. dunc pesera le payn de ferling xxx. sol.

Quant le quarter de furment est uendu pur v. sol. dunc pesera le payn de ferling xxvij. sol. ij. den. ob.

Quant le quarter de furment est uendu pur v. sol. vj. den. dunc pesera le payn de ferling xxiv. sol. viij. den. qua.

Quant le quarter de furment est uendu pur vj. sol. dunc pesera le payn de ferling xxij. sol. viij. den.

Quant le quarter de furment est uendu pur vj. sol. vj. den. dunc pesera le payn de ferling xx. sol. xj. den.

Quant le quarter de furment est uendu pur vij. sol. dunc pesera le payn de ferling xix. sol. j. den.

Quant le quarter de furment est uendu pur vij. sol. vj. den. dunc pesera le payn de ferling xviij. j. den. ob.

Quant le quarter de furment est uendu pur viij. sol. dunc pesera le payn de ferling xvij. sol.

Quant le quarter de furment est uendu pur viij. sol. vj. den. dunc pesera le payn de ferling xvj. sol.

Quant le quarter de furment est uendu pur ix. sol. de pesera le payn de ferling xv. sol. j. den.

Quant le quarter de furment est uendu pur ix. sol. vj. den. dunc pesera le payn de ferling xiv. sol. iv. den. ob. qua.

Quant le quarter de furment est uendu pur x. sol. dunc pesera le payn de ferling xiij. sol. vij. den. qua.

Quant le quarter de furment est uendu pur x. sol. vj. den. dunc pesera le payn de ferling xij. sol. xj. den. qua.

Quant le quarter de furment est uendu pur xj. sol. dunc pesera le payn de ferling xij. sol. iv. den. qua.[1]

Apud Westmonasterium de termino S. Hillarii anno Regis H. iiij^to. [196 b.] Buck.

[2]Assisa uenit recognitura si Anketillus pater Matillidis et Alicie uxoris Gaufridi le Parchimener et Reginaldi filii Simonis fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de ij. uirg. terre cum pert. in Burcota die quo obiit, et si etc. per breue Regis H., quam terram Robertus de Estcota tenuit qui uocauit inde ad warantum Henricum de Braybrok, qui uenit et ei warentizauit et uocauit inde ad warantum Ricardum filium Simonis, ita quod Ricardus summonitus fuit ad esse a die S. Joh. in tres septimanas, et tunc uenit Ricardus et habuit diem in banco a die S. Mich. in tres septimanas, et tunc non uenit Ricardus, et ideo consideratum est quod assisa procedat super Henricum pro defectu ipsius Ricardi, et si Henricus amittat per assisam, recuperet uersus Ricardum. Et sciendum quod Henricus non uenit.

Juratores dicunt quod Anketillus ita obiit seisitus sicut breue dicit et post assisam obiit. Et ideo consideratum est quod ipsi recuperauerunt seisinam suam uersus Henricum et Henricus in misericordia etc. et recuperet uersus Ricardum si uoluerit. Et Robertus de Escota non uenit etc. et ideo cum uenerit habeat recuperare uersus Henricum.

[1] In Ann. Burt. the tariff is carried on to 12, in Stat. to 20, shillings per quarter. About one quarter of f. 196 is left blank.

[2] See Br. f. 259 b and for later proceedings see below MS. f. 208, 225. This case is taken from a term from which we have already had selections; see above Cases 80—121. It is found on the rolls for that term, Coram Rege Roll, No. 3, m. 3, No. 5, m. 1 d.

1294. De Itinere M. de Patteshilla in Comitatu Lincolnie anno Regis Henrici x. Rotulo xj.

[1]Jurata de consensu parcium uenit recognitura[1] per recognitores subscriptos ad recognoscendum quis esset propinquior heres Rogeri de Monte Begonis per propinquitatem et ex consuetudine regni quis habere deberet hereditatem ipsius Rogeri etc. Conuictum fuit per recognitores quod Henricus de Munewedena fuit propinquior heres predicti Rogeri et quod nullus alius ius clamare potuit in predicta hereditate in uita ipsius Henrici etc. Et de castro et terris de Orneby et de Mellinges[2] dicebant iuratores illi quod predictus Rogerus non fuit inde seisitus anno et die quo obiit, quia per unum annum et eo amplius dederat castrum illud et terras illas Johanni de Lunguilers qui postea semper remansit in seisina de eodem castro et terris illis per donum illud usque ad mortem eiusdem Rogeri, et terram illam excoluit et blada cepit et redditus et explecia sicut de terra sua, ita quod reddidit inde domino Regi quintamdecimam sicut de catallis suis propriis. Postea etc.

Mirabile. Postea in Itinere eiusdem M. et eodem anno in comitatu Lancastrie conuicti fuerunt illi iuratores de periurio et per sacramentum xxxvj., qui iurati dicebant quod reuera Rogerus de Monte Begonis uenit ad comitatum Lancastrie et dedit Johanni de Lunguilers per quandam cartam castrum de Orneby cum socna scilicet Mellinges et terris pertinentibus et cartam ei liberauit in pleno comitatu, set idem Rogerus semper mansit in seisina de eodem castro et cum predictis terris pertinentibus ita quod cepit explecia et homagia et releuia usque ad mortem suam et in morte sua legauit omnia mobilia sua tam infra castrum quam extra et numquam in uita sua amouit constabularium qui prius ibi fuerat, neque clericum receptorem, nec aliquem seruientem uel balliuum suum de eodem castro. Et unde dicebant precise quod predictus Rogerus fuit inde seisitus anno et die quo obiit. Et ideo consideratum fuit quod predicti xij. iuratores conuicti fuerunt de periurio, et redempti, et terre et catalla eorum capta

[1-1] Repeated in MS.
[2] Hornby castle in the parish of Melling.

fuerunt in manum Dom. Regis, et quod absentes caperentur tanquam periuri et conuicti[1]. |

PRIMA PLACITA APUD WESTMONASTERIUM POST PACEM FACTAM INTER DOMINUM REGEM ET BARONES SUOS ANNO REGNI REGIS HENRICI FILII REGIS JOHANNIS SECUNDO, DE TERMINO S. MICHAELIS. [197.]

5. Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam de Dauby, que uacat etc., cuius aduocacionem Priorissa de Langele clamat uersus Willelmum Pauntulf. Qui uenit et dicit quod Willelmus Pauntulf senior presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam illam scilicet quemdam Hugonem, et dicit quod idem Willelmus senior habuit quemdam filium nomine Willelmum heredem suum, qui postea dedit ei pro homagio et seruicio suo terram de Dauby cum pert. et cum aduocacione ecclesie de Dauby et inde profert cartam suam que hoc testatur etc., et ideo petit ipse aduocacionem illam. Leic.

Et Priorissa uenit et bene cognouit quod idem Willelmus Pauntulf senior de quo iste Willelmus loquitur presentauit ultimam personam etc. scilicet predictum Hugonem, set idem Willelmus senior dedit ecclesie sue unam uirgatam terre cum pert. in Dauby cum aduocacione ecclesie, et inde profert

[1] Bracton, f. 50 b, cites this case to illustrate the need of a real change of possession if a feoffment is to be valid. His editors make him cite from A. R. 16. But certainly the case comes from Pateshull's eyre in A. R. 10 and 11. The first five MSS. at which I look refer to A. R. 11. The annotator's exclamation (Mirabile!) is doubtless due to the general rule that a jurata ex consensu partium is not liable to attaint. Bracton, f. 290 b, after stating this rule says that a jurata is however sometimes attainted if a royal right is in question and the verdict goes *against* the king. On this follows what seems another allusion to this case, ut coram Martin de Pateshul de Henry de Movewedene, qui aliquando fuit in custodia domini regis tempore Huberti de Burgo. In Excerpt. e Rot. Fin. vol. 1, p. 148 will be found an order of 25 Sept. 1226 for giving seisin of the lands of Roger of Montbegon to his cousin and heir Henry of Muneghedene. The various forms in which Henry's name appears seem corruptions of Munthegun, de Monte Begonis. Bracton seems to regard the case as contrary to general principle.

cartam suam que hoc testatur. Profert eciam cartam[1] Isolde Pauntulf filie et heredis Willelmi Pauntulf iunioris que donum Willelmi aui sui eis confirmat. Et ideo consideratum est quod assisa remaneat. Et Willelmus dicit quod predicta Isolda debet ei warentizare donum predicti Willelmi patris sui et uocat inde eam ad warantum. Habeat eam tali die etc.

Ad diem illum uenit Isolda et warentizauit predicte Priorisse cartam predicti Willelmi aui sui. Et Willelmus Pauntulf uenit et retraxit se uersus Isoldam et remisit clamium suum. Et ideo consideratum est quod Priorissa recuperauit presentacionem suam et habeat breue ad episcopum quod non obstante reclamacione etc. predicti Willelmi etc.

1296. Suff. Rogerus de Burgo per attornatum suum optulit se quarto die uersus Bartholomeum de Hoctona de placito quo waranto habet ingressum in terram predicti Rogeri in Burgo que est de serianteria Dom. Regis etc. Et Bartholomeus non uenit etc. et summonitus etc. Judicium, ipse attachietur quod sit in Oct. etc.[2]

1297. Norh. Assisa uenit recognitura si Nigellus de Mundeuilla et alii etc. iniuste etc. disseisiuerunt Willelmum Cardun de libero tenemento suo in Winewic post terminum etc. Et predicti Nigellus et alii uenerunt, et quesiti si quid dicere uellent quare assisa remaneret, dicunt quod tenementum illud nunquam fuit liberum tenementum predicti Willelmi, quia Radulfus Cardun obiit uestitus de tenemento illo ut de iure suo, quo mortuo, uenit Petrus Cardun filius sororis predicti Radulfi ad Nigellum de Luuethot capitalem dominum feodi illius, et ut proximus heres eiusdem Radulfi optulit domino suo inde homagium suum, et dominus suus fecit summoneri predictum Willelmum et Petrum ut uenirent in curiam suam ad ostendendum ius suum et assedit eis diem in curia sua, et ut bene prouideret sibi efforciauit[3] curiam suam semel, iterum et tercio, ita quod ad terciam curiam suam considera-

[1] Among the charters of this Leicestershire nunnery in Monast. vol. 4, p. 222.

[2] Mesne process in Quo Waranto, Br. f. 369 b, 372.

[3] He afforced, increased the strength of his court.

tum fuit quod predictus Petrus fuit proximior heres prefati Radulfi quam predictus Willelmus qui fuit auunculus predicti Radulfi, ita quod predictus Nigellus per iudicium curie sue disseisiuit inde predictum Willelmum et posuit predictum Petrum in plenariam seisinam de tenemento illo, et inde uocant ad warantum curiam predicti Nigelli. Per auxilium curie habeant eam tali die et habeant breue quod Nigellus faciat fieri recordum illius loquele in curia sua et illud habeat coram iusticiariis ad tale terminum per quatuor milites qui recordo illi interfuerint etc. Et dictum est recognitoribus qui uenerunt quod eant inde sine die usque aliam inde habuerint summonicionem, eo quod ipsi cognouerunt disseisinam.

8. Preceptum fuit uicecomiti quod assumptis secum militibus et libere tenentibus cum ui et gente armata in propria persona sua accederet usque Marham, et omnem forciam quam ibidem inueniret resistentem Thomam de Ingelistona amoueri faceret, et eidem Thome plenariam seisinam habere faceret de terra sua de Marham, et quod poneret per uadium et saluos plegios omnes illos qui se tenerent in predicta terra de Marham contra preceptum Dom. Regis ad respondendum Dom. Regi super huiusmodi excessibus etc. Norf.

Et super hoc uenit Herinerus de Beckerwella et dicit quod ipse fuit in seisina illius terre sicut in illa que sua esse debet per finem factum in curia Dom. Regis Johannis per cyrographum inter eum et predictum Thomam et Sibillam quondam uxorem eius, et profert cyrographum quod hoc testatur. Et Thomas dicit quod ipse est in seisina illius terre per preceptum Dom. Regis per breue suum et nullam habet summonicionem respondendi, et ideo non uult respondere. Consideratum est quod non respondeat eo quod est in seisina per breue Dom. Regis qua[1] penes nos habemus, et ideo inde sine die et Herinerus perquirat sibi alio modo si uoluerit etc. |

9. David filius Germani et Galiena uxor eius ponunt loco suo Hugonem Britonem uersus Willelmum Torel de placito audiendi iudicium suum de assisa noue disseisine que capta [19r b] Essex.

[1] Corr. *quod*.

20—2

fuit inter eos, et quidam recognitores summoniti fuerunt ad faciend' assisam et testatum fuit per rotulos quod prius capta fuit et remansit super iudicium[1]. Dictum est iuratoribus quod remaneant etc.

1300. Staff. Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam de Swynuertona que uacat, cuius aduocacionem Dom. Rex clamat uersus Priorem de Kenillewrthe. Qui uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri quia ecclesia illa non uacat, immo ipse et canonici de Kenillewrthe sunt inde persona. Et inde profert cartam Roberti de Swinuertona in qua continetur quod idem Robertus pro anima patris sui etc.[2] ecclesie Sancti Wlfadi de Stanes[3] et canonicis ibidem deo seruientibus quicquid iuris habuit in ecclesia de Shwinuertona cum omnibus pert. suis in puram etc. Profert eciam cartam Hugonis Couintrensis Episcopi[4] que testatur quod idem ad presentacionem Prioris et canonicorum de Stanes dedit ecclesiam illam Ade Capellano in puram etc. salua pensione duorum solidorum eisdem canonicis etc.

Et Robertus de Chelues' clericus presentatus ad ecclesiam illam per Dom. Regem uenit et dicit quod Dom. Rex eum presentauit racione terre de Swinuertona ubi sita est ecclesia illa que terra fuit in manu Dom. Regis eo tempore quo persona illius ecclesie obiit, eo quod Robertus de Swinuertona filius predicti Roberti qui dominus est terre illius fuit tunc temporis in sentencia[5], et adhuc sequitur illam presentacionem, et profert litteras patentes eiusdem Roberti in quibus continetur quod ipse ratam et gratam habuit presentacionem Dom. Regis. Et quia Robertus de Swinuertona qui nunc habet terram illam non fuit presens nec Dom. Rex aliquid iuris clamare potuit nisi per ius ipsius Roberti, Consideratum est quod ipse summoneatur quod sit tali die etc. ostensurus quod ius ipse clamat in aduocacione illius ecclesie unde assisa ultime presentacionis summonita fuit etc. Idem dies datus

[1] The assize was taken but judgment was not delivered.
[2] Supply *dedit*.
[3] The Priory of Stone in Staffordshire, a cell of Kenilworth. Monast. vol. 6, p. 219, 225.
[4] Hugh of Nonant, 11[illegible]–11[illegible].
[5] He had been in arms against the king. Rot. Cl. vol. 2, p. 341.

est Priori in banco et dictum est recognitoribus quod remaneant usque ad summonicionem.

1. Alienora que fuit uxor Roberti de Haya peciit uersus Ricardum de Belegraue terciam partem unius uirg. terre cum pert. in Humbrestona ut dotem suam etc. Et primus dies summonicionis fuit a die S. Martini in xv. dies et ipsa optulit se per iiij. dies uersus eum, et ipse non uenit etc., et summonicio testata fuit, et ideo consideratum fuit quod terra caperetur in manum Dom. Regis etc., et quod uicecomes scire faceret diem capcionis etc. et quod summoneret ipsum quod esset in octabis S. Hillarii. Et tunc uenit idem Ricardus et peciit terram suam eodem die per pleuinam, et uicecomes mandauit quod terra capta fuit in manum Dom. Regis die dominica proxima post festum S. Nicholai. Et quia terra non fuit petita ad horam[1], consideratum est quod ipsa recuperauit seisinam suam uersus eum per defaltam et ipse in misericordia pro iniusta detencione. Leic.

2 Orabilis que fuit uxor Alani filii Maioris peciit uersus Willelmum Aguillun terciam partem feodi unius militis cum pert. in Becham et terciam partem duarum parcium feodi j. militis cum pert. in Stock ut dotem suam etc. Et Willelmus uenit et defendit uim et iniuriam, et dicit quod ipse nichil clamat in terra illa nisi per Johannam uxorem eius cuius hereditas terra illa est, et inde uocat eam ad warantum. Habeat eam tali die etc.[2] Kanc.

3. Inquisitum fuit per Henricum de Witefeldia et plures alios utrum Willelmus Basset esset disseisitus de terra quam clamat uersus Willelmum filium Helye in Acleya uel non, et predicti dixerunt quod Willelmus filius Helye de terra illa iniuste et sine iudicio fuit disseisitus et postmodum recuperauit seisinam illius terre per iudicium curie Dom. Regis et per breue suum de habenda seisina terre illius de Acleya et adhuc seisinam habet, et ipsi dicunt quod Willelmus Basset non fuit disseisitus de terra illa occasione guerre. Et quia ipse hoc cognouit, consideratum est quod ipse[3] Honor de Walling'ord.

[1] S. Nicholas is Dec. 6. Richard would have replevied the land within a fortnight. Br. f. 365 b.

[2] Br. f. 381 § 7.

[3] Seemingly it is William Fitz Elias who need not answer. Basset fails but may bring another action.

non respondeat ad hoc breue, perquirat sibi alio modo si uoluerit.

1304. Essex. Robertus de Corneuilla summonitus fuit quod esset coram iusticiariis responsurus Ricardo de Elmham quare ipse fecit uastum et exilium contra consuetudinem Anglie de quodam bosco in Parua Tollestona pertinente ad terram [198.] quam | idem Robertus tenet de prefato Ricardo in eadem uilla ad firmam ad terminum etc., unde idem Ricardus ostendit quod ipse uastauit boscum illud ad ualenciam lx. sol. etc., et inde producit sectam etc.

Et Robertus uenit et defendit uastum et exilium contra eum et contra sectam suam, set dicit quod reuera tempore guerre fuit ipse captus in seruicio Dom. Regis et terra illa seisita fuit in manus inimicorum Dom. Regis et si boscum deterioratum fuit, hoc fuit tempore illo. Concordati sunt, ita quod Robertus dat ei etc. et pet' terram illam in pleg'.

1305. Leic. Mabilia que fuit uxor Walteri de Cuilly petit uersus Johannem de Cuilly terciam partem xxxij. uirg. terre cum pert. in Radecliue et terciam partem trium uirg. terre cum pert. in Wauertona et terciam partem x. uirg. terre cum pert. in Karletona ut dotem suam etc. Et Johannes uenit et petit inde uisum, habeat[1]. Datus est dies etc., et interim etc. Et sciendum quod ipsa produxit warantum suum scilicet Hugonem filium suum qui est infra etatem.

1306. Kanc. Assisa uenit recognitura si Ricardus Giffard pater Osberti Giffard fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de manerio de Aylefordia cum pert. die quo etc., et si obiit post terminum etc., quod manerium Willelmus de Gahen tenet. Qui uenit coram Comite W. Marescallo[2] et consilio Dom. Regis et dicit quod ipse habet manerium illud ex dono Regis Ricardi et ex dono Regis Johannis, et dominus Rex qui nunc est infra etatem illud ei warentizare debet, et petit etatem Dom. Regis. Et quesitus si haberet cartas regum uel alio modo ostenderet quare Dom. Rex ei warentizare deberet, dicit quod nullam habet cartam, nec aliud dicere uoluit per quod Dom. Rex ei warentizare deberet. Et ideo considera-

[1] Br. f. 297.

[2] The Regent. At this time cases before the Council are recorded on the de Banco rolls.

tum est quod assisa procedat secundum legem et consuetudinem regni[1]. Et sciendum quod Robertus de Hugborsam miles predicti Willelmi uenit in banco et dixit quod dominus suus noluit de manerio illo placitare, et quesitus si uenisset sicut attornatus Willelmi predicti, dixit quod non, set sicut nuncius.

Juratores dicunt quod predictus Ricardus ita obiit seisitus ut de feodo et in dominico suo die quo obiit et quod obiit post terminum et quod idem Osbertus est propinquior heres eius. Et ideo consideratum est quod Osbertus recuperauit seisinam suam et Willelmus in misericordia. Capta fuit hec assisa absente Willelmo sicut predictum est, et Comes Marescallus et consilium Dom. Regis preceperunt iudicium fieri et reddi secundum consuetudinem regni.

7. Cristiana que ut dicit fuit uxor Walteri de Ledes petit uersus Walterum de la Riuere terciam partem uille de Wintonia cum pert. ut dotem suam etc. Et Walterus uenit et dicit quod non debet ei dotem facere, quia predictus Walterus uir suus adhuc uiuit et hoc offert probare ad diem et horam prout curia considerauerit etc. Wilt.

Et ipsa dicit quod uir suus mortuus est et inde habebit sectam ad diem quem ei ponent, que uidit eum uiuum et mortuum etc. Dies datus est eis etc. et ipsa tunc producat sectam si uoluerit[2].

8. Nicholaus de Marcham optulit se quarto die uersus Matheum de Guindona et plures alios de placito pacis Dom. Regis infracte etc. et ipsi non uenerunt et Matheus et Radulfus[3] attachiati fuerunt per tales etc. Et uicecomes mandauit quod alii appellati non fuerunt inuenti, et ideo consideratum est quod Matheus et Radulfus ponantur per meliores plegios etc., et primi summoneantur etc., et uicecomes attachiet alios sicut alias ei preceptum fuit quod sint tali die etc. Norf.

9. Loquela inter Willelmum de Huntingfeldia querentem et Johannem le Strange et tales etc. de placito catallorum que Salop.

[1] Br. f. 382 b. This is Fitz. *Age*, 140, and *Voucher*, 283.

[2] Br. f. 301 b.

[3] One of the defendants whose names the copyist has omitted.

ei abstulerunt post pacem etc. ponitur in respectum usque ad talem diem etc. per preceptum Comitis Marescalli[1] per Radulfum Hareng et Stephanum de Segraue[2]. Et Hamon[3] non uenit, et uicecomes mandauit quod non habet terram etc., et est de familia Comitis Cestrie, et ideo uicecomes attachiet eum sicut etc. et sit auditurus etc.

1310. Rotel. Henricus Hose et Robertus le Sauuage milites missi per preceptum Dom. Regis per breue suum ad Dom. Reginam[4] ad audiendum quos ipsa attornare uellet loco suo etc. uersus Adam Keret de manerio de Ketona cum pert., ueniunt et dicunt quod ipsa ponit loco suo Hugonem de Bathonia [128 b.] clericum uel Waleranum le Tyeys etc. |

1311. Midd. Assisa uenit recognitura si Warinus Longus pater Alicie uxoris Roberti de Fulemora fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de ij. acr. terre et dim. et iiij. mesuagiis cum pert. in Aldestrate die quo obiit etc., et si obiit post primam coronacionem etc., et si ipsa Alicia propinquior heres eius sit, unde Stephanus de Gosewilla tenet ij. acr. terre et dim. et Alanus le Briwere unum mesuagium, et Gregorius Tannator j. mesuagium, et Walterus Pipere j. mesuagium, et Willelmus Carectarius j. mesuagium, qui omnes ueniunt et quesiti si quid dicere uellent quare assisa remaneret, dicunt quod assisa non debet inde fieri quia predictus Warinus habuit quendam filium nomine Gilebertum fratrem ipsius Alicie qui de terra quam ipsi tenent fuit seisitus post mortem predicti Warini patris sui, ita quod idem Gilebertus terram illam uendidit Roberto filio Nigelli qui illam dedit in elemosinam monialibus de Clerkenwilla. Dicunt eciam quod adhuc uiuit predictus Gilebertus ut credunt et est in Hybernia.

Et Walterus Pipere dicit quod ipse nichil clamat in mesuagio quod ipse tenet nisi ad terminum de anno in annum de quodam Johanne le Waleys. Et Willelmus Carectarius uocat ad warantum de mesuagio suo etc.

Et Robertus et Alicia defendunt quod predictus Gilebertus nunquam fuit seisitus de predicta terra nec post

[1] The regent.
[2] Two justices of the Bench.
[3] One of the unnamed defendants indicated by *tales*.
[4] Isabella the queen mother.

mortem patris sui nec ante, et quod Robertus filius Nigelli nunquam habuit terram illam, nisi in custodia ad terminum, et inde ponunt se super iuratam, et producunt sectam sufficientem que testatur quod idem Gilebertus obiit in Hybernia septem annis transactis etc. Post uenerunt Stephanus et Alanus et uocauerunt ad warantum Priorissam de Clerkenwilla. Habeant eam etc. Et Walterus Pipere recedit inde sine die eo quod dicit quod non tenet mesuagium et alii non potuerunt hoc dedicere.

Ipsi optulerunt se iiij. die uersus Gregorium le Tanur de uno mesuagio cum pert. in eadem uilla etc., et ipse non uenit et summonitus fuit etc., et ideo resummoneatur quod sit etc., idem dies datus est etc.

2. Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis Dors.
presentauit ultimam personam que mortua est ad capellam de Dalwode que uacat etc., cuius aduocacionem Robertus Chantemerle clamat uersus Abbatem de Middeldona[1]. Qui uenit per attornatum suum et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia ipse uocat ecclesiam illam in breui capellam et non usus in curia Dom. Regis quod assisa fiat de aduocacione capellarum, et ideo non debet inde fieri assisa.

Et Robertus dicit quod terra ubi capella sita est fuit aliquando de dominico Dom. Regis et usagium fuit quod omnes ecclesie de dominicis Dom. Regis uocabantur capelle et ideo uocat eam capellam, set dicit quod libera est, et non pertinet ad aliquam matricem ecclesiam[2].

Postea dictum est Abbati quod respondeat ad breue. Et ipse iterum dicit quod assisa non debet inde fieri quia capella non uacat, immo Thomas de Warham persona ecclesie de Stoclande est inde persona ut de capella que pertinet ad ecclesiam suam de Stoclande, unde idem Abbas dicit quod quidam Johannes Auenant qui ultimo obiit persona illius capelle tenuit capellam illam de predicto Thoma persona de Stoclande reddendo ei nomine pensionis xx. sol. per annum. Et inde profert cartam Hereberti quondam Episcopi Saris-

[1] Milton Abbas, Dorset. Monast. vol. 2, p. 344. Stockland and Dalwood in a detached part of Dorset, locally in Devon.

[2] As to such royal chapels, see Br. 241 b.

biriensis[1] que testatur quod ipse ad uoluntatem Abbatis et conuentus de Middeldona et ad presentacionem Thome de Warham persone ecclesie de Stoclande admisit Johannem Auenant clericum ad perpetuam uicariam capelle de Dalwode que ad ecclesiam de Stoclande spectat, reddendo annuatim persone ecclesie de Stoclande nomine pensionis xx. sol. Profert eciam litteras R. Sarisbiriensis Episcopi[2] patentes que testantur quod ipse cum officio archidiaconi Dorsetie quondam fungeretur, de mandato H. quondam Episcopi Sarisbiriensis admisit Johannem Auenant clericum ad capellam de Dalwde ad presentacionem Abbatis et conuentus de Middeldona et de uoluntate rectoris ecclesie de Stoclande, et ipsum in ea instituit reddendo etc. xx. sol. nomine pensionis etc.

Et Robertus uenit et dicit quod ipse petit assisam suam de morte cuiusdam Rogeri qui tenuit capellam illam ante predictum Johannem qui Rogerus inde obiit persona ad presentacionem antecessorum suorum etc., et si Episco-
[130.] pus | admisit ipsum Johannem hoc fecit iniuste et contra appellum suum et contra appellum Alani Dispensarii auunculi sui qui post mortem predicti Rogeri aramiauit assisam ultime presentacionis de eadem capella uersus ipsum Abbatem.

Consideratum est quod assisa remaneat, et quod Robertus nichil capiat per hoc breue[3].

1313. Oliua que fuit uxor Philippi Bertram petit dotem suam
Glouc. uersus Clementem Bonpas et Roanam uxorem eius et Radulfum de Siluetona et Matillidem uxorem eius. Et ipsi uenerunt et noluerunt respondere sine breui et non habuimus breue. Et ideo datus est eis dies in crastino etc. et uicecomes habeat tunc breue origenale per quod illos summonuit, et sit auditurus iudicium suum de hoc quod illud non habuit tali die etc.

1314. Elizabet que fuit uxor Rogeri de la Haye per attornatum
Hereford. suum peciit uersus Enger' de Fraxino et Aliciam uxorem eius terciam partem unius caruc. terre cum pert. in Thur-

[1] Herbert le Poer, 1194–1217.
[2] Richard le Poer the new bishop.
[3] As to Robert's title, see Rot. Cl. vol. 1, p. 303 b.

lokesop' et terciam partem j. mesuagii et terciam partem xiiij. solid. redditus cum pert. in eadem uilla ut dotem suam etc. Et ipsi nolunt respondere sine waranto suo de dote sua, scilicet Thoma filio et herede predicti Rogeri qui est in custodia Walteri de Winelegha. Et ideo consideratum est quod Walterus predictus summoneatur quod sit tali die etc. et ibi habeat etc.[1] Et Alicia ponit loco suo etc.

5. Matheus de Wallop' summonitus fuit ad esse coram iusticiariis ostensurus quod ius habet et habere clamat in custodia carceris Wintonie cum pertinenciis suis etc. unde Willelmus de Ho ostendit quod Dom. Rex Ricardus dedit ei pro homagio et seruicio suo custodiam carceris Wintonie cum terra de Wodecota cum pertinenciis pertinente ad eundem carcerem, unde ipse fuit seisitus ut de iure etc. tempore Dom. Regis J. capiendo inde expleta ad ualenciam etc. Suht.

Et Matheus uenit et defendit ius suum etc. et petit uisum de terra de Wodecota. Habeat. Dies etc.

6. Johannes Wacelin optulit se iiij^{to} die uersus Willelmum Wacelin de placito quod warentizet ei duas caruc. terre cum pert. in Wiuelingeham, quas tenet et de eo tenere clamat et unde cartam suam habet ut dicit etc. Linc.

Et Willelmus non uenit etc., et habuit diem per essoniatorem suum. Et ideo consideratum est quod attachietur quod sit tali die etc., et uicecomes diligenter inquiri faciat quis sit Bowy de Swanetona qui eundem Willelmum falso essoniauit ad predictum terminum, et illum capiat et saluo custodiat donec aliud etc.

7. Ricardus de Mara summonitus fuit ad ostendendum quare ipse non permittit Priorem de Mertona presentare idoneam personam ad ecclesiam de Twinstede que uacat etc. cuius aduocacionem idem Prior dicit ad se pertinere etc. Et Ricardus dicit quod ipse iuste impedit quia Johannes de Mara auunculus suus presentauit ultimam personam etc. scilicet Thomam de Sunbiria clericum, et preter Thomam presentauit ipse quemdam Rannulfum qui ultimo obiit persona. Et Prior dicit quod ipse presentauit ultimam Essex.

[1] Br. f. 298.

personam scil. quemdam Alexandrum nomine qui reddidit domui sue unam marcam nomine pensionis etc.

Et Ricardus dicit quod idem Alexander fuit uicarius predicti Rannulfi reddens ei nomine personatus decem solidos. Post ueniunt ambo et petunt recognicionem fieri quis aduocatus tempore pacis etc. Habeant etc., et ueniat tali die etc.

1318. Buck. Amicia que fuit uxor Henrici de Clintona per attornatum suum petit uersus Agnetem de Handena unam uirg. terre cum pert. in Stiuele ut dotem suam etc. Et Agnes uenit et petit inde uisum. Habeat. Dies datus etc. Et sciendum quod terra fuit capta in manum domini Regis per defaltam et petita ad horam et ideo repleg'[1].

1319. Warr. Ricardus filius Willelmi essoniator Jordani de Wicharra petentis optulit se quarto die uersus Priorissam S. Trinitatis de Bosco de placito assise ultime presentacionis quam ipse aramiauit uersus eam de aduocacione ecclesie de Elmedona, et ipsa non uenit etc. et summonita fuit etc. Judicium, resummoneatur quod sit tali die etc.[2] Idem dies datus est etc. | [199 b.]

1320. Sussex. Isolda Biset per Robertum de Kernec attornatum suum optulit se quarto die uersus Radulfum Tyrelle et Clemenciam uxorem eius de placito medietatis uille de Halingedona cum pert. quam ipsa clamat in dotem uersus eos etc. Et terra capta fuit in manu Dom. Regis pro defectu quem Radulfus et Clemencia fecerunt in oct.[3] S. Hil., et uicecomes mandauit diem capcionis etc. et quod ipsi summoniti fuerunt quod essent a die Purificacionis in xv. dies[4] etc. Et ad diem illum uenit Radulfus et peciit terram per plenimam scil. die[5] Lune proxima ante Cathedram S. Petri, set Clemencia uxor eius non uenit etc. et uicecomes testatus est quod terra capta fuit in manum Dom. Regis die[6] Martis proxima post Purificacionem etc. Judicium ponitur in respectu usque in xv. dies post Pascha prece attornati Isolde et ipsius Radulfi, ita quod ad diem illum fiat iudicium eodem modo quo ad hanc diem etc.

[1] In general there is no view after the land has been seized under the Great Cape. Br. f. 377 b.

[2] Br. f. 238.

[3] 20 Jan.

[4] 16 Feb. Monday in 1215.

[5] 16 Feb.

[6] 5 Feb.

Consideratum[1] est quod Isolda recuperauit seisinam ut de dote per defaltam et Radulfus in misericordia.

Agnes de la Kersimere per attornatum suum peciit uersus Robertum de Brancestria terciam partem unius caruc. terre cum pert. in Norhulla ut dotem suam etc. Et Robertus uenit et non uult ei respondere sine waranto suo de dote, scil. Johanne de la Kersimere filio Alexandri[2]. Habeat eum a die Pasche in unum mensem per auxilium curie et manet in comitatu Suffolcie. Norf.

Jurata uenit recognitura si Vitalis de Engainne disseisiuit Adam de Curtenay infra guerram de manerio de Upministro, set ponitur in respectum usque ad talem diem pro defectu recognitorum eo quod inutiles fuerunt. Et ideo uicecomes sicut alias ei preceptum fuit faciat uenire xij. tam milites quam alios liberos et legales etc. et discretos alios a primo electis per quos etc. et uicecomes tunc sit auditurus iudicium suum de hoc quod mand' illud[3] etc. Et dictum est omnibus recognitoribus qui uenerunt quod eant inde sine die quia pauperes fuerunt et nullus miles electus fuit. Essex.

Dies datus est Matheo de Sancto Trono et Roeysie uxori eius petentibus et Abbati de Stratfordia per attornatum suum et Willelmo le Briton per attornatum suum a die Pasche in xv. dies eo quod uisus terre petitus fuit a die S. Hillarii in xv. dies et Matheus et Roysia cognouerunt quod uisus nondum factus fuit, et ideo interim fiat uisus. Essex.

Robertus Maudut per attornatum suum optulit se quarto die uersus Willelmum de Wirmecota de placito l. marcarum unde plegiauit Comitissam Warrewici uersus ipsum Robertum et non acquietauit eam[4] ut dicit etc., et uersus Geruasium de Wautona de placito xxx. marcarum etc. unde eum[5] plegiauit etc. Et ipsi non uenerunt etc. et attachiati fuerunt per Willelmum filium Radulfi de Wilmecota, Willelmum filium Edithe, Gaufridum de Wilmecota et alios etc. Et ideo consideratum est quod ipsi ponantur per meliores plegios quod sint a tali die etc. in xv. dies etc.[6] Warr. Leic.

[1] This judgment would be postscript on the roll. See Br. f. 370 b § 7.

[2] Br. 297 b.

[3] For not having obeyed the writ.

[4] Sic.

[5] Sic.

[6] Br. f. 139.

1325. Glouc. Johannes de Monte Acuto per attornatum suum optulit se quarto die uersus Willelmum de Schauelingewrthe qui se gerit personam in ecclesiam de Langebergo et uersus Philippum de Langebergo qui se gerit uicarium in eadem ecclesia de placito quo aduocato se teneant in eadem ecclesia etc. Et ipsi non uenerunt etc. Et preceptum fuit uicecomiti quod attachiaret eos etc., et uicecomes mandauit quod non fuerunt inuenti etc., et ideo uicecomes sicut alias ei preceptum fuit attachiat[1] eos quod sint a tali die etc., et uicecomes sit auditurus etc.

1326. Oxon. [2]Ricardus Foliot attachiatus fuit ad ostendendum qua racione ipse disseisiuit Willelmum Seluein de libero tenemento suo in Radewella[3] unde magna assisa aliquando summonita fuit et capta in curia Dom. Regis J., et de qua terra remansit seisina eidem Willelmo per consideracionem curie predicte etc. Et Ricardus uocauerat ad warantum uicecomitem Oxonie quod per breue Dom. Regis J. habuit ipse seisinam terre illius ita quod habuit diem in banco de habendo waranto suo, et preceptum fuit uicecomiti quod haberet breue per quod fecit eidem Ricardo seisinam illam. Et ad diem datum misit uicecomes breue illud in quo continentur hec uerba, J. dei gracia etc. uic. Oxon. salut. Precipimus quod sine dilacione plenariam seisinam habere facias Ricardo Foliot de terra de Chadewilla cum pert. quam disracionauit
[200.] ut dicit per magnam | assisam in curia nostra etc. Teste etc. Unde idem Ricardus dicit quod seisinam illam habuit ipse per hoc breue Dom. Regis et bene defendit quod nunquam disseisiuit eum, et desicut continetur in breui quod ipse disseisiuit eum etc. et non disseisiuit eum, immo habuit seisinam per Dom. Regem sicut predictum est, uidetur ei quod non debet ad hoc breue respondere etc.

Et Willelmus dicit quod ipse fuit seisitus de terra illa ante guerram et in inicio guerre et bene cognoscit quod magna assisa sicut predictum est summonita fuit et capta in predicta curia de eadem terra[4], ita quod Dom. Rex fecit

[1] Corr. *attachiet.*
[2] Writ in Rot. Cl. vol. 1, p. 319 b.
[3] *Chadewilla*, below.
[4] Placit. Abbrev. 40.

summonere xxiiij. ad conuincendum xij.[1] eo quod audiuit quod assisa capta minus legalis fuit, et tunc uenerunt xij. et finem fecerunt cum Dom. Rege pro ccc. libr. per sic quod xxiiij. non iurarent super eos, ita quod per hoc remansit ei seisina sua, et terra illa tenuit in inicio guerre et post guerram inceptam donec idem Ricardus disseisiuit eum, et si Dom. Rex J. hoc precepit, hoc fecit per uoluntatem suam et sine iudicio, quia ipse nunquam summonitus fuit contra illud preceptum, et desicut iusticiarii tenentur huiusmodi emendare et eciam pactum fuit in forma pacis quod unusquisque haberet talem seisinam qualem habuit in inicio guerre[2], petit ipse ut reddant seisinam suam. Dies datus est etc.

Dom. Regina[3] per attornatum suum petit uersus Adam de Keret manerium de Ketena cum pert. quod clamat pertinere ad racionabilem dotem suam etc. Et Adam per attornatum suum uenit et petit inde uisum, et habet. Dies datus est etc. Rotel.

Nicholaus le Seculer attornatus Reginaldi de Breusa uenit coram iusticiariis et per licenciam eorum reliquit breue suum quod impetrauerat uersus Walterum de Bello Campo eo quod fuit precipe quod prohibetur per cartam[4]. Et ideo dictum est nuncio Walteri de Bello Campo qui tulit breue Dom. Regis de warancia quod esset inde sine die etc. Wygorn.

Dom. Rex significauit iusticiariis quod loquela que est coram eis inter Idoneam que fuit uxor Eudonis de Eintona petentem et Petrum de Malo Lacu et Isabellam uxorem eius de medietate baronie de Danecastro ponerent in respectum donec aliud inde habeant preceptum etc. Dictum est Idonee quod eat inde sine die. Ebor.

Hubertus de Burgo Justiciarius optulit se quarto die uersus Reginaldum de Breusa de placito quod reddat ei castra de Grosso Monte de Skenesrith[5] et de Lantilio que clamat ut ius suum et unde habet cartam Dom. Regis J., et unde idem Rex J. ipsum sine iudicio et per uoluntatem suam Hereford.

[1] Generally no attaint of grand assise. Br. f. 290.

[2] The treaty of Lambeth; see Foedera, vol. 1, p. 148.

[3] Isabella the queen mother.

[4] Art. 34 in Charter of 1215. Breue quod vocatur Precipe etc.

[5] Corr. *Skenefrith*.

disseisiuit ut dicit etc.[1] Et Reginaldus non uenit etc., et habuit diem per essoniatores suos ad talem diem etc. Et ad diem illum se essoniauit de malo lecti, et essonium non iacuit[2]. Et ideo consideratum est quod castra capiantur in manum Dom. Regis et dies etc., et ipse summoneatur quod sit in octab. S. Trin.

1331. Deuon. Robertus de Curtenay uenit coram iusticiariis et warentizauit combustionem et capcionem et dampnum Hugonis Peuerel de Sanfordia et aliorum appellancium Reginaldum de Curtenay et Johannem Lanceleue et alios de pace Regis etc. Et dixit quod reuera hoc factum fuit post pacem iuratam, set ipsi appellantes non fuerunt eo tempore ad fidem Dom. Regis, nec ad pacem uenerunt immo per alium dominum quam per Dom. Regem se aduocauerunt et fecerunt se uicecomites.

1332. Hertford. Prior de S. Neoto optulit se quarto die uersus Ricardum de Muntfichet de placito assise ultime presentacionis etc. Et Ricardus non uenit nec attornatus suus et fuit petens. Et ideo Prior inde sine die et Ricardus in misericordia et plegii sui de prosequendo etc.[3]

1333. Kent. Matillis que fuit uxor Thome de Ripple petit uersus Henricum de Sandwico terciam partem feodi unius militis in Ripple ut dotem suam etc. Et Henricus dicit quod non uult ei respondere sine waranto suo de dote sua scil. Johanne filio suo qui est in custodia Egidii de Badelesmara. Habeat eum tali die per auxilium curie[4].

1334. Stafford. [290 b.] Alicia que fuit uxor Ade clerici petit uersus Willelmum de Grisele terciam partem dim. uirg. terre cum pert. | in Mortona ut dotem suam etc., unde predictus Adam quondam uir suus eam dotauit etc. Et Willelmus uenit et dicit[5] quod idem Adam uir suus pro nequicia sua et pro roberia et pro societate prauorum hominum et pro rotuncura[6] denariorum et aliis feloniis unde conuictus fuit, fuit ipse suspensus per iudicium factum coram Galfrido filio Petri tunc capitali iusticiario[7], et inde ponit se super comitatum.

[1] See Rot. Pat. p. 57.
[2] This seems, not a writ of right, but a writ of entry sur disseisin, so the essoin de malo lecti does not lie.
[3] Br. f. 238 § 3.
[4] Br. f. 297 b.
[5] For this plea see Br. 297 b.
[6] retonsura, clipping.
[7] 1198–1213.

Et Alicia defendit quod non fuit suspensus pro nequicia sua immo per uoluntatem et sine iudicio, unde uicecomes postea fuit in misericordia de xxx. marcis eo quod per uoluntatem suam suspenderat predictum Adam, et inde ponit se super comitatum. Et ipse similiter. Consideratum est quod uicecomes coram coronatoribus comitatus recordari faciat quomodo et quando et qua occasione Adam suspensus fuit et recordum illud mittat etc. per litteras suas sub sigillo suo et sigillis coronatorum etc.

65. Mabilia que fuit uxor Walteri de Cuylli petit uersus Johannem de Cuylli terciam partem xxxij. uirg. terre cum pert. in Radecliue ut dotem suam et terciam partem x. uirg. terre cum pert. in Harletona et terciam partem iij. uirg. terre cum pert. in Wauertona ut dotem suam etc., et unde predictus Walterus eam dotauit ut de hereditate sua que ei descendere debuit de Hugone patre suo, quia idem Hugo fuit in seisina tocius terre predicte etc. Leic.

Et Johannes uenit et dicit quod ipsa dotem inde non debet habere, quia Walterus uir suus non fuit seisitus de terris illis die quo eam desponsauit, nec unquam postea, nec eciam eam dotauit per uoluntatem patris sui, quia ipse eam duxit in uxorem sine consilio et uoluntate patris sui.

Et Mabilia dicit quod ipsa fuit dotata per uoluntatem patris sui, quia infra octo septimanas postquam desponsata fuit[1] fuit uir suus concordatus cum patre suo, ita quod pater suus ei concessit ut dotaret eam de tercia parte predictarum terrarum et inde ponit se super eos qui interfuerunt ubi desponsata fuit, et super patriam. Et J. similiter. Dies datus est etc.

66. Gaufridus de Lucy et Juliana uxor eius per attornatos suos petunt uersus Priorem Hospitalis Jerosolime in Anglia aduocacionem ecclesie de Wigintona ut ius ipsius Juliane etc., quia terra de Wigintona in qua sita est predicta ecclesia est ius ipsius Juliane, quod ei descendit de Eua del Broc que fuit uxor Walteri de Chesneto auia ipsius Juliane. Quia quidam Willelmus Gernet terram illam tenuit cum aduocacione eiusdem ecclesie de predictis Waltero et Eua. Idem Hertford.

[1] See Br. f. 305, 305 b. This case is Fitz. *Dower*, 190.

Willelmus habuit duos filios Gilebertum et Ricardum, mortuo autem ipso Willelmo cecidit terra illa cum aduocacione in manus Gileberti primogeniti filii et heredis sui. Postea autem orta est quedam disconueniencia inter ipsum G. et Ricardum, ita quod Ricardus appelauit ipsum Gilebertum de felonia in curia Dom. Regis, et in tantum processit quod duellum percussum fuit inter eos, ita quod Gilebertus uictus fuit et suspensus. Postea autem postquam Dom. Rex tenuerat terram illam per unum annum et unum diem, uenerunt Walterus et Eua uxor eius ad Dom. Regem et pecierunt Dom. Regem ut redderet eis feodum suum, et Dom. Rex eis reddidit, ita quod idem Walterus et Eua fuerunt in seisina illius aduocacionis tali modo quod quidam Johannes clericus inde fuit persona per ipsos Walterum et Euam capiendo inde expleta tempore Regis Henrici aui etc. ad ualenciam etc. Et inde producunt sectam. Et de ipsa Eua descendit ius aduocacionis illi Matillidi[1] matri ipsius Juliane, et de ipsa Matillide ipsis Gaufrido et Juliane etc., et hoc offerunt probare prout curia considerauerit etc.

Et Prior uenit et defendit ius suum et ponit se in magnam assisam Dom. Regis et petit recognicionem fieri quis eorum maius ius habeat in eadem aduocacione etc. Dies datus est etc.

1337. Lucia que fuit uxor Petri de Kesneto petit uersus
Northt. Johannem de Pirie terciam partem medietatis unius molendini cum pert. in tali uilla etc. ut dotem etc. Et Johannes uenit et uocat inde ad warantum Radulfum de Kesneto, qui presens est, et dicit quod non uult respondere sine summonicione. Et ideo dies datus est etc.

North. Item eadem petit uersus Radulfum de Kesneto terciam partem medietatis unius molendini cum pert. in eadem uilla
[2d.] etc. | Et Johannes[2] dicit quod ipsa habet plenarie dotem suam alibi in certo loco de tota terra que fuit uiri sui et inde ponit se super patriam. Dies datus est eis etc.

1338. [3]Isobella de Grauenel petit uersus Thomam de Waderdale
Kanc.

[1] Altered from *illius Matillidis*.

[2] Corr. *Radulfus* (?).

[3] For the end of this action see above Case 9. It is cited by Bracton f. 308 b and f. 313. It is [illegible] *Prescription*, 59.

medietatem c. acr. et septem acr. terre cum pert. in Nywelande etc. ut dotem suam etc., et uersus Johannem de Wadenhale medietatem c. et septem acr. terre cum pert. in eadem uilla ut dotem suam, unde Walterus de la Nywelande quondam uir suus eam etc. Et ipsi ueniunt et defendunt ius suum et dicunt quod non debet habere terram illam nec aliam nomine dotis, quia ipsa post mortem predicti Walteri de cuius nomine ipsa clamat predictam terram in dotem, cepit alium uirum, et consuetudo est quod uxores maritorum defunctorum habeant francum bancum suum de terris sokemannorum, et quod nullum uirum capiat post mortem uiri sui, quod si fecerit, consuetudo est in eodem comitatu quod amittat dotem suam quam clamat nomine primi uiri sui. Et super hoc uenerunt milites de eodem comitatu et petunt libertatem et consuetudinem comitatus sibi teneri[1].

Et Isobella dicit quod ipsa nunquam fuit seisita de dote illa, nec tempore primi uiri sui nec tempore secundi uiri sui, unde petit iudicium si amittere debeat hoc quod nunquam habuit per legem et consuetudinem comitatus.

Et ipsi dicunt quod siue fuit seisita siue non, si ipsa post mortem uiri sui iterum capiat uirum suum amittere debet dotem suam, et eciam clamium dotis etc. Consideratum est quod xij. tam milites quam alii qui teneant per seruicium militare summoneantur quod sint tali die etc. ad recognoscendum si amittere debeat dotem et clamium dotis etc.

Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam de Beintona, que uacat etc., cuius aduocacionem Petrus de Malo Lacu et Isobella uxor eius per Radulfum de Rupe atternatum suum clamant uersus Abbatem Eboraci. Qui uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia ecclesia illa non uacat immo quidam Radulfus de Stokes inde est persona ad presentacionem predicti Abbatis Eboraci [2]et inde profert litteras patentes Abbatis et conuentus S. Marie Eboraci[2] directas G. Archiepiscopo Eboracensi[3] in quibus Ebor.

[1] Observe the intervention of the knights of the shire. From this and from the constitution of the jury one would suppose that this land was held by military service.

[2-2] In the margin.

[3] Geoffrey son of Henry II. 1191—1212.

continetur, quod ipsi concesserunt Magistro R. de Stokes ecclesiam de Beintona cum pert. etc. Profert eciam cartam predicti G. Archiepiscopi in qua continetur, quod ipse ad presentacionem predictorum Abbatis et conuentus admisit Magistrum Radulfum clericum ad ecclesiam de Beintona cum pert. etc. Profert eciam idem Abbas cartam Willelmi Fossarde[1] antecessoris ipsius Isobelle in qua continetur quod ipse dedit concessit et confirmauit in puram elemosinam etc. ecclesie S. Marie Eboraci plures terras et ecclesias inter quas nominata est ecclesia de Beintona cum pert. quam habuerunt idem monachi de feodo patris sui Roberti Fossarde etc. Profert eciam cartam[2] Henrici Regis senis que eis confirmat plures terras et plures ecclesias inter quas nominata est ecclesia de Beintona etc. Unde dicunt quod desicut ecclesia non uacat, uidetur eis quod assisa non debet procedere. Profert eciam litteras Dom. Pape idem confirmantes. Et dicit idem Abbas quod ipsi Petrus et Isobella debent ei ecclesiam illam warentizare.

Et attornatus Petri et Isobelle dicit[3] quod Abbas iniuste dicit quod predictus Radulfus est persona de dicta ecclesia quia ipse numquam fuit institutus in ecclesia illa, nec umquam fuit in seisina et hoc patet quia ecclesia illa est in manu Archiepiscopi. De cartis quas Abbas profert dicit ipse quod ei non debent nocere, quia postquam omnes carte ille facte fuerunt, si umquam fuerunt facte, presentauit Robertus de Turnham tres personas ad eandem ecclesiam scilicet Baldewinum de Guines que inde fuit persona et illam habuit et tenuit, et post eum quidam Michael fuit persona et habuit ecclesiam illam et tenuit, et post eum Willelmus de Wrotcham fuit inde persona ad presentacionem predicti Roberti, et obiit ultimo persona in eadem ecclesia, et inde ponit se super assisam, et petit assisam suam, etc.

Et attornatus Abbatis quesitus in cuius manu sit ecclesia illa, dicit quod est in manu Archiepiscopi et fuit iam duobus annis elapsis, eo quod non tenuit W. de Wrotcham personam eiusdem ecclesie.

[1] Charter of Nigel Fossard, Monast. vol. 3, p. 551.

[2] Charter of Henry II. Monast. vol. 3, p. 548.

[3] Br. f. 242 b.

Consideratum est quod assisa procedat. Quis etc. et ueniat tali die etc., idem dies datus est recognitoribus etc. |

Agnes que fuit uxor Nicholai de Buleheye recessit per licenciam iusticiariorum de breui suo quod impetrauerat uersus Rogerum de Liueknora de placito dotis etc. eo quod ipsa ceperat uirum de quo nulla mencio fuit in breui. Et querat aliud breue si uoluerit. [261 b.] Herts.

Elena que fuit uxor Ade de Esseby petit uersus Adam de Sancto Laudo terciam partem septem bouat. terre cum pert. in Kirkeby ut dotem suam etc. unde idem Adam quondam uir suus eam dotauit etc. Linc.

Et Adam uenit et dicit quod non uult ei respondere sine waranto suo de dote sua scilicet Roberto filio Ade qui est infra etatem et in custodia Hugonis Picot. Habeat eum tali die per auxilium curie.

Walterus de Naffordia dat dimidiam marcam pro habendo quodam breui de faciendo fieri recordum de quadam loquela in comitatu unde idem Walterus dicit falsum iudicium sibi fieri etc. Wigorn.

Robertus de Ponte optulit se quarto die uersus Thomam Child de placito medietatis custodie pontis de Lewes. Et Thomas non uenit etc. et summonicio etc. Judicium, illa medietas custodiatur, capiatur in manum Dom. Regis, et Thomas summoneatur quod sit a tali die in tres septimanas. Sussex.

Dies datus est Gerardo de Rassele et Katerine uxori eius petentibus et Theobaldo de Lek de capiendo cyrographo suo de dote ipsius Katerine a tali termino in iij. septimanas, et tunc ueniant uillani[1], et Katerina ponit loco suo uirum suum. Hunt.

Rogerus de la Feld summonitus fuit quod esset auditurus recordum et iudicium suum de loquela que fuit in curia Regis J. patris etc. inter eum et Petrum de Well' de dim. hida terre cum pert. in Hamtona, ita quod loquela illa esset in eo statu quo fuit quando remansit occasione gwerre. Hertford.

Et Rogerus uenit et dixit quod loquela posita fuit in aduentum iusticiariorum decem annis preteritis et plus et

[1] The villains on the estate comprised in the fine are to come and be attorned.

non remansit occasione gwerre. Et Petrus hoc non potuit dedicere, et ideo sine die et Petrus in misericordia.

1346. Subt. Dies datus est Alicie de Leofordia petentem[1] uersus Abbatissam de Rumesye de placito dotis in oct. S. Trin. eo quod Abbatissa languida est et preceptum est uicecomiti quod ipse mittat ad eam iiij. milites ad audiendum quem ipsa inde loco suo uelit attornare etc., et milites habent eundem diem. Et ipsa[2] produxit warantum suum et dictum est ei quod remaneat quia infra etatem est.

1347. Surr. Assisa mortis antecessoris inter Willelmum Testard petentem et Edelinam de Broc de una carue. terre cum pert. in Geudeford ponitur in respectum usque in xv. dies post festum S. Joh. Bapt. eo quod participes ipsius Edeline sine quibus ipsa non uult respondere non uenit[3] quia nullum diem habuerunt nec summoniti fuerunt et ideo summoneantur, scilicet tales etc. Et talis summonitus fuit, et ideo non remaneat pro defectu ipsius. Ad diem talem uenit Willelmus de Cadintona et dixit quod ipse nichil habet cum uxore sua de hereditate Rannulfi le Broc, et ideo dicit siue Edelina amittat siue perquirat, ipse nichil partiri debet etc.

1348. Surr. Assisa uenit recognitura si Rogerus Testard pater Willelmi fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de dim. hida terre cum pert. in Slifeld quas[4] Willelmus Maubant et Lucya uxor eius tenent et de j. uirg. terre cum pert. in Geudeford quam Thomas le Prute tenet die quo etc., et si obiit post terminum etc. Et Lucya uenit set Willelmus uir eius nec Thomas predictus uenerunt et summoniti fuerunt quod essent tali die etc. audituri recordum et iudicium suum, in eo statu quo fuit ante gwerram, et tunc se essoniauerunt et habuerunt diem per essoniatores suos tali die etc., et tunc non uenerunt, et ideo consideratum fuit quod pro defalta eorum non remaneret assisa.

Juratores dicunt quod Rogerus ita obiit seisitus ut de feodo etc. et post terminum etc. et quod idem Willelmus propinquior heres eius est. Et ideo consideratum est quod

[1] Corr. *petenti*
[2] Alice.
[3] Corr. *uenerunt*.
[4] Sic.

Willelmus habeat seisinam suam et Willelmus et Thomas in misericordia etc.

Et sciendum est quod Osbertus de Pagaham et Ricardus Cementarius uersus quos idem Willelmus Testard aramiauit assisam predictam de terra in eadem uilla, obierunt. Et ideo de eis sine die etc.

[1]Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam ad ecclesiam de Sturmenistro | que uacat etc. cuius aduocacionem Comes Willelmus Marescallus clamat uersus Priorem Hospitalis S. Egidii de Ponte Audemari[2]. Postea uenerunt et concordati sunt, et est concordia talis quod predictus Marescallus recognouit et concessit eis personatum eiusdem ecclesie habendam et tenendam, salua ipsi Comiti presentacione sua ad uicariam eiusdem ecclesie, ita quod ipse et heredes eius presentabunt[3] eidem Priori et successor' post mortem uicar' presentabunt uicar' et sic de uicario in uicarium, et ille uicarius tenebit uicariam, reddendo inde Priori et successoribus suis singulis annis ij. marcas. Dies datus est eis etc. Dors. [202.]

Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam etc. ad ecclesiam de Cramfordia que uacat etc. cuius aduocacionem Johannes de Massay et Auelina uxor eius clamant uersus Robertum de S. Johanne. Qui uenit et bene concessit assisam. Juratores dicunt quod Rogerus de Cramfordia auus eiusdem Aueline presentauit ultimam personam que obiit scil. Gilebertum de Cramfordia fratrem suum, set hoc factum fuit uiuente alia persona Ada nomine, et quod idem Gilebertus fuit persona eiusdem ecclesie ad presentacionem eiusdem Rogeri. Et ideo consideratum est quod Johannes et uxor eius recuperauerunt presentacionem suam et Robertus in misericordia. Midd.

Clariciа que fuit uxor Ricardi Turolde petit uersus Willelmum filium Ricardi et Margeriam uxorem eius dim. uirg. Wygorn.

[1] This is Fitz. *Graunt*, 89. Fitzherbert infers that, since in a grant of a parsonage a reservation of the vicarage is good, the vicarage would pass by the grant if not reserved.

[2] Pont Audemer in Normandy.

[3] Omit one *presentabunt*. The passage should run, *ita quod ipse et heredes eius eidem Priori et successoribus post mortem uicarii presentabunt uicarium.*

terre cum pert. in Bokelintona ut dotem suam et ut illam unde Ricardus uir suus eam dotauit etc. Et Willelmus et Margeria ueniunt et dicunt quod terra illa est hereditas Johannis filii sui et heredis Hugonis Turold et inde etc. Et postea ueniunt et dicunt quod Claricia habet uirum de quo nulla mencio facta est in breui sine quo nolunt ei respondere nisi curia etc., et Claricia hoc non potuit dedicere et ideo sine die.

1352. Warr. Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam de Hamtona in Arderne, que uacat etc., cuius aduocacionem Willelmus de Hamtona in Arderne clamat uersus Priorem de Kenillewrthe. Qui uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia ecclesia illa non uacat, quia ipse et alii canonici sunt inde persona. Et inde profert cartam Willelmi Couentrensis Episcopi[1] que confirmat illis ecclesiam illam in proprios usus etc. Et Willelmus dicit quod si Episcopus confirmauit eis ecclesiam illam in proprios usus, hoc fecit iniuste et contra appellacionem suam, quia defuncto Rogero qui ultimo obiit persona eiusdem ecclesie et ad presentacionem eiusdem Willelmi, statim presentauit personam Dom. Episcopo et cum ipse illum nollet admittere, appellauit pro iure suo etc., ita quod si quid postea inde actum sit, factum est contra appellum suum etc. Et Prior dicit quod Episcopus hoc rite fecit, quia priusquam antecessores eiusdem Willelmi aliquid haberent in terra illa ad quam illa aduocacio pertinet Rogerus de Molbraio qui terram illam tunc tenuit dedit domui de Kenillewrthe ecclesiam illam per cartam suam quam profert et que hoc testatur. Profert eciam cartam Rogeri Couentrensis Episcopi[2] donum illud confirmantem. Profert eciam cartam Rogeri de Arderne patris ipsius Willelmi in qua continetur, quod ipse donacionem ecclesie de Hamtona, quam Rogerus de Molbray dominus suus dedit ecclesie de Kenillewrthe et canonicis, concessit et eam firmam et inconcussam perpetuo manere constituit. Profert eciam cartam Episcopi Gaufridi[3] Couen-

[1] William of Cornhill, cons. 1215.
[2] Roger Clinton, 1129–1148.
[3] Geoffrey Muschamp, 11[illegible]—12[illegible].

trensis que illam concessionem eis confirmat. Et Willelmus dicit quod carte ille ei non debent nocere, quia postquam omnes carte ille et nominatim carta quam protulit sub nomine patris sui[1] presentauit idem Rogerus pater suus ad ecclesiam illam scil. eundem Willelmum dum clericus fuit, et postea cum pater suus obiisset et ipse fieret miles, idem Willelmus presentauit personam que ultimo obiit, scil. Rogerum qui ultimo obiit et idem Willelmus ecclesiam illam resignauit. Et Prior dicit quod iniuste dicit Willelmus se presentasse eundem Rogerum, quia ipse Prior eundem Rogerum presentauit, et inde profert litteras eiusdem Willelmi de Arderne que directe fuerunt G. Couentrensi Episcopo[2] in quibus continetur quod ipse in manum H. Couentrensis Episcopi[3] predecessoris ipsius G. resignauit totum ius suum quod habuit in ecclesia de Hamtona in Arderne et iuri suo renunciauit, quo facto, Episcopus ecclesiam illam contulit Rogero clerico fratri ipsius Willelmi ad presentacionem Prioris de Kenillewrthe, ad quem ecclesia illa dinoscitur pertinere. Et Willelmus defendit quod litteras illas numquam fecit nec sigillum suum apposuit, nec illud mandauit Episcopo, et hoc defendit prout curia considerauerit et petit assisam suam. Dies datus est etc. |

3. Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam ad ecclesiam[4] que mortua est ad ecclesiam de Bertona que uacat etc. cuius aduocacionem Alanus de Bertona clamat uersus Priorem de Meretona. Et sciendum quod quedam assisa ultime presentacionis prius capta fuit in curia Dom. Regis inter eos de eadem ecclesia et iusticiarii non potuerunt certificari ad quem predictorum ius presentandi pertineret per sacramentum iuratorum, et ideo consideratum fuit quod xij. tam milites quam alii liberi homines eiusdem uisneti et de antiquioribus et discrecioribus summonerentur per quos melius possit certificari. Et ipsi uenerunt die dominica etc., et dixerunt super sacramentum suum quod quidam Sauaricus tenuit ecclesiam illam tota [202 b.] Cantebr.

[1] An omission. After the charters [illegible] made.
[2] Geoffrey Muschamp.
[3] Hugh of Nonant, 1188—1198.
[4] Omit *ad ecclesiam*.

uita sua ut persona, set nesciunt nec inquirere potuerunt de cuius presentacione. Cum autem confectus esset senio, posuit se in custodia Eborardi filii sui et ecclesiam illam. Defuncto autem ipso Sauarico Eborardus filius eius remansit in illa ecclesia set nesciunt de cuius presentacione, nec si admissus esset ad personatum ab Episcopo, set ut audiuerunt cum Episcopo loci placeret inquirere quo aduocato ipse teneret se in ecclesia aduocauit Priorem de Meretona, set bene dicunt quod nesciunt utrum idem Prior uel aliquis predecessorum suorum uel Alanus predictus uel aliquis antecessorum suorum presentasset ad ecclesiam illam uel non. Dies datus est, etc.[1]

1354. Wilt. Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam de Werministro que uacat etc., cuius aduocacionem Nicholaus Auenel clamat uersus Episcopum Bathoniensem et[2] Thom' Maudut non uen' etc., et summon' fuit semel et iterum. Et attornatus Episcopi Bathoniensis dicit quod non uidetur ei quod assisa debeat procedere quia ecclesia illa non uacat quia Ruffinus clericus Dom. Legati[3] inde est persona, et ad hoc declarandum profert litteras H. quondam Sarisbiriensis Episcopi[4] directas Magistro Thome de Disci officiali in quibus continetur quod ipse mandat ei et firmiter iniungit quod ipse Ruffinum nepotem Dom. Legati mitti faciat in corporalem possessionem ecclesie de Werministro ad presentacionem J. Bathoniensis Episcopi. Profert eciam litteras R.[5] Sarisbiriensis Episcopi iusticiariis directas in quibus continetur quod ecclesia illa non uacat. Profert eciam litteras Dom. Legati idem testantes, et petit consideracionem curie si super hoc debeat procedere in assisam. Et attornatus Nicholai Auenel dicit quod si clericus admissus et impersonatus fuit ad ecclesiam illam ex presentacione Episcopi Bathoniensis, hoc factum est iniuste, et contra appellacionem suam, quia quam cicius idem Nicholaus sciret personam esse

[1] For more of this matter see above Case 34.

[2] Probably some words have dropped out. Seemingly the assize is brought against the bishop and Thomas and the latter does not appear.

[3] The Legate is Guala.

[4] Herbert le Poore, 1194—1217.

[5] Richard, transl. from Chichester 1217.

mortuam que obiit apud Romam ipse Nicholaus statim accessit ad Episcopum et ei presentauit clericum suum, qui cum admitti non posset, appellauit pro presentacione sua et Nicholaus pro iure suo, et cito postea inpetrauit litteras Dom. Regis de prohibicione ne Episcopus admitteret clericum donec discussum esset ad quem ius presentandi pertineret. Dies datus est etc.

Matillis que fuit uxor Willelmi de Tureuilla iunioris petit uersus Willelmum de Tureuilla seniorem uillam de Paillintona cum pert. et uillam de Fulebroc cum pert. ut dotem suam unde predictus Willelmus iunior eam dotauit de uoluntate et assensu Willelmi patris sui etc. Et Willelmus de Tureuilla per attornatum suum uenit et defendit quod non fuit ita dotata, nec ita dotari potuit, quia manerium de Fulebrok est hereditas Isobelle uxoris sue et desicut est hereditas uxoris sue et est in seisina ut in hereditate sua uidetur ei quod idem Willelmus non potuit eam dotare de hereditate uxoris sue. De manerio de Pallintona dicit ipse quod ipsa fuit dotata de tercia parte eiusdem uille et non de toto manerio et libenter ei reddet terciam partem si uoluerit. Et Matillis dicit de manerio de Fulebroc, quod licet illud sit hereditas uxoris Willelmi, idem Willelmus bene potuit ipsam inde dotare, quia ipse adhuc uiuit, et est in seisina illius manerii, unde uidetur ei quod quamdiu ipse uixerit, ipsa Isobella nullum ius habet in hereditate sua per quod ipsa[1] inpediatur ad dotem suam habendam. De manerio de Pallintona dicit ipsa quod fuit dotata de toto manerio integre, et Willelmus uir suus eam dotauit, et inde ponit se etc. Et Willelmus petit consideracionem curie si debeat ei respondere de manerio de Fulebroc desicut illud est hereditas uxoris sue et nulla mencio facta est de ea in breui, et si ita esset quod ipsa esset ita dotata, hoc esset contra consuetudinem regni[2], quia terre ille sufficiunt ad plus quam ad | terciam partem tocius terre predicti Willelmi, et inde ponit se super patriam. Et Matillis dicit quod non sufficiunt ad plus quam ad terciam partem tocius terre ipsius Willelmi, et inde ponit se super iuratam. Post uenit Willelmus de Tureuilla et

Warr.

[23.]

[1] Maud.   [2] See Br. f. 92.

dicit quod ipsa fuit dotata tantum de tercia parte predictarum uillarum et inde ponit se super iuratam. Et Matillis similiter. Fiat inde iurata et ueniat tali die.

1356. Linc. Margeria de Hendernesse optulit se quarto die uersus Priorem de Bulintona de placito tercie partis duarum bouat. terre et x. acr. prati cum pert. in Hakethorne quas clamat in dotem etc. Et Prior non uenit etc., et habuit diem per essonium suum quod fecit a tali die etc., set Magister de Simplingham[1] misit quendam fratrem suum cum litteris suis patentibus quod reciperent eum ut Priorem. Et quia ipse cognouit quod alius Prior adhuc uiuit, consideratum est quod tercia pars capiatur in manum Dom. Regis etc., et dies etc., et ipse summoneatur etc.

1357. Dors. Jordanus Capellanus uersus quem Robertus Tribot et Margeria uxor eius tulerunt breue quod esset ostensurus quare deforciat eis racionabilem partem que ipsam Margeriam contingit de hereditate ipsius Sirec patris ipsius Margerie, Matillidis et Anne qui nuper obiit etc., uenit et dicit quod nulla terra nominata est in breui, nec ipse est particeps ipsarum[2]. Et Robertus et Margeria non potuerunt hoc dedicere et ideo Jordanus inde sine die, et Robertus querat breue de recto si uoluerit.

1358. Sumers. Milo de Francceheynni summonitus fuit ad ostendendum qua racione et quo waranto tenet se in ix. acr. terre et ij. acr. prati et dim. cum pert. in Loppene unde seisina adiudicata fuit Philippo de Sueuenetona per assisam noue disseisine que summonita fuit et capta inter ipsum et predictum Milonem coram iusticiariis itinerantibus scilicet Simone de Patteshulla[3] et aliis. Et Milo uenit et bene cognouit quod seisina ita adiudicata fuit ipsi Philippo per assisam noue disseisine inter eos captam, set postea fecit eum rogare per amicos suos et tantum fecit quod ipse uendidit ei terram illam et illud pratum pro v. marcis quas ei debuit dare, ita quod inde pacauit eum de xxij. sol. et habuit diem reddendi superplusum quando cartam suam ei inde redderet, et habuit diem

[1] Bullington was a Gilbertine house and the Master of Sempringham was the head of the order. Monast. vol. 6, p. 951.

[2] So the Nuper Obiit [illegible].

[3] *Sim' de Patt'*, MS.

habendi cartam, et ad diem illum nec uoluit cartam suam ei facere nec denarios suos recipere, et inde producit sectam etc. Et Philippus defendit quod nunquam illam ei uendidit nec xxij. s. recepit et hoc offert probare prout curia considerauerit.

Consideratum est quod desicut Milo cognoscit quod Philippus recuperauit seisinam per assisam noue disseisine etc. et nichil ostendit de conuencione facta inter eos nisi per simplicem loquelam suam, quod Philippus habeat seisinam suam etc., et Milo habeat tale recuperare quale habere debeat uel in terra uel in denariis et sit in misericordia pro iniusta detencione etc.

Willelmus de Husseburnia optulit se quarto die uersus Johannem de Ingewrthe de placito iurate ad recognoscendum utrum sex acr. terre cum pert. in Ingewrthe sint libera elemosina pertinens ad ecclesiam ipsius Willelmi de Ingewrthe, an laicum feodum ipsius Johannis etc. Et Johannes non uenit etc. et summonitus etc. Judicium, resummoneatur etc., quod sit etc. Norf.

Et uicecomes non misit nomina recognitorum ideo mittat, et sit auditurus etc. |

PLACITA APUD WESTMONASTERIUM DE TERMINO S. TRINITATIS ANNO REGNI REGIS HENRICI FILII REGIS JOHANNIS QUARTO[1]. [203 b.]

[2]Preceptum fuit uicecomiti quod poneret coram iusticiariis apud Westmonasterium loquelam que fuit in eodem comitatu inter Willelmum de Lusteshulla petentem et Willelmum de Cuneleffeldia tenentem de una hida terre cum pert. in Cuneleffeldia quam idem Willelmus de Lustehulla petit per breue de recto. In oct. S. Trin. uenit predictus Willelmus petens et produxit quemdam campionem Henricum de Nuny armatum qui optulit se ad duellum faciendum et Willelmus tenens optulit se et produxit Stephanum Anglicum[3] armatum Wilt.

[1] For this term A = Coram Rege Roll, No. 6; B = No. 7.

[2] A. m. 1, B. m. 1. This case is cited by Bracton, f. 375.

[3] A hired champion. See Case 40.

qui similiter optulit se ad defendendum ius ipsius Willelmi per corpus suum contra predictum Henricum. Et predicti Willelmus et Willelmus quesiti ubi duellum fuit uadiatum, dicunt quod in comitatu Wiltesire. Et quia nulla mencio facta fuit in breui Dom. Regis de recordo mittendo, quesitum est a predicto Willelmo petente per que uerba peciit terram illam in comitatu, et ipse dicit quod ipse peciit uersus eum unam hidam terre cum pert. in Cuneleffeldia ut ius suum, unde quidam Willelmus auus suus et Eua uxor eius fuerunt seisiti ut de maritagio ipsius Eue tempore H. Regis filii M. Imperatricis etc., capiendo inde expleta ad ualentiam v. sol. etc., et de illo Willelmo, descendit ius terre illius Ricardo filio eorum et patri ipsius Willelmi qui petit, et de ipso Ricardo, huic Willelmo ut filio et heredi suo, et hoc optulit probare per corpus predicti Henrici si comitatus consideraret desicut fuerunt de uno stipite, quia idem Willelmus qui tenens est fuit filius Walteri postnati fratris ipsius Ricardi per quem Willelmus clamat terram illam.

Et Willelmus de Cuneleffeldia cognoscit reuera quod predictus Willelmus peciit terram predictam sicut predictum est de seisina Willelmi aui sui et Eue uxoris eius, set quando duellum uadiatum fuit inter eos nulla facta fuit mencio de parentela et hoc offert defendere sicut curia considerauerit, et inde ponit se super comitatum, et dicit quod quia idem Willelmus nullam fecit mencionem de parentela, defendit ipse precise ius suum per corpus predicti Stephani. Et idem Willelmus tenens quesitus si sint parentes sicut predictum est, dicit quod reuera sunt, et quod Walterus pater suus fuit frater predicti Ricardi postnatus, set predictus Willelmus auus obiit priusquam Eua uxor eius, ita quod defuncto ipso Willelmo, peciit ipsa Eua dotem suam uersus predictum Ricardum de hereditate predicti Willelmi uiri sui et patris Ricardi, et in tantum processit loquela inter eos quod concordati fuerunt tali modo, quod Ricardus per concessionem Eue predicte dedit predicto Waltero predictam hidam terre per sic quod Eua quietam clamaret ipsi Ricardo dotem suam, et hoc offert probare per corpus predicti Stephani sicut curia considerauerit.

Et Willelmus petens defendit quod predictus Ricardus nunquam dedit ipsi Waltero terram illam nec dare potuit, quia idem Ricardus nunquam seisinam habuit de terra illa quia ipsa Eua obiit inde seisita ut de maritagio suo, et ipsa defuncta, predictus Walterus posuit se in terram illam et iniuste et ui detinuit et detinet et hoc offert probare sicut curia considerauerit et ponit se super patriam quod Eua obiit inde seisita.

Et Willelmus tenens defendit quod non obiit inde seisita et offert ponere se inde super patriam et similiter de iure[1].

Concordati sunt per licenciam etc.

1. [2]Petrus Lambert attachiatus fuit ad respondendum Mabile uxori Wymundi de Lenna[3] quare contra prohibicionem etc. secutus fuit placitum in curia cristianitatis de catallis ipsius Mabilie et uiri sui que non sunt de testamento etc., unde ipsa ostendit quod idem Petrus inplacitat eam de iiij. marcis quas exigit de tempore gwerre scilicet eo tempore quo Lodouicus[4] fuit in Anglia, et inde producit sectam etc. Norf.

Et Petrus uenit et defendit contra eam et contra sectam suam quod nunquam post prohibicionem ei factam secutus est placitum in curia cristianitatis de predictis denariis et petit iudicium si ei debeat respondere sine uiro suo, set dicit reuera quod traxit uirum suum in placitum in curia cristianitatis de fide lesa pro predictis[5] marcis et quod sentenciatum fuit in eadem curia contra eam, eo quod ipsa fuit attornata uiri sui, et quia ipsa noluit parere iudicio iudicis delegati excommunicata fuit, et hoc totum factum fuit priusquam haberet prohibicionem Dom. Regis. Et quia ipsa non potest responderi sine uiro suo, prohibitum est Petro ne amplius sequatur placitum illud, et ideo ipsa inde sine die etc. |

2. [6]Johannes de Breusa petit uersus Reginaldum de Breusa castrum de Brembre cum pert. ut ius et hereditatem suam, [244] Sussex.

[1] He is ready to go to the country as to Eva's seisin or as to the whole question of right.

[2] A. m. 2; B. m. 1.

[3] *Wimundi Balk*, B.

[4] The son of the king of France, who came to aid the barons against John.

[5] Supply *quatuor*, A, B.

[6] A. m. 2; B. m. 1 d. For an earlier stage of this action see above Case 46 and Br. f. 424 b.

et ut illud unde Willelmus de Breusa pater suus fuit seisitus ut de feodo et iure tempore J. Regis capiendo inde expleta ad ualenciam centum solidorum. Et sciendum quod alias calumpniauit idem Reginaldus etatem eiusdem Johannis, unde quia iusticiarii dubitauerunt de etate sua, consideratum fuit quod probaret etatem suam per xij. legales homines, et ipse ad hunc diem uenit cum probacione sua et probauit etatem suam per illos xij. homines quorum nomina sunt cum breui originali, qui dicunt super sacramentum suum quod habet plenam etatem scilicet xxj. annos et habuit etatem ad festum talem[1] etc., et ideo respondeatur.

Et super hoc uenit Reginaldus et dicit quod breue suum fuit inpetratum ante illud festum Sancte Fidis[2] scilicet tempore quo fuit infra etatem sicut iam probatum est, et desicut tunc temporis quo breue fuit inpetratum non potuit breue illud ei ualere, petit iudicium curie si debeat ad illud breue respondere.

Et Johannes dicit quod hoc non debet ei nocere quia ipse probauit etatem suam, et ipse Reginaldus noluit respondere antequam haberet etatem, et desicut noluit respondere pro etate, et ipse habet etatem, uidetur ei quod debeat respondere. Consideratum est quod respondeat ad hoc breue. Et Reginaldus uenit, et petit uisum, habeat. Dies datus est etc.

1363. Oxon. [3]Petrus filius Hereberti summonitus fuit ad ostendendum quare fecit finalem concordiam cum Henrico de Oylly in curia Regis apud Radinges coram iusticiariis ultimo itinerantibus etc. de manerio de Waltlintona cum pert. quod non habuit nisi de ballio Dom. Regis J. Et ipse uenit et dixit quod idem Henricus inplacitauit eum apud Westmonasterium in banco ante iter iusticiariorum et postea coram iusticiariis ultimo itinerantibus, et ut euitaret laborem et expensas fecit concordiam et finem illum et bene cognoscit quod fecit cyrographum. Et dicit quod habuit terram illam ex dono Dom. Regis J. et non de ballio suo et hoc monstrabit quando monstrare debebit. Et ideo datus est dies de audiendo iudicio suo etc.

[1] *Sancte Fidis proximo preteritum,* A, B.

[2] Oct. 6.

[3] A. m. 2, B. m. 3.

[1]Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam de Bortefordia[2], que uacat etc., cuius aduocacionem Dom. Rex dicit ad se pertinere. Et Prior de Thornholmia qui presentacionem inpedinit uenit et bene concessit assisam. Linc.

Juratores dicunt quod Wido de Ver magnus habuit duos filios scilicet Gilebertum et Widonem. Idem Gilebertus clericus fuit et reddidit se religioni scilicet apud Sulehy, et idem Wido pater dedit domui illi aduocacionem illius ecclesie cum filio suo. Postea uero defuncta persona illius ecclesie, fuit Wido postnatus dominus de Batefordia et presentauit quemdam Robertum fratrem suum bastardum qui ultimo obiit persona eiusdem ecclesie admissus ad presentacionem ipsius Widonis tempore pacis. Et super hoc uenit Prior de Thornholmia et dicit quod idem Wido de Ver iunior dedit ei aduocacionem illius ecclesie per cartam suam quam profert et que testatur quod ipse dedit etc. deo et S. Marie de Thornholmia et canonicis etc. ecclesiam de Bonetefordia cum omnibus pert. etc., et dedit etc. Et petit seisinam ipsius Widonis. Et iuratores quesiti, quis sit heres Widonis, dicunt quod Simon de Ver filius et heres Walteri de Ver filii et heredis ipsius Widonis. Set quia idem Simon est infra etatem, consideratum est quod idem Prior eat inde sine die usque ad etatem ipsius Simonis, ut tunc resummoneatur ad respondendum ipsi Priori de warancia predicte carte.

[3]Hugo de Neuilla petit uersus Priorem de la Lande aduocacionem ecclesie de Arnhol ut ius suum etc., et ut illam unde Dom. J. Rex fuit seisitus ita quod presentauit clericum suum scilicet Johannem de Westona qui ad presentacionem suam fuit admissus capiendo inde expleta ut in oblacionibus et huiusmodi ad ualenciam v.sol. etc. Idem Rex J. dedit eidem Hugoni totum manerium illud cum omnibus pert. suis et cum aduocacione ecclesie per cartam suam quam profert et que hoc testatur, et hac racione petit ipse seisinam suam, et de hoc quod Dom. J. Rex fuit ita seisitus sicut predictum est offert probare prout curia etc.[4] Noting.

[1] A. m. 2; B. m. 3.
[2] *Bettesford'*, A; *Botdeford'*, B.
[3] A. m. 2 d; B. m. 3 d.
[4] This seems a count on the seisin of a donor as to which see Br. f. 376.

Et Prior uenit et defendit ius suum etc. et dicit quod Dom. Rex Henricus auus Dom. Regis dedit domui sue de Landa aduocacionem plurium ecclesiarum inter quas dedit ei ecclesiam illam per cartam suam quam profert et que hoc [294 b.] testatur, | scilicet quod Dom. Rex H. dedit etc. ecclesie S. Johannis Baptiste de Landa et canonicis etc. ecclesiam de Arnhale, et dicit quod Dom. Rex Johannes nunquam postea illam dedit, unde uidetur quod Dom. Rex debet cartam aui sui ei warentizare. Dies datus est etc.

1366. Rotel. [1]Willelmus de Cantelupo petit uersus Priorem del Broc quasdam cartas quas ei iniuste detinet et que pertinent ad heredem Thurstani de Muntefordia qui est in custodia ipsius Willelmi.

Et Prior uenit et cognoscit quod habet quasdam cartas in uno cofino sigillatas sigillo Johannis de Eyuilla et firmatas et libenter illas reddet si predictus Johannes permitteret, set idem Johannes implacitat eum inde coram iudicibus[2] ita quod non ausus fuit illas tulisse. Et ideo prohibitum est ei ne alicui illas tradat nisi ipsi Willelmo etc. Et Willelmus habeat breue ad Johannem ne sequatur placitum in curia cristianitatis, et similiter ad iudices ne teneant etc. Et dictum est Priori quod habeat cophinum cum cartis tali die etc.

1367. Devon. [3]Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam ad ecclesiam de Waffeldia, que uacat ut dicitur, cuius aduocacionem Willelmus le Abbe qui infra etatem est clamat uersus Oliuerum le Abbe. Qui uenit et bene cognoscit quod Agnes auia sua et auia Juelis patris ipsius Willelmi presentauit ultimam personam que mortua est etc. et quod hereditas descendit predicto Jueli patris[4] ipsius Willelmi et fratri suo etc., set dicit quod idem Juchel dedit ei aduocacionem illius ecclesie per cartam suam quam profert que testatur quod idem Juel dedit ei aduocacionem ecclesie de Waffeldia et totum ius quod ad eum pertinebat de illa aduocacione in uita ipsius Oliueri. Et

[1] A. m. 3; B. m. 1.

[2] Ecclesiastical judges are *iudices*, the royal judges *iusticiarii*.

[3] A. m. 3; B. m. 1 d.

[4] Corr. *patri*, A. B.

dicit quod idem Willelmus debet ei illam aduocacionem warentizare et petit quod ei warentizet, et dicit quod nichil clamat nisi in uita sua. Concord'.

Et Willelmus de Albemarlia custos predicti Willelmi uenit et defendit cartam et sigillum et totum de uerbo in uerbum etc., et quod nunquam dedit ei predictus Juel aduocacionem illam, et hoc offerunt[1] defendere sicut curia considerauerit. Concordati sunt. Et est concordia talis quod Oliuerus remisit Willelmo aduocacionem suam et illam ei reddidit et cartam quam inde habuit, et ideo Willelmus habeat breue ad Episcopum, quod propter reclamacionem Oliueri non amittat[2] etc.

[3]Bartholomeus Pecche[4], Willelmus filius Augustini, Henricus de Blakelake optulerunt se iiij^to die uersus Nicholaum de Burgham de placito roberie et pacis Dom. Regis infracte unde eum appellant etc. Et ipse non uenit etc. et uicecomes mandauit quod clericus est et noluit inuenire plegios. Ideo mandatum est Episcopo Eliensi quod habeat eum tali die etc. Cantebr. Cursus[5].

[6]Willelmus de Chautona et alii tres milites missi ad Galfridum de Pertehale ad uidendum utrum infirmitas qua ipse se essoniauit de malo lecti uersus Henricum Huland de placito terre sit languor uel non, ueniunt et dicunt quod languidus est et quod posuerunt ei diem apud Turrim Londonie tali die etc. Post uenit Ricardus de Pertehale filius eiusdem Gaufridi et peciit quod ipse Gaufridus possit habere licenciam surgendi et ueniendi ad curiam ut ibi stet recto. Set quum curia hoc non habet in usu ex quo languor adiudicatus est[7], idem Gaufridus per eundem Ricardum dat Dom. Regi dim. marc. pro habenda licencia surgendi etc., et dictum est ei quod ueniat tali die etc. Ibid.

[8]Magister Henricus de Legha optulit se iiij^to die uersus Abbatem de Muchelnye et Priorem eiusdem loci de placito quare tenuerunt placitum in curia cristianitatis de catallis contra etc. Et ipsi non uenerunt et attachiati fuerunt semel Sumers.

[1] Sic, A; *offert*, B.
[2] Corr. *amittat*, A, B.
[3] A. m. 3 d.
[4] *de Peche*, A.
[5] This, I suppose means common form, matter of course. See Br. f. 412 b.
[6] A. m. 3 d.
[7] See Br. f. 358 b.
[8] A. m. 3 d.

per Rogerum Priur de Pleministro etc. et secundo per Hugonem de Montesorelli et Thomam de Dreytona. Et ideo preceptum est uicecomiti quod habeat ipsos Abbatem et Priorem tali die etc. et primi plegii et secundi in misericordia[1], etc. |

[295.] 1371. Essex. [2]Robertus de Corneuilla summonitus fuit ad respondendum Ricardo de Elmham de placito quare ipse fecit uastum contra prohibicionem Dom. Regis de bosco in Tollesland'[3] quem boscum ipse tenet de ipso Ricardo ad terminum uite sue ut dicit, unde ipse Ricardus queritur quod ipse scidit magnas quercus in guerra et postea pauit sciones auerii-[4] suis etc., ita quod uastum et dampnum fecit ad ualenciam lx. sol. et inde producit sectam.

Et Robertus uenit et defendit contra eum et contra sectam suam quod nullum dampnum uel uastum fecit post prohibicionem ei factam sicut curia considerauerit, et inde ponit se super iuratam patrie. Et Ricardus similiter. Et ideo mandetur uicecomiti quod assumptis secum discretis etc. in propria persona apud Tollesland' accedat et per eorum sacramentum diligenter inquirat quod uastum et quam destructionem idem Robertus fecit de graua illa[5] infra duos annos transactos proximo et inquisicionem scire faciat tali die etc. per litteras etc[6].

1372. Essex. [7]Radulfus de Arderne et Alina uxor eius per attornatum suum petit[8] uersus Willelmum de Mallinges de placito tercie partis lx. acrarum terre et redditus trium solidorum et pasture ad centum oues cum pert. in Langeho ut dotem suam etc. Curia. Et Willelmus uenit et dicit quod non uult ei respondere sine waranto suo de dote sua scilicet Gaufrido de Tregoz[9]. Habeant eum tali die etc. per auxilium curie. Et sciendum quod terra capta fuit in manum Dom. Regis per defaltam et petita ad horam, et ideo replegiata.

1373. Oxon. [10]Robertus de Arsit' petit uersus Isobellam de Clinton

[1] *et secundi plegii summoneantur etc. et primi in misericordia*, A. See Br. f. 140.

[2] A. m. 4; B. m. 3 d.

[3] *Toleslund'*, B.

[4] Supply *et bobus*, A, B.

[5] *de graua de Toleslund'*, B.

[6] See Br. f. 316. This case in Fitz. West. 140.

[7] A. m. 4; B. m. 3 d.

[8] Corr. *petunt*, A, B.

[9] Br. 297 b.

[10] A. m. 4.

feodum unius militis cum pert. in Kersintona ut ius suum etc. et ut illud unde Manasserus auus suus etc.

Et Isobella uenit et dicit quod nichil clamat in terra illa nisi dotem suam unde Willelmus de Clintona est warantus suus de dote sua et inde uocat eum ad warantum, habeat eum etc. et Robertus ponit loco suo etc.[1]

[2]Willelmus de Hobrige petit uersus Thuroldum de Kiuilly quod capiat homagium et racionabile releuium suum de libero tenemento quod de eo tenet in Hobrige et in Glosene unde idem Willelmus ostendit quod Willelmus de Kiuilly pater suus dedit ei pro homagio et seruicio suo feodum dim. militis cum pert. in Hobrige et Glosene, quod feodum Ricardus Clericus et Basilia uxor eius tenuerunt de eodem Willelmo cum toto homagio et fidelitate ipsorum etc. et quod idem Willelmus et heredes sui deberent feodum illum ei warentizare contra omnes homines, et inde profert cartam ipsius Willelmi que testatur hoc idem, unde idem Willelmus dicit quod capitales domini feodi illius per defectum ipsius Thuroldi distringunt predictum Ricardum et Basiliam pro releuio quod idem Thuroldus etc. et pro warda et huiusmodi ita quod aueria sua detenta sunt et capta per quod deteriorati sunt et dapnum habent ad ualenciam c. sol., et inde producit sectam etc., desicut idem Willelmus optulit eidem Thuroldo facere ei homagium et releuium suum, et petit quod deliberet aueria tenentis sui et quod capiat homagium suum etc. Et Ricardus presens fuit et hoc idem cognouit, et quod tenet de Willelmo etc. Kent.

Et Thuroldus uenit et cognoscit cartam illam et donum patris sui et quod Willelmus deberet de eo tenere et ipse de Gilberto Foliot. Concordati sunt per licenciam etc.[3]

5. [4]Alicia que fuit uxor Ade Tysun petit uersus Rolandum de Axstede terciam partem duarum caruc. terre cum pert. in Axstede ut dotem suam etc. Surr

Et Rollandus uenit et petit inde uisum. Habeat[5]. Dies

[1] Br. f. 297 b.

[2] A. m. 4; B. m. 2. d. See Br. f. [illegible] b.

[3] Richard and Basilia hold of William, who holds of Thorold, who holds of Gilbert Foliot, who has distrained Richard and Basilia for the relief due from Thorold, wherefore William sues Thorold.

[4] A. m. 4; B. m. 2 d.

[5] Br. f. 377.

datus est eis etc. Et sciendum quod ipsa produxit warantum suum et est infra etatem et dictum est ei quod remaneat etc. |

1376. [1]Rogerus de S. Dionisio et Sarra uxor eius optulerunt se iiij^to die uersus Isaac Judeum de Norwico de placito quod warentizaret eis manerium de Huntewde exceptis xij. solid. redditus quod Matillis que fuit uxor Radulfi de Tiuilla iunioris clamat in dotem uersus eosdem Rogerum et Sarram, et unde idem Rogerus et Sarra clamauerunt ipsum Isaac et uocauerunt ad warantum. Et Isaac non uenit etc. et summonicio etc[2]. Et quia Isaac Judeus est et non habet terram in feodo, per consilium curie preceptum est uicecomiti quod habeat corpus eius tali die etc.[3]

1377. [4]Johannes filius Willelmi essoniator Hugonis Grauesd[5] optulit se iiij^to die uersus Henricum de Clamuilla[6] de placito quod warentizaret eidem Hugoni unam hidam terre et dim. et unam uirgatam terre cum pert. in Haspele et terciam partem unius hide terre cum pert. in Heya in comitatu Bedefordie, quas Henricus de Naffordia et Matillis uxor eius clamant ut ius ipsius Matillidis uersus ipsum Hugonem, et unde idem Hugo uocauit ipsum Henricum ad warantum uersus eos. Et Henricus non uenit etc., et summonicio etc. Set quia testatum est quod Henricus de Clamuilla est in seruicio dei in terra sancta ponitur[7] in respectum usque ad talem diem[8].

1378. [9]Thomas de Walenn'[10] petit uersus Robertum de Cree'[11] quod teneat conuencionem inter eos factam de xij. libratis terre cum pert. in Rochtona, unde idem Thomas profert cartam ipsius Roberti que testatur quod dedit ei etc. cum Isobella filia sua in liberum maritagium totam terram suam quam habuit in Ruchtona in dominicis et in liberis hominibus et in redditibus etc. Et dicit idem Thomas quod terram illam ei dedit pro xij. libratis terre et deficiunt ei duo solidat.

[1] A. m. 1; B. m. 2 d.
[2] Here B stops.
[3] This case is cited by Bracton, f. 417. Recourse is had to process against the person of the Jew, [illegible] having no land.
[4] A. m. 1 d; B. m. 2.
[5] Grauuden, A., Grauen, B.
[6] Glanuilla, A, B.
[7] Supply [illegible], A, B.
[8] More of this matter in Case [illegible]
[9] A. m. 1 d; B. m. 2 d.
[10] Walens', A., Waleis, B.
[11] Crek, B.

redditus et sex denar., unde deterioratus est et dampnum habet per arreragia et huiusmodi ad ualenciam xx. solid. et inde producit sectam.

Et Robertus uenit et dicit quod non debet ad hoc breue respondere, quia breue loquitur de xij. libratis terre cum pert. in Ruchtona et idem Thomas habet totam terram de Ruchtona sine aliquo retinemento et carta sua hoc idem testatur, de tota terra de Ruchtona et non de xij. libratis terre, et ideo petit iudicium si debeat ei respondere. Dicit eciam quod idem duo solid. redditus non sunt in illa uilla immo sunt in uilla de Slalega et non sunt de feodo illo nec pertinent ad Ruschtonam, nec aliquid clamat de uilla de Ruschtona nec de redditu sex den. immo quietam clamat ei uillam de Ruschtona et illum redditum sex den. et cartam illam ei warentizat.

Et quia Thomas cognouit quod redditus duorum solidorum est in uilla de Slalegha et nulla mencio fit in carta de aliqua terra in Slalegha, et preterea non stetit per Robertum quin idem Thomas haberet redditum sex denariorum ut idem Thomas cognouit, et preterea idem Thomas nichil potest clamare nisi per cartam suam, consideratum est quod Robertus eat inde quietus et Thomas in misericordia pro falso clamore et teneat se pacatum de terra quam habet per cartam.

0. [1]Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis Sumers.
presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam de Inglescumba que uacat etc. cuius aduocacionem Robertus de Gurnay clamat uersus Priorem de Burmundescia. Qui uenit per attornatum suum et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia bene cognoscit quod Hawisia auia ipsius Roberti cuius heres ipse est presentauit ultimam personam, set post presentacionem suam dedit ipsa ecclesiam illam domui sue per cartam[2] suam quam profert et que testatur quod ipsa Hawisia dedit etc. monasterio S. Saluatoris de Bermundescia et monachis ibidem deo etc. ecclesiam de Ingliscumba cum pert. in liberam elemosinam. Profert

[1] A. m. 5; B. m. 3 d.
[2] A. D. 1112. Annals of Bermondsey, p. 431.

eciam cartam Eue de Gurnay matris ipsius Roberti et filie predicte Hawisie que confirmat eis donum quod eis fecit Hawisia mater sua de ecclesia de Ingliscumba. Continetur eciam in carta illa quod ipsa Eua uult quod predictum monasterium de Bermundeseia optineat predictam ecclesiam in puram etc. tam ex donacione sua quam ex confirmacione prescripta. Profert eciam cartam Reginaldi quondam Episcopi Bathoniensis[1] que confirmat eis racionabilem donacionem quam Hawisia de Gurnay fecit monasterio S. Saluatoris super iure patronatus de Inglescumba, et uidetur ei quod Robertus debet donum illud eis confirmare et warentizare.

Et Robertus dicit[2] quod carta Hawisie non debet ei nocere quin assisa procedat, quia postquam ipsa Hawisia [296] fecit | cartam illam, dedit ipsa ecclesiam illam cuidam Roberto qui ultimo obiit persona. De carta Eue dicit quod ei non debet nocere quia facta fuit in egritudine qua obiit et uiuente Rogero de Piautona[3] uiro suo et inde ponit se super iuratam.

Et quia Robertus est infra etatem et non potest respondere ad cartas, consideratum est quod ipsi ex consensu parcium presentent clericum ad ecclesiam illam saluo iure cuiuslibet et cum habuerit etatem ueniat ad curiam et respondeat contra cartas si uoluerit etc.[4]

1380. Ebor. [5]Dies datus est Hugoni Malebis' per attornatum suum et Wyemaro de Thorintona et Roberto Bainnard de capitulo cyrographo suo tali die etc. eo quod Ricardus de Leyburnia qui debuit cognouisse seruicium suum non uenit. Et preceptum fuit uicecomiti quod haberet corpus suum tali die etc. et ideo sicut prius.

1381. Suff. [6]Thomas de Valenn'[7] attachiatus fuit ad respondendum Priorisse de Campesse quare deforciat ei tenementum suum in Parham unde ipsa coram iusticiariis ultimo itinerantibus in comitatu recuperauit seisinam uersus Gilibertum de Colenilla per assisam noue disseisine inde inter eos captam apud S. Edmundum etc. Et Thomas uenit et dicit quod

[1] Ob. 1191.
[2] In B there is a materially different version of Robert's plea.
[3] *Pelton'*, B.
[4] Br. f. 249 b.
[5] A. m. 5; B m. 5 d.
[6] A. m. 5; B. m. 2.
[7] *Valeines*, B.

nichil ei deforciat etc. Et super hoc uenit balliuus Eliensis Episcopi et petit curiam suam et dicit quod nunquam audiuit inde querelam nisi modo. Et ideo preceptum est balliuo quod uenire faciat iuratores illius assise super terram et per eorum uisum assignare faciat eidem Priorisse terram quam recuperauit per assisam, et scire faciat tali die quid inde fecerit et quod dampnum habuit per intrusionem illam. Idem dies datus est partibus etc.

2. [1]Anselmus filius Helewisie et Margaria uxor eius petunt uersus Reginaldum filium Thome et Beatriciam uxorem eius et Agnetam et Aliciam et Katerinam sorores ipsius Beatricie lx. acras terre cum pert. in Wileby ut ius ipsius Margarie etc. et ut illas in quas ipsi non habent ingressum nisi per Thomam de Dereby patrem ipsarum Beatricie, Agnetis, Alicie et Katerine qui non habuit inde nisi custodiam dum predicta Margaria fuit infra etatem ut dicunt. Norf. loquend'. error[2].

Et Reginaldus et Beatricia et alie ueniunt et dicunt quod Agnes et Alicia sunt infra etatem et petunt etatem suam.

Et Anselmus et Margaria cognoscunt quod predictus Thomas et pater ipsius Margarie scilicet Willelmus fuerunt fratres et quod Thomas inde obiit seisitus. Et ideo consideratum est quod habeant etatem suam, et ideo alii sine die etc.

3. [3]Iuetta que fuit uxor Germani de Mukelintona petit uersus Walterum filium Walteri de Mukelintona terciam partem dim. hide terre cum pert. in Mukelintona ut dotem suam etc. unde predictus Walterus etc. Glouc.

Et Walterus uenit et defendit quod non debet dotem habere quia idem Walterus inplacitauit Radulfum Blundum secundum uirum ipsius Iuette in comitatu et in tantum processit loquela inter eos quod ipsi Radulfus et Iuetta uocauerunt inde ad warantum Nicholaum filium et heredem predicti Germani primi uiri sui, et idem Nicholaus uenit et eis warentizauit et respondit ita quod per narracionem

[1] A. m. 6; B. m. 4.

[2] Generally Reginald and Beatrice would not be obliged to answer touching lands of which Beatrice's father Thomas died seised in fee until all the co-tenants are of full age. But here it is alleged that Thomas entered as Margery's guardian and as such he would not be seised in fee. See Br. f. 122 b and above Cases 30 and 43. The marginal notes are not from the roll. They seem to question the decision.

[3] A. m. 6 d.; B. m. 4.

narrare et responsum dare[1] recuperauit idem Walterus seisinam suam et inde uocat comitatum ad warantum per auxilium curie. Et ideo preceptum est uicecomiti quod fieri faciat recordum in comitatu de loquela illa etc. et recordum illud habeat.

1384. Midd. [2]Hugo de Hanewrthe optulit se iiij[to]. die uersus Willelmum filium Petri de pace Dom. Regis infracta, unde eum appellat etc. Et Willelmus non uenit etc. Et preceptum fuit uicecomiti quod attachiaret eum et uicecomes non misit nomina plegiorum et ideo ponat eos[3] per meliores plegios.

1385. Northm.[4] [5]Gilibertus de Toggesd'[6] optulit se iiij[to]. die uersus Thomam de Warnecham de placito dim. caruc. terre cum pert. in Edredestona, quam clamat uersus eum ut ius suum etc. Et Thomas non uenit etc. et terra capta fuit in manum Dom. Regis pro defectu suo quem fecit tali die etc., et uicecomes mandauit diem capcionis et quod Thomas summonitus fuit. | [206 b.] Et non uenit etc. set se essoniauit et essonium non iacuit nec terra petita fuit per pleuinam. Et ideo consideratum est quod Gilebertus recuperauit seisinam pro defectu et Thomas in misericordia etc.[7]

1386. Lancastr. [8]Ricardus filius et heres Sywardi de Langetre attachiatus fuit ad respondendum Alexandro filio et heredi Raddulfi de Stanedisse de fine facto in curia Dom. Regis J. etc. inter predictos Siwardum et Radulfum de una caruc. terre cum pert. in Langetre et una caruc. terre et sexdecim acr. terre cum pert. in Standiche unde cyrographum factum fuit etc, quod profert et quod testatur, quod predicta carucata terre cum pert. in Langetre et medietas aduocacionis ecclesie de Stanedisse et medietas commune bosci[9] de Standisse cum xvj. acris de assartis in eadem uilla iuxta predictum boscum uersus aquilonem remanet eidem Sywardo et heredibus suis quieta de ipso Radulfo et heredibus suis in

[1] Sic A, B. By count countant and plea pleadant, i.e. the action was decided on the pleadings, on count and plea, without duel, jury or the like. See Br. f. 279 for this phrase.
[2] A. m. 6 d; B. m. 4.
[3] Corr. *eum*, A. B.
[4] Northumberland, A, B.
[5] A. m. 6 d; B. m. 4.
[6] *Teggesden'*, B.
[7] Br. 306 b.
[8] A. m. 7; B. m. 4 d.
[9] Sic; a moiety of the common of the wood of Standish.

perpetuum, et predicta carucata terre cum pert. in Stanedisse cum altera medietate aduocacionis ecclesie eiusdem uille et cum altera medietate commune bosci eiusdem uille in omnibus rebus etc. et cum sexdecim acris de assarto scilicet uersus austrum de ecclesia de Stanedisse eidem Radulfo et heredibus suis quiete de ipso Sywardo et heredibus suis in perpetuum etc. Et Ricardus filius Sywardi uenit et defendit quod in nullo est contra finem, et cognoscit cyrographum, et dicit quod Alexander uenit contra finem, quia ipse postquam pater suus obiit, abstulit ei sexdecim acras de assarto, et aduocacionem medietatis ecclesie, et inde producit sectam.

Et Alexander defendit quod non uenit contra finem quia ipse Ricardus habet illas xxxij. acras terre unde cyrographum loquitur et inde ponit se super iuratam etc. Et quia alias facta fuit inquisicio per iudicium curie ad recognoscendum si Radulfus predictus postquam finis factus fuit in curia Regis J. inter ipsos Radulfum et Sywardum assartauit aliquam partem bosci de Stanedisse et in eodem bosco domos leuauit contra finem illum, et uicecomes mandauit inquisicionem illam que talis fuit, quod idem Radulfus leuauit in communi bosco tres domos et in australi parte domorum illarum idem Radulfus assartauit duas acras, et idem Radulfus obiit antequam iudicium inde fieret, et ideo preceptum est uicecomiti quod sine dilacione habere faciat eidem Ricardo plenariam seisinam de predictis xvj. acris secundum finem factum etc., et quod faciat prosternere domos quas Radulfus leuauit in communa bosci et quod predictas duas acras faciat iacere incultas et communes sicut esse debent per finem illum etc. Et ideo sine die etc. Et si uicecomes inuenerit quem resistentem contra finem illum, attachiet eum quod sit tali die etc.

7. [1]Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam de Ierdel'[2] que uacat etc., cuius aduocacionem Egidius de Erdingtona clamat uersus Abbatem de Alencestria, Priorem de Neuport, et Radulfum de Limesia. Et Abbas uenit et Wigorn.

[1] A. m. 7 d, B. m. 5. [2] Yardley (?).

dicit quod assisa non debet inde fieri quia ecclesia illa est capella pertinens ad ecclesiam de Belega quam habet et inde profert cartam Gaufridi de Lumesia que testatur quod dedit etc. ecclesie S. Johannis Baptiste de Insula[1] et fratribus ibidem deo etc. ecclesiam de Beleglia cum pertinenciis et cum capella de Ierdel' etc. Profert eciam cartam J. quondam Episcopi Wigornensis[2] que confirmat eis donacionem quam eis[3] Gaufridus de Lumesia de ecclesia de Beleglia cum capella de Ierdel'. Profert eciam cartam Dom. H. quondam cantur'[4] donum illud eis confirmantem. Unde idem Abbas dicit quod uidetur ei quod antecessor predicti Radulfi scilicet predictus Gaufridus[5] deberet aduocacionem illam eis warentizare.

Et Radulfus de Lumesia uenit et cognoscit quod reuera Thomas de Erdintona pater Egidii presentauit ultimam personam etc. set hoc fuit tempore guerre. De cartis dicit quod non deberent ei nocere, quia postquam carta Gaufridi facta fuit presentauit Johannes de Lumesia capitalis dominus feodi quemdam Ricardum clericum qui adhuc uiuit racione custodie Radulfi patris sui qui fuit in custodia eiusdem Johannis. Et quesitus si umquam postea presentasset aliquis antecessorum suorum clericum ad illam ecclesiam, dicit quod non. |
[207.] Et dicit quod Ricardus reuera non tenet ecclesiam illam, quia persona ecclesie de Estona inplacitauit ipsum Ricardum per litteras Dom. Pape ita quod disracionauit capellam illam ut pertinentem ad ecclesiam suam de Estona etc.

[6]Postea cognouerunt Abbas et Radulfus quod aduocatus de Estona fuit seisitus de capella illa et quod ipsi inde nunquam seisinam habuerunt[6]. Et Abbas cognoscit quod Ricardus predictus habuit capellam illam set dicit quod eam amisit per debilitatem suam. Et quia ipse nichil clamat nisi per antecessores Radulfi, et Prior de Neuport tercius deforciator non fuit presens set se essoniauit, et Abbas cognoscit quod Thomas de Erdintona presentauit duas ultimas

[1] Alcester Priory, it is said, at one time bore the name Our Lady of the Isle. Monast. vol. 4. p. 172.

[2] John of Pagham, 1151—1157.

[3] Supply *fecit*, A, B.

[4] *Cantuar'*, A; *Cantuar' Archiep.*, B. Hubert Walter, ob. 1205.

[5] Supply *[illegible]*, A, B.

[6] [6] A postscript interpolated in A, not in B.

personas, datus est dies talis etc. et iuratores remaneant usque ad alium diem.

Et sciendum quod Egidius est infra etatem, set fecit attornatum suum coram Rege per breue suum[1].

Et quia Abbas cognoscit quod pater Egidii presentauit duas ultimas personas etc. et Radulfus hoc idem cognouit, consideratum est quod Egidius habeat seisinam suam, et alii in misericordia et perquirant sibi de iure suo si uoluerint. Et Egidius remisit Priori de Neuport totum ius et clamium quod habuit in illa aduocacione etc.

8. [2]W. Precentor et A. Thesaurarius Sarisbirie attachiati fuerunt ad respondendum Roberto Morin, Thome le Sauage et Roberto de la Legha de placito quare contra prohibicionem etc. de aduocacione ecclesie de Audrintona etc. unde ipsi per Robertum de la Legha attornatum suum dicunt quod Ricardus de Roffa traxit eos in placitum in curia cristianitatis coram eisdem iudicibus de aduocacione illius ecclesie desicut ipsi recuperauerunt presentacionem suam in curia Dom. Regis uersus ipsum Ricardum per iudicium curie, et de hoc quod ipsi iudices tenuerunt placitum illud contra prohibicionem Dom. Regis pluries eis factam, producunt sectam etc. Wilt. Northt.

Et ipsi ueniunt et dicunt quod reuera receperunt litteras Dom. Pape in quibus contenebatur quod R. rector ecclesie de Stoke monstrauit quod predicti milites ei iniuriam intulerunt super decimis redditibus et rebus aliis etc. et mandauit quod partes conuocarent etc., et proferunt litteras Dom. Pape hoc idem testantes, unde dicunt quod auctoritate litterarum citauerunt ipsi predictos milites multociens ut coram eis compararent, et quia noluerunt comparere, propter manifestam contumaciam tulerunt sentenciam in eos, set dicunt quod si comparuissent coram eis, et ostendissent racionem quare debuissent cessasse, libenter cessassent. Et uidetur eis quod non debent eis respondere, eo quod sunt excommunicati. Et preterea dicunt quod Dom. Legatus[3] scripsit eis ut procederent in causa illa super possessione[4] capelle de

[1] Here B stops.
[2] A. m. 8; B. m. 5.
[3] Guala or Pandulph who succeeded him at the end of 1218.
[4] *super possessorio*, A.

Audrintona, cum intencio Ricardi non sit de iure patronatus, non obstante regia prohibicione, et proferunt litteras Dom. Legati hoc idem testantes. Et dicunt quod milites illi sunt excommunicati, et nolunt eis respondere set ob reuerenciam Dom. Regis uolunt dicere ueritatem suam.

Et Robertus de la Legha pro se et pro aliis dicit quod iniuste dicunt quod ipsi non uenerunt coram eis quia ipsi miserunt quemdam procuratorem suum Simonem de Karletona cum litteris de procuracia qui eis detulit breue Dom. Regis de prohibicione et qui eis monstrauit qualiter ipsi recuperauerunt seisinam de presentacione sua uersus predictum Ricardum in curia Dom. Regis et eum audire noluerunt. Et postea uenit coram eisdem predictus Thomas le Sauage et idem allegauit coram eis et peciit pro omnibus absolucionem, et ipsi nichilominus processerunt in loquela illa, et inde producunt sectam, etc.

Et ipsi iudices dicunt quod quidam garcio tulit litteras Dom. Regis de prohibicione, et nolunt eis plus respondere nisi curia considerauerit.[1] Et quia ipse Robertus non dedicit quin sit excommunicatus, et consuetudo est quod excommunicati non audiantur in aliqua loquela,[2] et preterea ipsi iudices dicunt quod nunquam fuerunt coram eis ad allegandum hoc quod factum fuit in curia Dom. Regis, dictum est militibus quod querant absolucionem suam et postea accedant ad iudices et eis quod factum est in curia Dom. Regis monstrent, et si tunc noluerint desistere, ueniant ad curiam Dom. Regis et habebunt auxilium si opus fuerit.[3] Et ideo iudices inde sine die etc. |

[267 b.] 1389. Buck. [4]Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam S. Marie de Santerdona, que uacat etc., cuius aduocacionem Osbertus de Santerdona clamat uersus Henricum de Berkhamstede. Qui uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia bene concedit quod antecessor ipsius presentauit ultimam personam etc., et ipse inde est persona ex dono Episcopi Lincolniensis per concilium Lateranense et ipse nichil clamat

[1] Here B stops.
[2] See Br. f. 426 b.
[3] See Br. f. 408.
[4] A. m. 8 d; B m. 5 d.

in aduocacione ecclesie illius. Et quesitus quem teneat aduocatum eiusdem ecclesie, dicit quod ipsum Osbertum et Rogerum de Sanfordia et profert cartam Episcopi que hoc idem testatur etc.

Et Osbertus dicit quod due ecclesie sunt in illa uilla quarum una est de aduocacione predicti Rogeri et illam dedit eidem Henrico predictus Episcopus, et quia ecclesia de aduocacione sua combusta fuit tempore guerre, idem Henricus occupauit illam ecclesiam et illam tenuit cum alia et ita habet utrasque ecclesias.

Et Henricus cognoscit quod due sunt ibi ecclesie et quod una combusta fuit sicut predictum est, et quia Osbertus non leuauit ecclesiam suam, uenerunt parochiani ad ecclesiam suam pro defectu monasterii, et Episcopus commisit ei utramque, et bene concedit quod habeat ecclesiam suam si Episcopus loci assensum prebuerit.

Et ideo remaneat assisa et dies datus est partibus ad audiendum iudicium suum etc., et interim inquirant assensum Episcopi. [1]Interim autem habuerunt iusticiarii colloquium super hoc cum Episcopo et noluit prebere assensum. Et ideo consideratum est quod ipse recuperauit presentacionem suam etc. et ideo mandetur Episcopo quod propter reclamacionem etc. non amittat[2] etc.[1] Et quia idem Osbertus dixit quod Henricus secutus fuit inde placitum in curia cristianitatis de aduocacione illa, et idem Henricus dixit quod non nec uult sequi, remanet placitum illud uersus eum et uersus iudices, et dictum est Henrico quod non sequatur etc.

0. [3]Willelmus de Dustona et Maria uxor eius summoniti fuerunt ad respondendum Johanni filio Alani quo waranto se tenent in manerio de Meleham quod idem Johannes clamat esse ius et hereditatem suam etc. Norf.

Et Willelmus et Maria ueniunt et cognoscunt quod manerium illud est hereditas ipsius Johannis et ipsi nichil clamant in manerio illo nisi dotem ipsius Marie ex dono Willelmi fratris ipsius Johannis qui fuit uir ipsius Marie, quia ipsa fuit nominatim dotata de illo manerio et inde

[1]–[1] On the rolls this is interpolated postscript.

[2] Corr. *omittat*.

[3] A. m. 9; B. m. 5

producunt sectam etc., ita quod si manerium illud sufficeret ad terciam partem tocius terre etc., sin autem, ei perficeretur etc., et inde producunt sectam, scilicet tales etc. Et Johannes uenit et defendit quod non fuit ita dotata quia dotata fuit de tercia parte tocius terre etc., et preterea manerium illud est capud baronie unde petit iudicium si potuit ita dotari[1], et quod non fuit ita dotata defendit contra eos et contra sectam suam quam inde producunt etc.

Et ipsi dicunt quod manerium illud non est capud baronie, immo est manerium de Albo Monasterio.[2]

Dies datus est etc., ad producend' sectam suam etc. Ad quem diem uenerunt et Willelmus et Maria producunt sectam sufficientem scilicet tales et tales[3] etc., qui omnes dicunt quod Maria nominatim fuit dotata de terra de Meleham, si sufficeret ad terciam partem, si non perficeretur ei alibi, et fuit desponsata ad quamdam ecclesiam S. Dunstani extra Cantuariam. Et quia ipsa producit sectam sufficientem etc. et Johannes nullam sectam habuit[4] nec quod manerium illud fuit[5] capud baronie, consideratum est quod ipsa teneat in pace etc. et Johannes in misericordia.

1391. Somers. [6]Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam que mortua est ad capellam de Edenewrthe, que uacat etc., cuius aduocacionem Elias de Bello Campo clamat uersus Abbatem Glastonie et Ricardum de Breaute etc.

Et ipsi non uenerunt etc. et bis fecerunt defaltam et ideo consideratum est quod assisa capiatur per defaltam[7], set ponitur in respectum pro defectu recognitorum, quia tantum duo uenerunt etc. et alii attachiati fuerunt etc. et ideo uicecomes habeat corpora eorum et summoneantur plegii etc. |

[28.] 1392. Suff. [8]Jurata uenit recognitura ex consensu parcium per ix. recognitores si Reginaldus Burdun filius Durandi[9] Burdun quondam uir Alexandre die quo eam desponsauit dotauit eam per assensum et uoluntatem predicti Durandi[10] patris

[1] Br. f. 93.
[2] Here B stops.
[3] Eleven names in A.
[4] Br. f. 304 b.
[5] *sit*. A.
[6] A. m. 9; B. m. 5 d.
[7] Br. f. 239.
[8] A. m. 9; B. m. 5.
[9] *Burchardi*, A. B.
[10] *Burchardi*, A. B.

sui de tercia parte feodi dim. militis cum pert. in Middeltona quam idem Burchardus tenet, uel non.

Juratores dicunt quod Burchardus uenit cum filio suo ad hostium monasterii et Rannulfus le Waleis cum filia sua predicta similiter die quo desponsari debuit, ita quod tunc orta quadam contencione inter eos de quodam bouiculo[1] precii iiij. sol. quem idem Rannulfus debuit dare cum filia sua, tandem idem Rannulfus satisfecit eidem Burchardo, et tunc interrogauit idem Rannulfus a predicto Burchardo quomodo filius ipsius Burchardi debuit desponsare filiam suam, et ipse respondit quod eodem modo quo ipse desponsauit uxorem suam et quo idem Rannulfus desponsauit suam. Et quesiti si aliqua dos nominata esset hinc inde, dicunt quod nulla mencio inde facta fuit. Et ideo consideratum est quod ipsa nichil capiat per hanc iuratam etc.[2]

3. [3]Preceptum fuit balliuis uille de Cantebrigia quod fieri facerent recordum in curia sua de loquela que fuit in eadem curia sua inter Mabiliam de Nunaneurt petentem et Adam de Cokefeld'[4] tenentem de tercia parte lxxij. acr. terre et redditus duarum marcarum et dim. cum pert. in Cantebrigia quam ipsa clamat in dotem uersus eum et unde ipsa queritur falsum iudicium sibi fieri. Et tali die etc. uenerunt Herui-cus filius Martini et alii plures[5] cum recordo quod tale est, quod ipsa peciit in curia sua terciam partem lxiiij. acr. terre et terciam partem redditus duarum marcarum et dim. cum pert. in Cantebrigia uersus Adam de Cokefeldia ut dotem suam, unde Simon quondam uir etc. eam dotauit etc. Et Adam post omnia essonia facta et post uisum terre petitum, tandem uenit et dixit quod non debuit ad hoc breue respondere quia ipse terram illam non tenuit in dominico nec redditum immo alii totam terram et redditum tenuerunt de eo libere qui presentes fuerunt scilicet tales[6] etc. qui dixerunt hoc idem quod Adam scilicet quod tenuerunt terram et redditum sicut predictum est. Et quia ipsa non potuit hoc Cantebr.

[1] [illegible], B.
[2] Bracton cites this case, f. 305 b. For earlier proceedings see Case 91.
[3] A. m. 9; B. m. 5 d.
[4] *Cokefeld'*, B.
[5] Four in all, A, B.
[6] Six names, A, B.

dedicere, consideratum fuit quod Adam iret inde sine die et ipsa perquireret aliud breue si uellet.

Et Mabilia uenit et dicit quod in parte recordantur bene et in parte parum, quia bene potest esse quod Adam dixit quod non tenuit terram illam et redditum set quod alii illam tenuerunt, set ipsa respondit quod hoc non debuit ei nocere quia die quo breue suum fuit inpetratum, tenuit idem Adam totam terram et redditum[1], ita quod illa occasione non remansit placitum illud, immo quia noluit ei respondere sine waranto suo de dote sua desicut prius adiudicatum fuit in eadem curia quod non obstante hoc responderet eo quod ipse Adam fuit warantus suus etc., et quod tali occasione remansit placitum offert probare per quosdam audientes et intelligentes qui parati sunt sacramentum facere.

Et predicti homines dicunt salua libertate uille sue quam habent ex dono Dom. Regis quod tale est recordum sicut ipsi dicunt, et dicunt quod Adam non tenuit terram illam die quo breue suum etc., et quod recordum tale sit offerunt probare per corpus cuiusdam liberi hominis de eadem curia Johannis nomine, uel defendere quod tale non est sicut ipsa dicit sicut curia considerauerit. Et quia Adam non est presens et testatum est quod iuit ad S. Jacobum[2], preceptum est uicecomiti quod eum uenire faciat tali die etc. ad audiendum recordum de loquela etc. que fuit inter eos in curia sua etc. et ad ostendendum quare non fuit etc., et quod uenire faciat omnes predictos tenentes ad cognoscendum quantum unusquisque teneat etc.

1394. Buck. [3]Henricus de Braybroc optulit se iiij[to]. die uersus Ricardum filium Simeonis de placito quod warentizaret ei duas uirgatas terre cum pert. in Burcota quas Gaufridus le Parchimener et Matillis uxor[4] Rogerus filius Simonis et Alicia uxor eius clamant uersus ipsum Henricum per assisam mortis antecessoris, et unde idem Henricus uocauit ipsum Ricardum ad warantum etc. et quas duas etc. et idem Henricus amisit per defaltam ipsius Ricardi etc. Et Ricardus non uenit etc.

[1] See Br. f. 432. Conceivably this is the case cited anonymously as from Mich. A. R. 4—5.

[2] Compostella.

[3] A. m. 9 d; B. m. 6. See the earlier proceedings Case 12[illegible], and the later proceedings MS. f. 2[illegible].

[4] Supply *cum*, A. B.

et preceptum fuit uicecomiti quod attachiaret eum, et uicecomes non misit nomina plegiorum et ideo uicecomes habeat corpus eius et uicecomes sit auditurus etc. |

[208 b.] Sussex.

[1]Johannes Marescallus peciit uersus Priorem de Lewes aduocacionem ecclesie de Stodhal'[2] ut ius suum etc., et ut illam unde Joscelinus le Chastelein fuit seisitus tempore H. Regis aui etc., ita quod presentauit quemdam Ricardum etc. Idem Joscelinus dedit terram illam in qua sita est ecclesia illa Ricardo de Percy qui terram eandem dedit eidem Johanni pro homagio et seruicio suo, et petit seisinam predicti Joscelini.

Et Augustinus attornatus Prioris de Lewes uenit et defendit ius suum et dicit quod non debet ad hoc breue respondere quia ipsi nullum priorem habent, eo quod Abbas de Cluny mandauit[3] priorem qui ipsum Augustinum attornauerat loco suo coram rege quando mandatus fuit, et postea mandauit idem Abbas Comiti Warenne aduocato prioratus, ut prouideret domui sue de priore eligendo quia prior resignauit etc., et petit iudicium si debeat sine priore respondere.

Et Johannes dicit quod die quo breue suum fuit inpetratum habuerunt ipsi priorem et prior fecit attornatum suum et uidetur ei quod licet prior transfretauerit, nichilominus debet attornatus respondere.

Dies datus est de audiendo iudicio suo etc.

Buck.

[4]Matillis de Curtenay petit uersus Priorem de Berencestria j. carruc. terre cum pert. in Wottesdona et xiij. uirg. terre cum pert. in Westecota ut dotem suam, unde Reginaldus de Curtenay quondam uir suus eam dotauit etc., et ut illam que pertinet ad terram quam tenet in Wottesdona in dotem ex dono predicti Reginaldi et in quam idem Prior intrusit se postquam ipsa fuit inde dotata, et inde producit sectam etc.

Et Prior uenit et dicit quod non debet ad hoc ei respondere quia ipsa est de potestate Regis Francie, et non debet

[1] A. m. 10 d; B. m. 6.
[2] Stodham, A, B.
[3] mandauit, B. The Prior had appointed Augustin his attorney coram rege but had already been summoned abroad by the Abbot of Cluny the head of his order.
[4] A. m. 11; B. m. 6 d.

responderi in Anglia priusquam Anglicis respondeatur in partibus transmarinis sicut prouisum fuit a consilio Dom. Regis et a magnatibus et petit iudicium[1].

Et Matillis dicit quod ipsa per uoluntatem Dom. Regis J. etc. seisita est de terra de Wottesdona ut de dote sua ad quam clamat predictam terram pertinere, unde uidetur ei quod hoc non debet ei nocere. Dicit eciam quod ipsa fuit aliquando dotata et seisita etc. Dies datus est eis de audiendo iudicio suo etc.

1397. Midd. [2]Assisa uenit recognitura si Jordanus de la Tur auunculus Roberti fuit seisitus in dominico suo de xj. acris prati et duobus solid. redditus cum pert. in Enefeldia die quo iter peregrinum[3] uersus Romam arripuit in quo etc., et si iter etc., per breue H. et si etc., quam terram Willelmus de Mandeuilla Comes Essexie tenet, qui uenit per attornatum suum et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia Robertus fuit in seisina de terra illa postquam predictus Jordanus iter suum arripuit et postquam idem Jordanus obiit per duos dies et inde producit sectam, et si hoc non sufficit, ponit se super iuratam.

Et Robertus dicit quod nunquam fuit seisitus de terra illa post mortem predicti Jordani, set reuera quando Jordanus iter suum arripuit etc. commisit ipse terram illam custodiendam cuidam Roberto qui eum fecit custodem de terra illa et bene defendit quod nunquam post obitum Jordani fuit inde seisitus et inde ponit se super iuratam.

Et iuratores quesiti per fidem qua tenentur Dom. Regi si idem Robertus fuit inde seisitus post obitum Jordani ut heres et in feodo etc., dicunt quod fuit inde seisitus post obitum Jordani ut de feodo per unum annum et eo amplius et quod pro defectu seruicii fuit inde disseisitus. Et ideo consideratum est quod iurata remaneat et Robertus perquirat sibi per breue de recto, et sit in misericordia pro falso clamore, et Comes inde sine die etc.

1398. Buck. [4]Rogerus Peyure optulit se iiij^to. die uersus Abbatem de

[1] See Br. f. 427 b.
[2] A. m. 11; B. m. 6 d.
[3] *peregrinationis*, B.
[4] A. m. 11; B. m. 6 d.

Cultura[1] de placito quod warentizaret ei dim. hidam terre cum pert. in Tutingdona, quam tenet et de eo tenere clamat, et unde cartam suam habet ut dicit etc. Et Abbas non uenit etc. Et preceptum fuit uicecomiti quod distringeret eum per terras et catalla sua etc. Et uicecomes mandauit quod nullam terram habet nisi tantum redditum et redditum illud[2] cepit in manum Dom. Regis. Et ideo preceptum est uicecomiti quod redditum illum saluo custodiat in manu Dom. Regis quousque aliud preceptum inde habuerit etc. |

9. [3]Anselmus[4] filius Petri de Hathelakestan'[5] optulit se iiij^to^. die uersus Hugonem de Hauersham' de placito unius bouate terre cum pert. in Bergedona[6], quas clamat uersus eum ut ius suum etc. Et Hugo non uenit etc. et terra capta fuit in manum etc. pro defectu suo quem fecit etc. et post uisum terre petitum et ipse summonitus fuit ad audiendum iudicium suum etc., et tunc non uenit etc., et ideo consideratum est quod Assell'[7] recuperauit seisinam suam per defaltam, et Hugo in misericordia. Et sciendum quod Willelmus de Cungeho[8] et Lucia uxor eius uocauerunt ipsum Hugonem ad warantum coram iusticiariis itinerantibus et Hugo eis warentizauit etc. ita quod Willelmus et Lucia recesserunt sine die et ideo habeant tale recuperare, quale habere debebunt, etc. [2-9.] Rotel.

0. [9]Nicholaus Blundus et Agnes uxor eius et Cristiana soror ipsius Agnetis petunt uersus Thomam filium Iuonis quater xx. acras terre cum pert. in Braye ut ius ipsarum Agnetis et Cristine. Berca.

Et Thomas uenit et dicit quod terra illa est de dominico Dom. Regis, et non debet placitare per tale breue[10], et iusticiarii hoc idem testantur, et ideo sine die, et ipsi perquirant se in uilla illa secundum consuetudinem uille sue.

1. [11]Prior Hospitalis Jerosolime in Anglia per attornatum suum petit uersus Walterum de Turberuilla quod warentizet Wilt.

[1] See above Cases 296 and 399.
[2] Corr. illam, A, B.
[3] A. m. 11; B. m. 6 d.
[4] Ascull', A, B.
[5] Adalkestan', B.
[6] Berwedona, B.
[7] Ascuil', A, B.
[8] Cujenho, A, B.
[9] A. m. 11 d: B. m. 7.
[10] The only writ is the little writ of right close; for this is ancient demesne. For later proceedings see Cases 951 and 988.
[11] A. m. 11 d; B. 7.

ei manerium de Anesty cum pert. quod tenet et de eo tenere clamat et unde cartam suam habet, quam profert et que donum illud testatur, unde idem Prior ostendit quod pro defectu eius de hoc quod debuit terram illam ei warentizasse et aquietasse de scutagiis et aliis seruiciis, capitales domini feodi distrinxerunt eum ad reddendum de scutagio vj. lib.

Et Walterus uenit et cognoscit quod debet eos aquietare de scutagio et cognoscit quod debet ei de areragio scutagii ix. marcas, et illas ei reddet tali die etc. et nisi fecerit quod distringatur per terras et catalla sua ad plenariam solucionem, ita scilicet quod si ad diem illum ostendere possit quod non debeat tantum de areragio, tunc ei allocetur. Et atternatus Prioris hoc ei concessit, et tenet inde se pacatum, et dicit quod non est certus quantum debet.

1402. Wigorn. [1]Ricardus Scottus optulit se iiij^to^. die uersus W. Wigornensem Episcopum[2] de placito quare tenuit placitum in curia cristianitatis de laico feodo ipsius Ricardi in Kantertona contra etc. Et Episcopus non uenit etc., et uicecomes mandauit quod noluit inuenire plegios. Et ideo preceptum est uicecomiti quod capiat baroniam suam in manum Dom. Regis etc.[3] eo quod noluit inuenire plegios ueniendi etc. ad ostendendum quare tenuit placitum etc. inter eos etc. et summoneat ipsum Episcopum quod sit tali die etc., auditurus inde iudicium suum.

1403. Wigorn. [4]Idem queritur quod Petrus filius Petri traxit eum in placitum in curia cristianitatis de laico feodo ipsius Ricardi contra etc. Et Petrus uenit et dicit quod non debet respondere ei, quia ipse est excommunicatus et inde profert litteras eiusdem Episcopi testantes quod propter manifestam contumaciam excommunicauit eum etc. Et Ricardus dicit quod hoc non debet ei nocere, quia idem Episcopus est aduersarius eius in eadem loquela etc. Et ideo datus est idem dies eidem Petro de audiendo inde iudicio suo, ad predictum terminum etc.[5]

1404. [illegible] [6]Walterus de Bodewe queritur quod Abbas Couentrie

[1] A. m. 12; B. m. 6 d.
[2] William of Blois.
[3] Br. f. 113.
[4] A. m. 12; B. m. 6 d. See last case.
[5] Br. f. [illegible].
[6] A. m. 12; B. m. 6 d.

traxit eum in placitum in curia cristianitatis de laico feodo ipsius Walteri in Acle contra etc., unde idem Walterus dicit quod traxit eum etc. et dapnum ei fecit ad ualenciam lx. sol. et inde producit sectam.

Et Abbas[1] uenit et defendit contra eum et sectam suam quod numquam prohib'[2] secutus fuit etc., et ideo consideratum est quod defendat se in animam Abbatis xij. manu et ueniat cum lege tali die etc.[3]

[4]Willelmus de S. Philiberto petit uersus Ricardum Burdun unum mesuagium cum pert. in Suhamtona ut ius etc. et ut illud in quod idem Ricardus non habet ingressum nisi per W. Marescallum Comitem Penbrocii patrem Comitis W. Marescalli, qui ipsum iniuste etc. disseisiuit post terminum etc., ita quod assisa noue disseisine summonita fuit de eodem mesuagio coram iusticiariis itinerantibus in partibus illis inter ipsum W. etc, et W. Comitem patrem etc., que assisa remansit capienda eo quod idem W. Marescallus obiit[5] ante capcionem illius assise, ut idem Willelmus dicit etc. Suht.

Et Ricardus uenit et uocat ad warantum W. Marescallum Comitem Penbrocii etc. Habeat eum per auxilium etc. |

[6]Robertus filius 'Turgis' queritur quod balliui Dom. Regine[7] de Berchamstede iniuste deforciant ei ix. mesuagia cum pert. in Berchamstede que idem Robertus recuperauit in comitatu Hertfordie per iudicium eiusdem comitatus etc., et petit quod reddant ei seisinam suam. [289 b.] Hertford.

Et Waleranus le Tyes constabularius de Berchamstede uenit et defendit quod non deforciat ei iniuste seisinam suam, set uerum uult dicere, et dicit quod loquela ista tangit Dom. Regem quia manerium illud est Dom. Regis, et liberum est et tales habet libertates quod omnia placita que ad Dom. Regem pertinent de terris et de aliis rebus infra libertatem illius manerii debent teneri in curia ipsius Regis apud Berchamstede, ita quod uicecomes nullam habet potestatem trahendi placita illa de curia illa ad comitatum

[1] *Supply per Reimundum de Shelfordia attornatum suum*, A, B. The attorney is to swear on the Abbot's soul.

[2] Corr. *post prohibicionem*, A. B.

[3] Br. f. 410.

[4] A. m. 12; B. m. 7.

[5] The Regent died 14 May, 1219.

[6] A. m. 12; B. m. 7.

[7] Isabella, John's widow.

suum, set si aliquid factum fuerit in curia illa quod debeat de iure emendari, Dom. Rex uel eius iusticiarii illud debent emendare in curia sua. Dicit eciam quod idem Robertus tulit octo breuia de recto in curia Dom. Regine de ix. mesuagiis in Berchamstede et ibi facta fuit summonicio secundum legem terre et essonia facta. Postea uero desient optulerunt ei ius facere in curia illa, idem Robertus spreuit curiam illam et iuit ad comitatum et dixit uicecomiti quod curia illa ei defecerat de iure faciendo, et uoluit probare defaltam, quo audito, idem constabularius misit ad comitatum et monstrauit uicecomiti quod placitum illud non potuit nec debuit teneri in comitatu eo quod libertas de Berchamstede talis fuit etc. et eo quod curia non[1] defecerat ei de iure, ita quod ad peticionem ipsius constabularii misit uicecomes iiij. milites etc. apud Berchamstede ut uiderent quod idem Roberto rectum facerent, scilicet tales etc., qui uenerunt in curia illa et coram eis rediit Robertus et audita fuit loquela sua coram eis, ita quod tenentes pecierunt uisum de mesuagio, et post uisum petitum recessit iterum Robertus de curia illa et iterum iuit ad comitatum, et nescit quid ibi factum est, set bene defendit quod predicta curia Dom. Regine nunquam ei defecit de iure, et inde ponit se super predictos quatuor milites coram quibus audita fuit loquela.

Et Robertus dicit quod tulit breuia sua in predicta curia de Berchamstede et facta fuit summonicio de aduersariis suis ita quod essoniauerunt se uersus eum etc. Ad diem illum eis datum per essoniatores suos uenerunt aduersarii sui et optulerunt se et ipse peciit warentiam essonii sui, et Hugo de Bathonia clericus presens fuit et respondit quod nullam facerent warentiam. Postea uero tradidit eis unum de breuibus suis ad legendum, quo perlecto, noluerunt ei reddere breue illud immo illud retinuerunt, et ideo iuit ad comitatum et ibi probauit defaltam et per iudicium comitatus pro defectu eorum recuperauit ipse seisinam suam, et hac racione petit seisinam suam.

Et quia iusticiarii incerti sunt quid actum fuit in comitatu, consideratum est quod uicecomes recordari faciat in

[1] Both A and B omit non.

comitatu loquelam illam sicut deducta fuit in comitatu inter eos et recordum illud habeat etc. tali die per quatuor milites etc., et summonere faciat predictos quatuor milites quod sint ad predictum terminum ad testificandum quid coram eis factum fuit de predicta loquela in predicta curia.

7. [1]Hugo le Butiller per attornatum suum optulit se iiij[to]. die uersus Rannulfum de Sheltona de placito quare cepit aueria sua et ea iniuste detinet ut dicit etc. Et Rannulfus non uenit etc. et pluries attachiatus fuit etc. et ideo omnes plegii[2] in misericordia et uicecomes habeat corpus eius etc. Norf.

8. [3]Robertus de Insula optulit se iiij[to]. die uersus Willelmum filium Warini de placito capiendi cirographum suum de fine facto inter eos de extensione terre et hereditatis Johannis de Wahulla etc. Et Willelmus non uenit, et preceptum fuit uicecomiti quod haberet corpus eius etc., et uicecomes mandauit quod non fuit inuentus. Et ideo preceptum est uicecomiti quod distringat eum per terras et catalla sua etc. quod sit tali die etc. Idem dies datus est etc. | Buck.

9. [4]Vitalis de Horepol et Thomas de Northie attachiati fuerunt ad respondendum Idonee de Heintona de placito quare ipsi secuti fuerunt placitum in curia cristianitatis contra prohibicionem de laico feodo ipsius Idonee etc., unde ipsa queritur quod ipsi post prohibicionem etc., secuti sunt illud placitum de blado suo in terra et dampnum ei fecerunt ad ualenciam x. marcarum et inde producit sectam. [210.] Kent.

Et ipsi ueniunt et defendunt contra eam et contra sectam suam quod nunquam post prohibicionem etc. secuti sunt illud placitum de laico feodo, nec de catallis etc., set reuera ipsi fuerunt executores testamenti Helewisie matris uiri ipsius Idonee etc., et ipsa habuit bladum in grangia sua quando obiit, et illud leganit, et quia ipsa Idonea non permisit eos facere testamentum illud, inplacitant eam de illo testamento et non de aliis rebus etc.

Et Idonea dicit quod ipsa Helewisia tenuit terram illam in dotem, et quod quando obiit nullum bladum habuit in grangia quod ipsi non habuissent sine inpedimento, quia

[1] A. m. 12; B. m. 7.
[2] Four names in A. B.
[3] A. m. 12; B. m. 7 d.
[4] A. m. 12 d; B. m. 7 d.

Modo mutatum est de noua gracia quod potest testatorentum facere de blado firmo in terra[1].

ipsa obiit in quadragesima proximo transacta, et de blado illo quod tunc fuit herba postquam positum fuit in grangia in autumpno inplacitauerunt eam, et non de alio blado et inde producit sectam sufficientem, que hoc testatur.

Et ipsi ueniunt et defendunt contra eam et contra sectam suam. Et ideo defendant se xij. manu quod non inplacitauerunt eam tali modo sicut predictum est et ueniant cum lege tali die, scilicet uterque xij. manu. Postea uenerunt Vitalis et Thomas et posuerunt se in misericordiam, et ideo custodiantur etc.[2]

Et Abbas de Boxle attachiatus pro eodem quare tenuit placitum, uenit et defendit quod nunquam tenuit etc. Et hoc conuictum fuit et ideo Abbas sine die, et prohibitum est ei ne amplius teneat placitum etc.

1410. Surr. [3]Edelina de Broc petit uersus Ricardum Malherbe iiij. libratas terre et xviij. solidatas redditus cum pert. in Erlintona ut ius suum etc., et uersus Magistrum Willelmum de Bathonia xxj. acras terre et unam acram prati et xij. acras et dim. de bosco cum pert. in eadem uilla ut ius suum etc. Et ipsi Ricardus et Willelmus uocauerunt inde ad warantum heredes Stephani de Turnham quondam uiri ipsius Edeline, scilicet Thomas de Bauelingeham et Mabiliam uxorem eius, Adam de Bendenge et Aliciam uxorem eius, Radulfum de Fay et Beatriciam uxorem eius, Rogerum de Leyburnia, Radulfum filium Bernardi et Alienoram uxorem eius, ita quod summoniti fuerunt quod essent a tali die etc. Ad diem illum non uenerunt Thomas, Mabilia, Radulfus nec Beatricia, et summonicio testata fuit, ita quod pro defectu ipsorum consideratum fuit quod de terra Thome et Mabilie in Kancia caperetur in manum Dom. Regis ad ualenciam[4] redditus xix. s. et septem den. cum pert., et de terra Radulfi et Beatricie in eodem comitatu Kancie ad ualenciam redditus

[1] By the occasional annotator. An allusion to the Statute of Merton. See Br. f. 96. Sed *nova superveniente gratia* et provisione, sicut patet de provisionibus apud Merton inter placita quae sequuntur regem Henricum anno regni sui decimo octavo, poterit uxor de fructibus et bladis, sive a solo separata fuerint sive non, testari et pro voluntate sua disponere. This case is [illegible], 25 and probably [illegible], 25.

[2] *[illegible]* [illegible] *s. s.* A.

[3] A. m. 13; B. m. 7 d.

[4] The inheritance of Stephen of Turnham is divided in fifths.

xix. s. et vij. den. cum pert., quem redditum predicta Edelina clamat uersus predictum Ricardum, et de terra ipsorum Thome et Mabilie eodem modo in Kancia ad ualenciam iiij. acrarum terre et quinte partis unius acre terre et quinte partis unius acre prati et duarum acrarum et dim. bosci cum pert., et eodem modo de terra Radulfi et Beatricie tantundem pro defectu etc., quam terram eadem Edelina clamat uersus Magistrum Willelmum de Bathonia, et quod uicecomes mandaret diem capcionis etc., et quod summoneat eosdem Thomam, Mabiliam, Radulfum et Beatriciam quod essent a tali die etc. Idem dies datus fuit Radulfo filio Bernardi et Alienore uxori eius, Ada de Bendenge, et Alicie uxori eius quia noluerunt respondere sine participibus suis, et dictum fuit eis quod nullum essonium iaceret. Ad diem illum non uenit Mabilia uxor predicti Thome nec Radulfus de Fay nec Beatricia uxor eius, et uicecomes Kent mandauit diem capcionis et quod summoniti fuerunt etc., nec terre petite fuerunt per pleuinam, et ideo de eis consideratum est quod Ricardus et Willelmus recuperauerunt seisinam suam uersus eosdem Thomam et Mabiliam, Radulfum et Beatriciam de terra eorum in Turnham ad ualenciam porcionis que eos contingit. Et Edelina habeat seisinam suam etc. de terra in Erdintona quantum ad tantam porcionem pertinet.

Et Adam de Bendenge et Alicia uxor eius ueniunt et cognoscunt cartam Stephani predicti et illam eisdem Ricardo et Willelmo warentizant. Et ideo consideratum est quod de terra eorum in Turnham faciant eisdem Ricardo et Willelmo escambium ad ualenciam sue partis etc. et Edelina recuperet illam partem uersus ipsos Ricardum et Willelmum. | Et quia [210 b.] Radulfus filius Bernardi et Alicia uxor eius et Rogerus de Leiburnia non uenerunt et habuerunt diem in banco, consideratum est quod de terra eorum in Turnham capiatur in manum Dom. Regis ad ualenciam redditus et terre unde uocati sunt ad warantum etc. et ipsi summoneantur quod sint etc. audituri inde iudicium suum. Et ad diem illum perficiantur omnia alia iudicia predicta ita tamen quod interim remaneant Ricardus et Willelmus in seisina sua ut quando omnes predicti waranti simul sint, tunc fiat integre

iudicium et tunc habeant Willelmus et Ricardus breue suum de extensione facienda. [1]Postea in crastino etc. consideratum est quod Edelina habeat seisinam suam de predicta terra et de redditu cum pert. et quod Ricardus et Willelmus habeant seisinam suam de escambio secundum quod predictum est in Turnham, etc.[2]

1411. Dors. [3]Hamelinus filius Radulfi attachiatus fuit ad respondendum Hugoni de Gundeuilla quare ipse tulit assisam noue disseisine uersus predictum Hugonem dominum suum de tenemento in Pinpre desicut ipse est uillanus et cognouit se esse uillanum patris predicti Hugonis tempore Dom. Regis alibi supra[4]. J. etc. coram iusticiariis itinerantibus apud Shyreburniam ut idem Hugo dicit, unde idem Hugo ostendit quod tunc fuerunt iusticiarii Simon de Patteshulla[5], Eustachius de Faucumbergo[6] et alii socii sui etc. Et quod cognouit se esse uillanum patris predicti Hugonis sicut predictum est, ponit se super recordum curie et super rotulos etc.

Et Hamelinus uenit et defendit quod non est uillanus nec umquam cognouit se esse uillanum in curia Dom. Regis sicut idem Hugo dicit, et inde ponit se similiter super recordum curie. Set uerum uult dicere. Dicit quod tunc temporis scilicet in itinere iusticiariorum tenuit ipse quamdam terram in uillenagium quam emerat, et tunc cognouit quod terra illa fuit uillenagium, et precise defendit quod nunquam cognouit se esse uillanum. Quesiti sunt rotuli de itinere et ibi recordatum est quod quidam Osbertus Crede tulit assisam mortis antecessoris de morte Henrici fratris sui super ipsum Hamelinum de una carucata terre cum pert. in Pinpre, ita quod idem Hamelinus respondit contra assisam quod non debuit procedere eo quod non potuit terram illam lucrari uel perdere, quia uillanus fuit Hugonis de Gundeuilla patris predicti Hugonis. Hoc autem fuit inuentum in pluribus rotulis, et cum idem Hamelinus debuisset habere

[1] Here B stops. This postea comes from the next Michaelmas term.

[2] In A there is yet another clause of this postea, hardly legible. See Br. f. 386, 395.

[3] A. m. 14. This case is cited by Bracton f. 200 b.

[4] This reference is to the missing folio of the note book which I attempt to restore in the Appendix to this volume.

[5] A distinguished justice in John's reign.

[6] Became bishop of London 1221.

indicium suum, absentauit se et recessit sine licencia, unde preceptum fuit uicecomiti quod haberet corpus eius tali die etc. ad iudicium suum inde audiendum etc. Et ad illum diem non uenit, et uicecomes mandauit quod subtraxit se et non potuit inueniri, unde preceptum fuit uicecomiti quod caperet totam terram ipsius Hamelini in manum Dom. Regis et illam saluo custodiret etc. eo quod idem Hamelinus subtraxit se et noluit stare recto de hoc quod idem Hugo questus fuit de eo, et hoc quod inde faceret, scire faceret iusticiarios tali die etc. Ad diem illum non uenit Hamelinus et uicecomes mandauit quod terram suam ceperat in manum Dom. Regis.

Et quia curia recordatur quod predictus Hamelinus cognouit se esse uillanum et idem Hugo postea per predictam assisam noue disseisine amisit terram suam, consideratum est quod Hugo recuperauit seisinam terre illius unde assisa capta fuit, et quod habeat Hamelinum sicut uillanum suum conuictum, et quod assisa noue disseisine que inde capta fuit pro nichilo habeatur, et quod idem Hugo quietus sit de misericordia in qua positus fuit pro illa disseisina. Et preceptum est uicecomiti quod diligenter inquirat qui fuerunt iuratores illius assise et illos habeat tali die etc. ad audiendum iudicium suum de sacramento quod inde fecerunt[1]. Et si idem Hamelinus aliquod tenementum tenuit de ipso Hugone, faciat idem Hugo de tenemento illo sicut de suo, etc.

12. [2]Preceptum fuit uicecomiti quod recordari faceret coram eo in comitatu suo loquelam que fuit in eodem comitatu inter Johannem filium Hugonis petentem et Willelmum de Honedale de catallis ad ualenciam lxiij. sol. que idem Johannes exigebat uersus ipsum Willelmum, unde idem Willelmus questus fuit quod falsum iudicium sibi factum fuit in eodem comitatu etc., et recordum illud haberet etc. per litteras et per quatuor milites etc. Interim missi fuerunt iusticiarii itinerantes in partes illas et posita fuerunt coram eis omnia placita in eodem statu quo fuerunt apud West- Sussex.

[1] The jurors were convicted and punished as appears from Cor. Reg. Roll. No. 9, m. 9. (Mich. A. R. 4—5.)

[2] A. m. 14.

monasterium, ita quod Comitatus uenit coram iusticiariis illis, ut ipsi recordantur, et recordati fuerunt quod predictus [211.] Johannes peciit in comitatu | uersus predictum Willelmum catalla ad ualenciam tanti etc. que ei abstulit postquam uenerat ad fidem Dom. Regis in manerio suo de Eictona etc., et inde producit sectam etc., et Willelmus uenit et non defendit capcionem catallorum tempore pacis sicut idem Johannis ei imposuerat, unde quia non defendit capcionem etc. considerauit comitatus quod idem Willelmus redderet eidem Johanni tantum etc.

Audito uero hoc recordo uenit Willelmus, et dixit coram iusticiariis ut recordantur quod in parte recordati fuerunt bene et in parte parum, quia de hoc quod dixerunt quod Johannes peciit tali modo predicta catalla uersus eum, dicunt bene, de hoc autem quod recordati fuerunt quod ipse non defendit capcionem illam tempore pacis, ipsum[1] falsum recordum faciunt, quia ipse precise defendit capcionem illam tempore pacis contra eum et contra sectam suam, et dixit quod si quid inde factum fuit, hoc fuit tempore guerre dum idem Johannes fuit inimicus Dom. Regis, et super defensionem illam probabiliter factam considerauit Comitatus quod plene redderet ei denarios illos, et quod tale fuit recordum et quod de recordo illo factum fuit ei iudicium predictum, inde produxit sectam, scilicet audientem et intelligentem qui optulit etc. et dixit quod per recordum illud et per falsum iudicium deterioratus fuit et dampnum habuit ad ualenciam x. marc. etc.

Et Comitatus dicit quod tale fuit recordum sicut ipsi prius recordati sunt et non aliud et hoc offerunt disracionare per corpus cuiusdam liberi hominis de eodem comitatu Hugonis Pion[2], qui hoc optulit probare per corpus suum sicut ille qui interfuit etc.

Et Willelmus dixit quod tale fuit recordum sicut ipse dixit et hoc optulit disracionare per corpus cuiusdam liberi hominis sui Stephani, qui hoc probare optulit per corpus suum sicut ille etc., uel defendere quod tale non fuit sicut Comitatus recordatur prout curia consideraret. Et in tantum

[1] Corr. *ipsi*, A. [2] *Prion*, A.

processit loquela ista coram iusticiariis predictis itinerantibus quod duellum uadiatum fuit de eodem recordo inter Comitatum et predictum Willelmum, unde quia predictus Willelmus questus fuit Dom. Regi de duello contra consuetudinem regni uadiato, et uisum fuit curie Dom. Regis quod hoc indebito modo actum fuit, mandatum fuit iusticiariis illis itinerantibus, ut loquelam illam in eodem statu quo fuit coram eis uenire facerent coram iusticiariis de banco tali die etc. Ad diem uero illum uenit Comitatus cum campione suo armato et Willelmus cum campione suo similiter armato et auditum fuit recordum sicut predictum est. Et quia iusticiarii incerti fuerunt de duello, scilicet utrum deberet procedere nec ne, datus fuit dies dictis Johanni et Willelmo de audiendo inde iudicio suo tali die etc., et dictum fuit campionibus quod tunc uenirent dearmati, et ut Comitatus minus grauaretur et uexaretur, dictis[1] fuit militibus quod mitterent iiij. ex illis ad diem illum ad audiendum inde iudicium suum pro Comitatu. Ad diem uero illum[2] uenit Willelmus et campio suus et optulerunt se, et Johannes non uenit nec se essoniauit, nec milites de comitatu uenerunt, set tantum campio suus uenit, et idem Willelmus peciit iudicium suum. Set quia curia neminem uoluit occasionare, cum incertum esset si milites de comitatu obliuioni dedissent diem suum, datus fuit eis alius dies de audiendo iudicio suo et de defalta et de capitali placito. Et quia ad diem illum nec unquam postea uenerunt milites de comitatu nec predictus Johannes ad audiendum inde iudicium suum uel inde respondendum, et habuerunt diem in banco, consideratum est quod duellum deuadietur, et quod Willelmus recuperauit dampnum suum x. marc. uersus Comitatum per defaltam eiusdem Comitatus et Comitatus in misericordia pro defalta, et idem Willelmus sit quietus de catallis que idem Johannes exigebat pro etc. ipsius Johannis et Johannes sit in misericordia quia non est prosecutus etc.

3. [3]Auicia[4] que fuit uxor Willelmi de Wililegha petit uersus Cristianam de Wilelegha terciam partem dim. uirg. terre Sumers.

[1] Corr. *dictum*, A.
[2] Michaelmas three weeks.
[3] A. m. 11 d. B. m. 8.
[4] *Amicia* A. B.

cum pert. in Duldecota ut dotem suam etc. Et ipsa uenit et uocat inde ad warantum Walerandum *filium*[1] et heredem predicti Willelmi qui presens est et illam ei warentizat, et ideo faciat matri sue escambium ad ualenciam illius terre scilicet tercie partis quia ipsa non dicit quod fuisset nominatim inde dotata et Cristine remaneat terra sua[2].

1414. Dors. [3]Prior de Cristeschurche petit uersus Johannem de Turberuilla duas hidas et dim. uirgatam terre cum pert. in Prestepidele ut ius ecclesie sue etc., et uersus Simonem de [211 b.] Percy duas partes unius hide terre cum pert. | in Langefordia ut ius ecclesie sue, et uersus Cristinam que fuit uxor Gaufridi de Percy terciam partem unius hide terre cum pert. in eadem uilla etc. Et Cristina uenit et uocat inde ad warantum Simonem predictum eo quod tenet in dotem etc. Et Simon uenit et ei warentizat etc., et ipse et Johannes petunt inde uisum. Habeant. Dies datus est etc.

1415. Linc. [4]Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam de Westtrasene, que uacat ut dicitur, cuius aduocacionem Hugo Paynel clamat uersus Priorem S. Trinitatis Eboraci, qui uenit per attornatum suum et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia breue dicit ad ecclesiam que uacat, et ecclesia illa non uacat immo ipse et monachi sui sunt inde persone, et inde profert cartam Hugonis Paynel aui predicti Hugonis que testatur quod ipse pro anima patris etc. dedit in perpetuam elemosinam et concessit deo et monachis Maioris Monasterii[5] seruientibus deo et ecclesie S. Trinitatis apud Eboracum, ecclesiam Omnium Sanctorum de Rasa cum omnibus pert. suis et concedit ut inponant et deponant secundum ius ecclesiasticum monachos suos libere et quiete absque omni dominii inpedimento. Profert eciam cartam Fulconis Paynel fratris predicti Hugonis aui, que testatur quod idem Fulco dedit et concessit eisdem monachis eodem modo predictam ecclesiam de Rasa cum pert. etc. Profert eciam cartam Roberti quondam Lincolni-

[1] *filium* in A. B. but badly written in A and the copyist of the note-book has imitated what he could not read.
[2] Br. f. 299 b.
[3] A. m. 14 d; B. m. 8 d.
[4] A. m. 15; B. m. 9.
[5] The priory was a cell of Marmoutier. Monast. vol. [illegible]

ensis Episcopi que confirmat eis donum quod Hugo Paynel et Fulco frater eius eis dederunt de ecclesia de Westtrasene et illam eis confirmat in proprios usus. Profert eciam cartam Beati Thome quondam Archiepiscopi Cantuariensis que donum illud racionabiliter eis collatum confirmat. Et dicit quod ipsi sunt in possessione duarum parcium garbarum tocius uille etc.

Et Hugo uenit et cognoscit reuera quod ipsi habent duas partes omnium garbarum tocius uille etc., et dicit quod residuum uacat[1] et breue suum loquitur de ecclesia que uacat, Consideratum est quod Prior non respondeat ad hoc breue et ideo sine die, et Hugo perquirat aliud breue de illa parte que uacat si uoluerit, et sit in misericordia pro falso clamore.

6. [2]Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam Warr.
de Cornlegha, que uacat etc., cuius aduocacionem Hugo de Ringesdona clamat uersus Priorem de Couintria. Qui uenit etc. et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia ecclesia illa est capella pertinens ad ecclesiam suam de Couintria et ipse est inde persona. Et preterea dicit quod quidam Robertus obiit ultimo persona ad presentacionem suam. Et Hugo dicit quod non fuit persona immo commissa fuit ei ecclesia in sequestro et inde ponit se super iuratam. Et Prior similiter et procedat assisa.

Juratores dicunt quod predictus Robertus reuera admissus fuit ad ecclesiam illam ad presentacionem Ade patris predicti Hugonis multo tempore transacto. Postea uero contigit quod Hugo de [3] quondam Episcopus amouit monachos et uoluit ibi apponere canonicos[4], et accessit ad ecclesiam illam de Cornele et abstulit eidem Roberto ecclesiam illam, et postea dedicauit eandem ecclesiam. Et cum predictus Adam hoc audisset, accessit ad dedicacionem illam

[1] Supply *et de illo residuo tulit decimam illam. Et quia cognoscit quod tota ecclesia non uacat*, A, B. The repetition of *uacat* causes a careless omission of this passage.

[2] A. m. 15; B. m. 8 d.

[3] A space is left. The copyist was puzzled by the bad writing in A; in B there is a plain *Nunant*, and this is right.

[4] Bishop Hugh of Nonant expelled the monks in 1191. They were restored in 1198.

et presentauit Episcopo quemdam Radulfum Shanke et Episcopus respondit quod noluit eum admittere eo quod fuit campio et cum[1] non fuit dignus habere beneficium ecclesiasticum ita quod Episcopus dixit cuidam clerico suo Johanni de Offaton'[2] ut peteret ecclesiam illam a predicto Ada. Et idem Johannes illam peciit et Adam presentauit ipsum Johannem ad personatum et predictum Radulfum ad uicariam, reddendo eidem Johanni duas marcas nomine pensionis. Postea uero post decessum ipsorum Johannis et Radulfi, rediit predictus Robertus, et mandatum fuit quod si spoliatus esset de predicta ecclesia, ei restitueretur, et iterum illam adquisiuit, ita quod ipse ultimo obiit persona ad presentacionem predicti Ade. Et super hoc uenit Prior et dicit quod seisinam quam Adam inde habuit, debet ipse habere per cartam ipsius Ade, quam profert et que testatur, quod illud ius quod vendicabat sibi in capella de Cornele, deo et S. Marie et monachis de Couintria reddidit et quietum clamauit in perpetuum. Profert eciam cartam Roberti de Wyleby officialis Archidiaconi de Couintria que testatur quod restituit Robertum capellanum in uicariam de Cornele ad presentacionem Prioris et Conuentus de Couintria. Et Hugo petit iudicium si debeat respondere ad cartas desicut assisa capta est et nullam cartam ostendit ante capcionem. Et quia non ostendit cartas ante capcionem assise[3] et iura-
[212] tores dicunt quod predictus | Adam presentauit ultimam personam, consideratum est quod Hugo recuperauit seisinam suam de presentacione sua et Prior in misericordia etc.

1417. Linc. [4]Preceptum fuit uicecomiti sicut pluries etc. quod haberet corpora Eustachii prepositi de Northkyme et talium[5] etc. ad respondendum Priori de Gattele[6] et Gaufrido de Santichemar'[7] quare ipsi deforciant eis communam pasture sue in Billingeheye que pertinet ad liberum tenementum eorum in eadem uilla sicut eis adiudicata fuit coram iusticiariis ultimo itinerantibus etc. Preceptum eciam fuit quod terras

[1] Omit *cum*, B.
[2] *Uffaton'*, B.
[3] See Br. 243 b.
[4] A. m. 16; B. m. 9.
[5] Seven names, A, B.
[6] *Cattel'*. A; *Gattele*,' B. Catley in Lincolnshire, Monast. vol. [illegible] For more of [illegible] 174.
[7] *Santichemar'* A; *Santemar'*, [illegible]

et catalla eorum que idem uicecomes cepit in manum Dom. Regis per preceptum suum ut uicecomes mandauit eo quod subtraxerunt se et noluerunt inde stare recto saluo custodiret in manum Dom. Regis quousque etc., et quod haberet corpus Philippi de Kyma et corpora omnium aliorum qui fuerunt in forcia ubi idem Philippus cepit batellum ipsorum Prioris et Gaufridi quod miserunt in predictam communam propter arundinem ad utendum seisina sua quam uicecomes eis fecit ad respondendum de transgressione illa, unde uicecomes testatus fuit quod predictus Philippus et multi alii fuerunt cum eo ad predictum batellum capiendum etc. [1]unde ipse Prior et Gaufridus super seisinam quam uicecomes eis pluries fecit per uisum iuratorum assise noue disseisine, idem Philippus et predicti et multi alii cum eo deforciauerunt eis communam illam[1], et predictum batellum ceperunt et adhuc detinent cum arundine et turbas quas foderant in communa illa iactauerunt in puteo ita quod seisina sua uti non potuerunt, unde deteriorati sunt et dampnum habent ad ualenciam xx. marc. et inde producunt sectam etc.

Et Philippus uenit et defendit contra eum et contra sectam suam quod nullam communam deforciat eis in Billingeheye, set bene cognoscit quod assisa noue disseisine capta fuit de communa de Billingehey et quod illam communam recuperauerunt per assisam etc., set reuera ipsi occasione illius commune uoluerunt habere communam uille de Northkyme[2] et in illa communa sub Northkime cepit ipse batellum suum in terra sua ubi nullam communam recuperauerunt, et offert domino Regi j. marc. per sic quod iuratores assisarum illarum summoneantur quod sint etc. ad testificandum qualem communam ipsi eis dederunt, et petit uisum de loco ubi cepit batellum etc.

Et Prior et Gaufridus dicunt quod nichil clamant nisi de communa de Billingeheye sicut iuratores sepius illam assignauerunt eis, scilicet de tali loco ad talem locum etc.

Et ideo preceptum est uicecomiti quod conuenire faciat in predicta communa omnes iuratores de illis assisis qui iura-

[1-1] Sic A. B.
[2] Billinghay and North Kyme between Sleaford and Tattershall.

uerunt etc. ad certificandum se de quali communa ipsi fecerunt seisinam predictis Gaufrido et Priori et omnes illos iuratores uenire faciat coram iusticiariis tali die etc. ad testificandum de quali communa et per quas metas ipsi fecerunt seisinam predictis Priori et Gaufrido de communa illa etc., et quod faciat habere predicto Philippo uisum de loco ubi cepit batellum suum et eciam de locis in quibus cepit alia uadia eorum etc. Et preceptum est Philippo quod interim replegiet eis batellum et uadia sua et unusquisque eorum habeat talem seisinam qualem inde nunc habent etc.[1]

1418. Linc. [2]Robertus de Turs et Beatrix uxor eius, Rogerus de Wilegheby et Maria uxor eius et Alicia soror ipsarum Marie et Beatricis, Thomas de Graueriel et Johanna uxor eius per attornatum ipsarum feminarum summoniti fuerunt ad respondendum quare non permittunt Priorem de Markeby presentare idoneam personam ad ecclesiam de Wicliue, que uacat etc. et ad suam spectat donacionem ut dicit. Unde idem Prior dicit quod Alanus de Mundeby filius auunculi predictarum cuius heredes ipse sunt dedit ei et domui sue ecclesiam illam, et inde profert cartam suam que testatur, quod ipse dedit etc. deo et ecclesie S. Petri de Markeby et canonicis etc. ecclesiam de Wicliue cum capellis ad eandem ecclesiam pertinentibus sicut aliquis laicus aliquam ecclesiam liberius et quiecius etc. uiris religiosis dare potest etc.[3]

Et ipsi omnes preter Thomam et uxorem eius etc. dicunt quod iuste impediunt presentacionem suam, quia Eudo de Mundeby pater predicti Alani fuit seisitus de illa aduocacione tempore H. Regis aui etc. ita quod presentauit quemdam Robertum clericum qui ultimo obiit persona in ecclesia illa etc. et de illo Eudone descendit ius illius aduocacionis [212 b.] predicto Alano ut filio suo et heredi, et de ipso Alano ipsi Beatrici, Marie, et Alicie ut heredibus suis et hoc offerunt probare etc. Set uerum nolunt dicere. Predictus Alanus libenter promouisset domum illam ita quod putabat predictos canonicos posse habuisse ecclesiam illam in propriis

[1] For later proceedings in this matter, see above Case 171.

[2] A. m. 16; B. m. 8 d.

[3] Supply *et ideo petunt quod* [illegible] A, B.

usus et hac intencione fecit eis cartam illam, et non placuit Episcopo loci nec adhuc placet quod haberent illam in proprios usus, et desicut carta dicit quod dedit eis ecclesiam illam sicut aliquis laicus ecclesiam liberius potest dare et nulla mencio facta est de aduocacione in carta, et preterea laici interest dare aduocacionem et non ecclesiam, petit iudicium curie si idem Prior possit per cartam illam aduocacionem uel ecclesiam illam uersus eos clamare, et si debeant eis warentiam facere.

Et Thomas dicit quod ipse non impedit presentacionem suam quia ipse nichil clamat nisi dotem ex parte uxoris eius. Et ideo inde sine die et essoniator uxoris eius similiter.

Et Prior dicit quod reuera predictus Eudo ita fuit seisitus etc., et post eum Alanus filius suus, set idem Alanus illud ius quod habuit uel habere potuit, dedit ei sicut laicus dare potuit, et bene petit iudicium si dare potuit ecclesiam illam. Et alii iudicium similiter.

Et quia Robertus et alii cognoscunt cartam et donum et predictus Alanus dedit quicquid laicus potest dare uiris religiosis, consideratum est quod Prior recuperauit aduocacionem suam et ipsi in misericordia[1].

9. [2]Ricardus le Weice et Cecilia uxor eius et Agnes soror Kent.
eius petunt uersus Walterum filium Viuine dim. acr. terre cum pert. in Shorne ut ius ipsarum etc. et ut illam in quam non habet ingressum nisi per Goldingum patrem ipsarum cuius heredes ipsi sunt qui illam ei dimisit ad terminum qui preteriit, unde dicunt quod per hoc quod eam detinuit ultra terminum suum deteriorati sunt et dampnum habent ad ualenciam xl. sol. et inde producunt sectam etc.

Et Walterus uenit et defendit ius earum et dicit quod non habuit ingressum ad terminum immo in feodo ex dono predicti Goldewini per cartam suam quam profert et que donum illud testatur.

Et ipsi ueniunt et dicunt quod nunquam cartam illam fecit nec facere potuit quia uillanus fuit et terram suam

[1] This case is cited by Bracton, f. 53, 53 b. Propter simplicitatem laicorum a grant of a 'church' may be read as a grant of the advowson.

[2] A. m. 16 d; B. m. 9 d.

defendidit per furcam et flagellum[1] et petunt inde iudicium suum. Concordati sunt per licenciam iusticiariorum, et est concordia talis quod petentes remiserunt totum clamium suum de se et de heredibus suis pro iiij. sol. et ideo inde sine die.

1420. Wilt. [2]Walterus Driwe optulit se iiij^to. die uersus Josceam et Margariam filias Roberti de placito quare secute sunt placitum in curia cristianitatis de laico feodo ipsius Walteri in Litletona etc. Et ipse non uenerunt etc. et uicecomes mandauit quod non potuit inuenire plegios. Et ideo habeat corpora earum tali die etc.

1421. Suff. [3]Willelmus filius Benedicti optulit se iiij^to. die uersus Edwardum le Aungele et Josceum filium Ricardi de Dunewico de placito quod essent audituri iudicium suum de conuencione facta inter eosdem E. et J. pro se et pro tota uillata de Dunewico de debito ccl. marcarum etc. Et ipsi non uenerunt etc., et preceptum fuit uicecomiti quod caperet in manum Dom. Regis totam terram et tenementum predictorum E. et J. eo quod concesserunt quod totum tenementum eorum remaneret eidem Willelmo et heredibus suis nisi redderent l. marcas, unde finem fecerunt pro predicto debito etc. Et uicecomes mandauit quod cepit terram eorum in manum Dom. Regis, et quod preceperat balliuis de Dunewico ut eos summonerent etc. Et ipsi non uenerunt et ideo uicecomes habeat corpora eorum etc. ad audiendum iudicium suum de conuencione inter eos etc. et ad ostendendum quare non fecerunt sicut eis preceptum fuit etc.[4]

1422. Ebor. [5]Magister Alexander de Dorsetia optulit se iiij^to. die uersus Ricardum de Seales de placito quod reddat ei tres marcas quas ei debet et iniuste detinet ut dicit etc. Et Ricardus non uenit etc. et plures fecit defaltas ita quod preceptum fuit uicecomiti quod distringeret eum per terras et catalla sua etc., et uicecomes mandauit quod distrinxit eum per duos boues etc., et quod summonitus fuit etc. Et ipse non uenit etc., et ideo preceptum est uicecomiti quod

[1] By fork and flail; by manual labour. There seems to be villeinage in Kent.

[2] A. m. 17, B. m. 9 d.

[3] A. m. 17; B. m. 11.

[4] See Br. f. 440.

[5] A. m 17; B. m. 11

capiat totam terram suam in manum Dom. Regis et illam in manu etc. saluo custodiat, ita quod ipse | nec aliquis ex [213.] parte sua manum apponat quousque etc. eo quod subtrahit se ne ueniat stare recto de hoc quod Magister Alexander clamat etc., et quod summoneat eundem Ricardum quod sit tali die etc. auditurus inde iudicium suum[1].

23. [2]Johannes de Birstona optulit se iiij[to]. die uersus Henricum de Brimtona de placito quare secutus fuit placitum in curia cristianitatis contra prohibicionem etc. de catallis eiusdem Johannis que non sunt de testamento uel matrimonio ut dicit etc. Unde idem Johannes dicit et[3] dixerat quod dampnum habuit ad ualenciam xl. sol. Et Johannes[4] non uenit etc. et habuit diem per essoniatorem suum postquam comparuerat in banco ita quod defenderat contra eum et contra sectam suam quod non traxerat eum in placitum etc. in curia cristianitatis, et quod ita habuit dapnum ad ualenciam xl. sol. etc., set dixit[5] quod idem Johannes tempore guerre cum quodam fratre suo uenit ad ecclesiam de Brimtona et ceperunt eum in cimiterio et unum equum suum et de illa uiolencia traxit eum in placitum etc.[6] Et Johannes defendit quod numquam cepit eum in cimiterio nec equum suum et inde posuit se super inquisicionem. Et Henricus similiter. Et preceptum fuit uicecomiti quod inde faceret inquisicionem etc., et uicecomes mandauit quod per plures legales homines inquisiuit quod Johannes nunquam cepit ipsum Henricum in cimiterio, nec equum suum. Et quia Henricus non uenit et inquisicio acquietat ipsum Johannem, consideratum est quod Johannes recuperauit dampnum xl. sol. et Henricus in misericordia et capiatur. Et preceptum est uicecomiti quod sine dilacione distringat ipsum Henricum quod reddat eidem Johanni xl. s. de dampno quod adiudicatum est ipsi Johanni in curia etc., eo quod idem Henricus traxit eum in placitum contra prohibicionem etc. Norf.

24 [7]Willelmus de Bradefordia appellat Hosbertum de Hulle Wigorn.

[1] See Br. f. 440 b.
[2] A. m. 17.
[3] Omit *dicit et*, A.
[4] Sic A; corr. *Henricus*.
[5] *dixerat*, A.
[6] See Br. f. 407.
[7] A. m. 17; B. m. 11.

et Willelmum de Heye de roberia et de pace Dom. Regis infracta etc. Et ipsi uenerunt et defenderunt totum de uerbo in uerbum, et posuerunt se super patriam suam, et ideo datus est eis dies in aduentu iusticiariorum in partes illas etc. eo quod extra patriam illam non potest placitum illud teneri etc.

Primum appellum est in rotulo de itinere anno R. Johannis sexto uel septimo[1].

1425. Stafford. [2]Athelina que fuit uxor Aluredi le Sauser petit uersus Robertum de la Pitte terciam partem unius uirg. terre cum pert. in la Putta ut dotem suam etc. Et Robertus uenit et dicit quod Leticia uxor eius per quam habuit terram illam et que nominata est in breui mortua est et pueri sui habent terram illam ita quod ipse nichil clamat quia pueri non sunt sui[3] et ipsi habent terram illam. Et ipsa hoc cognouit et ideo sine die et ipsa perquirat se uersus illos qui tenent si uoluerit.

1426. Suff. [4]Willelmus filius et heres Eutropi filii Hugonis attachiatus fuit ad respondendum Roberto filio et heredi Gaufridi de Badelegha de placito quare non tenet ei finem factum in curia Regis Ricardi inter predictos Eutropum et Gaufridum de manerio de Fresentona cum pert. unde cyrographum factum fuit inter eos etc., quod profert et quod testatur, quod predictus Eutropus recognouit et quietum clamauit de se et de heredibus suis totum ius et clamium quod habuit in predicto manerio cum pert. et pro hac quieta clamancia idem Gaufridus concessit prefato Eutropo et heredibus suis medietatem predicte uille cum pert. tenendam de eo et de heredibus suis per seruicium dimidii militis pro omni seruicio etc., unde idem Robertus ostendit quod non tenet ei finem illum quia ipse nullum seruicium ei facit.

Et Willelmus uenit et cognoscit finem et cyrographum, set dicit quod non potest finem illum tenere, quia ipse non tenet terram illam in dominico nec in seruicio, quia pater suus terram illam dedit cuidam Willelmo de Bra[illegible] in

[1] About fifteen years ago.
[2] A. m. 17 d.
[3] They are his wife's children, but not his children.
[4] A. m. 17 d; B. m. 11.

maritagium cum filia sua, et illa filia obiit sine herede de se, unde terra debuit de iure reuerti ad eum sicut ad donatorem, et per forciam Comitis Rogeri le Bigod[1] non potest terram illam habere nec in seruicio nec in dominico, etc. Et Robertus hoc cognoscit et ideo sine die et perquirat se uersus tenentes etc.

27. [2]Robertus Cusin et Hawisia uxor eius petunt uersus Robertum de Pirie uiginti acras terre cum pert. in Cirencestria ut ius ipsius Hawisie etc., unde Willelmus Belet auus ipsius Hawisie fuit seisitus tempore H. Regis etc. capiendo inde etc., et de illo Willelmo descendit ius terre illius Waltero filio suo et patri Hawisie, et de ipso Waltero ipsi Hawisie, et hoc offerunt probare per corpus cuiusdam liberi hominis Roberti[3], qui hoc offert probare per corpus suum sicut de uisu suo etc. | Glouc.

Et Robertus uenit et defendit ius suum etc., et dicit quod non debet eis respondere quia de terra illa fuit finis factus inter quemdam Robertum filium Gileberti petentem et Willelmum filium Johannis tenentem in curia Regis J. per cirographum de dim. hida terre cum pert. etc., per quem finem terra predicta remansit eidem Roberto etc. cuius heres ipse est, et desicut ipsa Hawisia tunc fuit in Anglia et clamium suum non apposuit, non uult respondere nisi curia considerauerit. [213 b.]

Et Robertus et Hawisia cognoscunt finem illum et dicunt quod non debet eis nocere quia ipsa tunc fuit desponsata ipsi Roberto et in sua potestate ita quod non potuit clamium suum apponere et quod hoc etc.[4]

Et Robertus non potuit hoc dedicere, et defendit ius eorum et seisinam predicti Willelmi per corpus suum sicut curia considerauerit, et petit sibi allocari quod cognouerunt[5] quod Walterus predictus cui ius terre illius descendere debuit de Willelmo obiit xl. annis transactis, et uidetur ei quod

[1] Earl of Norfolk.

[2] A. m. 18; B. m. 11.

[3] Corr. *Reginaldi filii Roberti*, A. At first A had William as the champion's name; this is corrected into Reginald. Hence the confusion below. There is no name in B.

[4] Bracton cites this case, f. 436 b. Coverture is an excuse for non-claim.

[5] *attornatus ipsorum cognouit*, A, B.

predictus Willelmus[1] non fuit natus ad illam horam, unde uidere non potuit seisinam Willelmi et petit sibi hoc allocari etc.

Post uenit Reginaldus[2] et dicit quod bene est talis etatis et preterea dicit quod Robertus pater suus precepit ei quod hoc probaret, et ideo offert probare per corpus suum sicut de precepto patris sui. Et quia uidetur iusticiariis quod bene potest esse testis de tempore Regis H. aui domini Regis, et non dicit de die quo coronatus fuit etc., consideratum est quod duellum procedat etc., et ideo Robertus[3] det uadium defendendi se et R. disracionandi.

1428. Wigorn. [4]Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam de Eldrefeldia que uacat etc., cuius aduocacionem Robertus de Berkel' clamat uersus Robertum Folet. Qui uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri quia ecclesia illa non uacat, immo Reginaldus Folet est inde persona et fuit tempore duorum Episcoporum et ideo non debet inde assisa procedere.

Et Robertus de Berl' dicit quod ecclesia uacat quia Robertus Folet fuit inde persona et quia ipse cepit arma[5] fuit Reginaldus inde persona. Et ideo datus est dies etc., et interim sciatur ab Episcopo utrum uacat[6] sit nec non. Ad quem[7] mandauit Episcopus quod non fuit uacans, ideo inde sine die et Robertus de Berl'[8] in misericordia.

1429. Suff. [9]Gilibertus de Aquila petit uersus Willelmum Beek et Augustinum filium Roberti qui uenerunt etc. et uersus Nicholaum de Dunewico et plures[10] alios etc. qui non uenerunt xx. libr[11] etc.

Et super hoc ueniunt balliui de Dunewico et offerunt[12]

[1] Sic A, B. But it should be *Reginaldus*, i.e. the champion of the demandants who professes that he saw the seisin of their ancestor William.

[2] A, B.

[3] Robert the tenant is going to fight his own battle.

[4] A. m. 18 d; B. m. 11 d. Bracton cites this case, f. 241 b.

[5] Supply *ecclesia uacans est. Et attornatus Roberti dicit quod antequam Robertus cepisset arma*, A. B. Omission due to repetition of *arma*.

[6] Corr. *uacans*, A, B.

[7] *ad diem illum*, A. This return and the judgment are not in B.

[8] *Berkele*, A.

[9] A. m. 18 d; B. m. 10.

[10] Seven, A.

[11] Supply *esterlingorum, quos ei debent etc.* A, B.

[12] Corr. *proferunt*, A, B.

cartam Dom. J. Regis que testatur quod nusquam placitent nec ad aliquod placitum summoneantur extra burgum suum, set in burgo suo proprio stent recto coram iusticiariis uel balliuis Dom. Regis, et quod habeant omnes libertates et liberas consuetudines quas aliqua ciuitatum uel burgorum in Anglia habent. Et ideo datus est eis dies de audiendo iudicio suo tali die etc., quia homines Londonie[1] dicunt quod carta sua prius facta fuit et semper ea usi fuerunt et ipsi de Dunewico nunquam seisinam habuerunt per cartam illam, quia facta fuit tempore guerre[2] et ideo petunt iudicium suum[3]. Consideratum est quod non respondeant extra uillam suam pro carta Dom. Regis quousque Dom. Rex habeat etatem suam[4], et ideo sine die.

[5]Jurata uenit recognitura utrum due bouate terre cum pert. in Claipol sint libera elemosina pertinens ad medietatem ecclesie de Claipol, unde Ricardus de Claipol est persona, an laicum feodum Laurencii de Claipol, qui inde uocauerat ad warantum Gerardum de Huwella, qui uenit et terram illam ei warentizauit et concessit assisam. Et postea uenit idem Gerardus et recognouit totam predictam[6] cum pert. esse ius ipsius Ricardi et predicte medietatis ecclesie de Claipol unde idem Ricardus est persona, faciendo inde ipsi Gerardo et heredibus suis consuetudines et seruicia que terra predicta facere debet et solet. Et ideo Ricardus habeat breue de habenda seisina sua, et Gerardus faciat ipsi Laurencio escambium ad ualenciam predicte terre etc. Et dedit ei unam marcam pro expensis suis etc. Linc.

[7]Osbertus de Etona iuxta Windesores appellatus de latrocinio a Waltero Wechan probatore, committitur in custodia Petro Molendinario de Ettona et decenne sue ut eum habeant recto ad summonicionem etc. Et Willelmus de Kardif appellatus ab eodem exeat de terra quia nichil certum loquitur uersus eum et quia non habuit plegios etc. Berks.

[1] Two other plaintiffs have actions of debt against the same defendants. Probably the plaintiffs are men of London. A, B.

[2] Rot. Cart. 211 b. Date 6 July, 1215.

[3] No judgment in B.

[4] The king is an infant.

[5] A. m. 18 d.

[6] Supply *terram*, A.

[7] A. m. 18 d; B. m. 10.

1432. Glouc. [214.] [1]Johanna que fuit uxor Willelmi Venatoris petit[2] Radulfum de Chandos j. uirg. terre cum pert. in Benetham ut etc. et unde nominatim dotata fuit etc. | Et Radulfus uenit et dicit quod non uult ei respondere sine waranto de dote sua scilicet Willelmo filio et herede predicti Willelmi. Et ipsa habeat eum tali die etc. per auxilium curie, etc.

1433. Suth. [3]Constancia de Venuz attachiata fuit ad respondendum et ad ostendendum quare non tenet Gileberto de la Dene finem factum in curia etc. coram iusticiariis ultimo itinerantibus etc. inter eos de xxiiij. acris terre cum pert. in Nutelegha unde cirographum etc., quod profert et quod testatur, quod ipsa cognouit predictas xxiiij. acras terre cum pert. esse ius ipsius Gileberti et illas ei reddidit per assensum Johannis de Venuz filii et heredis sui qui presens fuit etc., unde idem Gilebertus ostendit quod contra finem illum deforciat ei pasturam ad xvj. boues et ad centum oues que pertinet ad terram suam, et bladum suum asportauit de iiij. acris terre de eadem terra et inde habet sectam etc.

Et ipsa uenit et cognoscit cyrographum et finem et dicit quod in nullo est contra finem, quia bene concedit ei terram illam secundum cyrographum, sed pastura illa nunquam pertinebat ad predictam terram, et hoc bene patet quia reuera ipse tulit assisam de morte antecessoris uersus eam de xxiiij. acris terre cum pert. et illas ei concessit, et per uisum iuratorum illius assise positus fuit in seisina et est in seisina, et bene defendit quod nunquam post finem illum asportauit bladum suum. Et quia Gilebertus non ostendit quod tanta pastura pertineat ad tantam terram, et preterea nullam sectam producit de blado asportato, consideratum est quod ipsa eat inde quieta et Gilebertus in misericordia, et habeat tantam pasturam quantum pertinet ad illam terram etc.

1434. Suff. [4]Iueta que fuit uxor Roberti Caneuac'[5] petit uersus Henricum Canauac' terciam partem unius carue. terre cum pert. in Bertona ut dotem suam etc. Et Henricus uenit et dicit quod iniuste petit dotem suam de terra illa quia ipsa

[1] A. m. 19; B. m. 10.
[2] Supply *uersus*. A. B.
[3] A. m. 19 d., B. m. 10 d.
[4] A. m. 19 d., B. m. 10.
[5] *Canenac*, B.

nominatim dotata fuit ad hostium monasterii de terra de Ermingewella, et ipsa tenuit se inde pacatam et terram illam tenet in dotem, et inde ponit se super iuratam. Et ipsa similiter. Et ideo fiat inde iurata et ueniat tali die etc. ad recognoscendum si predictus Robertus die etc. dotauit eam tantum de terra de Erningewella uel non, et si ipsa tenuit se inde pacatam nec ne etc.

5. [1]Warinus filius Willelmi inuentus seisitus cum v. ouibus Midd.
quas Gaufridus filius Gileberti dicit esse suas et ei furatas appellat Ricardum de Wermale quod illas ei tradidit ducendas Londoniam et hoc offert probare uersus eum per corpus suum etc. Et Ricardus uenit et defendit totum de uerbo in uerbum, et quod nunquam illas ei tradidit, et hoc offert defendere per corpus suum etc. Consideratum est quod duellum sit inter eos et ueniant tali die armati etc. Ad quem diem uenerunt et Ricardus uictus fuit[2] etc.

6. [3]Johannes de Briwes, Jordanus Oliuer, Rogerus de Keymes Sumers.
et O-bertus filius Willelmi iiij. milites de comitatu missi pro comitatu ad faciendum recordum de loquela que fuit in Magnum recordum et bonum.
eodem comitatu inter Matheum de Cliuedena petentem et Johannem de Ken tenentem de feodo duorum militum cum pert. in Ken et Hywis[4], unde idem Johannes questus fuit quod falsum iudicium sibi factum fuit in eodem comitatu, ueniunt et recordantur quod Matheus de Cliuedona tulit breue Dom. Regis de recto directum Episcopo Bathoniensi quod plenum rectum ei teneret de sex hidis terre cum pert. in Ken et in Hiwis quas Johannes de Ken tenuit. [5]Tandem idem Matheus uenit ad comitatum et monstrauit quod curia Episcopi defecerat ei de iusticia et secundum legem[6] et usum comitatus missus fuit ad probandum defaltam, et illa probata, rediit ad comitatum, et consideratum fuit quod Johannes summoneretur, et summonitus fuit ad esse ad proximum comitatum inde responsurus predicto Matheo. Ad comitatum illum uenit Matheus et optulit se etc., et Johannes non uenit nec se essoniauit etc. et summonicio

[1] A. m. 19 d; B. m. 10.
[2] Supply *et ideo suspendatur*, A.
[3] A. m. 20; B. m. 10 d.
[4] Clevedon, Kenn, Huish, near Weston-super-Mare.
[5] Record of the county continues.
[6] Supply *terre*, A. B.

probabiliter testata fuit, unde curia considerauit quod terra caperetur in manum Dom. Regis. Interim uenit Johannes et peciit a uicecomite terram suam per pleuinam, et uenit ad proximum comitatum et peciit terram suam per pleuinam et habuit. Et defendit summonicionem et supersisas et defaltam, etc., et summonitores presentes fuerunt et testati fuerunt summonicionem, et ideo consideratum fuit quod defenderet summonicionem et uadiaret legem, et ueniret cum lege ad proximum comitatum, qui fuit proximus post festum S. Hillarii. Ad comitatum illum essoniauit se, et habuit diem per essoniatorem suum ad proximum comitatum sequentem. Ad comitatum uero illum uenit Johannes cum lege sua et Matheus uenit et remisit ei legem illam, et comitatus
[214 b.] similiter remisit ei legem illam. | Et Matheus peciit uersus cum predictas sex hidas terre cum pert. ut ius suum etc. et ut illas unde Willelmus de Cliuedona auus suus fuit seisitus ut de feodo et iure et in dominico tempore H. Regis aui etc., capiendo inde expleta ad ualenciam etc., et de ipso Willelmo descendit ius terre illius Johanni filio suo et patri ipsius Mathei, et de ipso Johanne huic Matheo ut etc., et quod predictus Willelmus ita fuit seisitus etc. optulit probare per corpus cuiusdam etc. Roberti de Cloptona, qui hoc optulit probare per corpus suum sicut de uisu suo etc. Et Johannes defendit ius suum et peciit uisum de terra illa. Quo audito, idem Matheus dixit quod non debuit inde uisum habere, quia idem Johannes tenuit integre totam uillam de Ken et totam uillam de Hywis et ipse totam terram illam peciit sine ullo retinemento uersus eum, et preterea terra illa capta fuit in manum Dom. Regis pro defectu ipsius Johannis per uisum quatuor militum qui presentes fuerunt in comitatu et plurium aliorum, unde sciuit bene qualem terram peciit, et ideo uidebatur ei quod non debuit uisum habere. Et uicecomes dixit eidem Johanni quod inde loqueretur et quod diceret aliud uel expectaret iudicium suum, utrum uisum habere deberet nec ne. Et ipse exiuit et locutus fuit inde et rediit, et spreto uisu ita quod noluit habere iudicium de uisu, intrauit in defensionem etc. Et Matheus querelauit uersus eum per eadem uerba que prius etc. Et Johannes uenit

et defendit ius suum et seisinam predicti Willelmi aui sui et totum etc. et quod idem Robertus[1] non uidit, per corpus Hugonis de Ken qui presens fuit uel per corpus Willelmi de Coplande uel per corpus Willelmi de Northona qui duo presentes non fuerunt. Et per ista uerba consideratum fuit duellum inter eos per emendacionem etc.[2]

Et Matheus quesitus si recordum tale sit, dicit quod tale est.

Et Johannes dicit[3] quod in parte recordantur parum et in parte nimium. Quia bene uerum est quod Matheus tulit breue de recto Dom. Bathoniensi et quod ibi fuit placitum inter eos de predicta terra, et quando placuit ipsi Matheo iuit ad comitatum. Et bene potest esse quod comitatus consideraret quod summonitus esset, et petit sibi allocari quod ipsi recordantur quod Matheus missus fuit ad probandum defaltam et quod illam probauit sine presencia Episcopi uel eius senescalli[4]. Petit eciam sibi allocari quod ipsi recordantur quod summonitus fuit per balliuos uicecomitis, desicut per balliuos suos nulla summonicio fieri debuit, eo quod Episcopus Bathoniensis talem ibi libertatem habet quod sine balliuis suis non potest uicecomes aliquam summonicionem facere, et ipse manet in illa libertate[5]. Dicit eciam quod reuera terra sua capta fuit in manum Dom. Regis, et ipse uenit ad horam et peciit coram uicecomite terram suam per plеuinam, et uicecomes dixit ei quod ueniret ad proximum comitatum. Ad illum comitatum uenit Johannes scilicet in crastino S. Michaelis et peciit terram suam per pleuinam et defendidit summonicionem et supersisas et defaltam, et peciit ea sibi allocari que predicta sunt, et peciit ut possit uidere eos qui fecerunt summonicionem de eo et nullum uidere potuit, et non obstante hoc, replegiata fuit ei terra sua, et considerauit comitatus quod uadiaret legem se sexta manu et defenderet summonicionem. Et datus fuit ei dies ad proximum comitatum et tunc se essoniauit Johannes, et habuit diem per essoniatorem suum

[1] Robert of Clopton, demandant's champion.

[2] Here ends the record of the county.

[3] Here begins a long statement of John's grievances against the county.

[4] First objection. Br. f. 330.

[5] Second objection.

ad proximum comitatum ante Natale. Et tunc uenit Johannes cum lege sua et optulit se, et quia non fuit tunc tempus legis scilicet Aduentus[1], datus fuit eis dies ad proximum comitatum post Natale, et tamen ad comitatum ad quem uenerat cum lege sua, uoluit idem Matheus remittere ei legem per sic quod responderet, et tunc considerauit comitatus quod non fuit in ipso Matheo de lege remittenda, set fuit in Johanne de illa facienda desicut plegios inuenerat de lege sua facienda[2]. Postea uero ad comitatum post Natale, essoniauit se Johannes, et quia non potuit ante Pascha habere diem nisi tempore legis quo non potuit legem suam facere, datus fuit dies essoniatori suo ad comitatum proximum post Pascha. Et interim quia quedam soror sua inplacitata fuit in eodem comitatu de quadam terra quam ipsa tenuit de predicta terra iuit ipse cum ea ad comitatum qui fuit in Quadragesima, et sicut fuit in comitatu cum ea, surrexit idem Matheus et querelauit uersus eum, et ipse respondit ei quod nullum diem habuit contra eum, quia datus fuit ei dies per essoniatorem suum pro tempore legis post Pascha, et essoniator suus presens fuit et hoc idem dixit, et hoc optulit probare per quemdam audientem etc., et si hoc non sufficeret, optulit probare per quemdam liberum hominem suum Willelmum de Nortona qui interfuit ubi talis dies datus fuit ei. Et comitatus recordatus fuit in contrarium, scilicet quod habuit diem ad illum comitatum et considerauit quod responderet[3]. Et tunc optulit Matheus remittere eum legem per sic quod responderet. Et tunc considerauit comitatus quod fuit in Matheo de lege remittenda, unde prius considerarat quod fuit in Johanne de illa facienda. Et tunc precise considerauit comitatus quod responderet. Et ita, saluo hoc quod prius dixerat, respondit et dixit quod non debuit ad illud breue respondere, quia ipse per breue suum peciit sex hidas terre cum pert. in Ken et in Hiwis' et in narracione sua peciit totam terram de Ken et Hiwis' cum pert., et ipse Johannes non tenuit totam terram illam in

[1] In Advent and Lent one may not swear.

[2] Third objection.

[3] Fourth objection. John was forced to answer on a day which had not been given him, he having then come into the county court on other business.

dominico, immo alii liberi homines tenuerunt de eo qui presentes sunt, et preterea quedam pars de pertinenciis fuit ad decem leucas de Ken et peciit iudicium | desicut separauit [215] de breui suo, et preterea non tenuit terram illam in dominico sicut Matheus peciit, si debuit ad illud breue respondere. Et comitatus non obstante hoc considerauit quod responderet[1]. Et ipse iterum, saluo hoc quod prius dixerat, respondit ius suum et peciit uisum. Et Matheus sicut predictum est contra uisum respondit. Comitatus uero precise considerauit quod non haberet uisum[2] et quod responderet. Et tunc, saluis ei predictis responsis suis, defendit ius suum per corpus predicti Hugonis si comitatus consideraret quod duellum inde fieri deberet, desicut antecessor ipsius Mathei alias inplacitauit antecessorem suum de seruicio eiusdem terre[4], ita quod duellum uadiatum fuit et armatum inter eos in curia Roberti quondam Episcopi Bathoniensis, quomodocumque de illo duello factum esset. Unde dicit quod de probacione defalte sine balliuis Episcopi, et postea de iudicio legis uadiande, postea de uisu, et de hoc quod fecerunt eum respondere desicut totam terram non tenuit in dominico, et de hoc quod fecerunt eum uadiare duellum de terra super duellum de seruicio, fecerunt ei falsum iudicium. Et de hoc quod tale fuit recordum sicut ipse dicit, offert probare per corpus cuiusdam liberi hominis sui Willelmi le Champenas de Leicestria, qui offert disracionare uersus comitatum quod tale est recordum sicut Johannes dicit, uel ad defendendum quod tale non est sicut comitatus recordatur[5].

Nota in quibus dicebat falsum fieri sibi iudicium[3].

Et Matheus quesitus si duellum ita uadiatum esset et armatum de seruicio illius terre, dicit quod uerum uult dicere. Dicit igitur quod predictus Willelmus de Cliuedona

[1] Fifth objection, the county overruled two valid pleas, (1) a departure of count from writ, (2) nontenure.

[2] Sixth objection, denial of view.

[3] I am not satisfied with *dicebat*. Attention is called to the allegations which will support a charge of false judgment. The note seems written by the copyist and is cramped.

[4] Matthew's ancestor claimed against John's ancestor a seignory over the land, therefore Matthew is estopped from claiming the land in demesne. That the county has ordered a duel touching demesne when there has already been a duel touching seignory, is the last of John's grievances.

[5] Here B. stops.

auus suus peciit easdem terras eodem modo quo ipse modo facit uersus Johannem de Ken auum istius Johannis per breue de recto in curia Roberti quondam Bathoniensis Episcopi[1], scilicet habendi illas in dominico, sicut ipse nunc facit. Et in tantum processit loquela quod duellum fuit uadiatum in curia ipsius Episcopi, ita quod idem Johannes auus defendidit ius ipsius Willelmi per corpus suum, et idem Willelmus habuit quemdam Walterum Freecoxe qui armatus fuit in campo, ita quod percussum fuit duellum, et tandem in campo per concordiam reddidit idem Johannes eidem Willelmo terras illas ut ius suum, et habuit seisinam suam et in seisina fuit omnibus diebus uite sue, scilicet per duos annos et dimidium et eo amplius post duellum illud, et obiit inde seisitus, et de seisina illa armatum est istud duellum. Postea uero mortuo Willelmo, Episcopus Robertus seisiuit terras illas in manum suam, et Johannes de Cliuedona filius Willelmi iuuenis fuit et in custodia Comitis Gloucestrie cum quadam alia terra de feodo Comitis. Et interim obiit Johannes de Ken auus etc. et Ricardus filius suus accessit post magnum tempus ad Episcopum Reginaldum post mortem Roberti Episcopi Bathoniensis qui intrauit post mortem predecessoris sui, et in tantum locutus fuit cum Episcopo qui non habuit nisi custodiam de terris predictis, quod idem Episcopus dedit quamdam neptem suam eidem Ricardo et predictas terras cum ea ei dimisit, et illas terras tenuit idem Ricardus omnibus diebus uite ipsius Episcopi Reginaldi. Et post decessum ipsius Episcopi uenit Episcopus Sauaricus qui propinquior parens fuit uxoris predicti Ricardi, et per potestatem suam manutenuit ipsum Ricardum in seisina illa. Postea uero tempore Episcopi Sauarici implacitauit Johannes pater suus ipsum Ricardum in curia Dom. Regis perquisitum[2] prohibuit dominus Rex placitum illud, unde usque nunc nunquam ius habere potuit.

Et predicti quatuor milites pro comitatu dicunt quod de hoc quod Johannes dicit quod pro defalta debuit recup

[1] Bishops of Bath: 1136—1166 Robert; 1174–1191 Reginald; 1192–1205 Savaric; 1206 Joscelin.

[2] [illegible] as in the Note Book.

in presencia Episcopi uel senescalli sicut ipse prius dicit, et quod ipsi debuerunt hoc cognouisse, ipse iniuste hoc dicit, quia ipsi dicunt in recordo suo quod probata fuit defalta per legem terre et usagium comitatus. Et ut hoc plenius exprimerent, dicunt quod die quo Matheus uenit ad comitatum et questus fuit de defalta curie Episcopi, Radulfus de Lidiard senescallus Episcopi et Hugo de la Bergham balliuus suus presentes fuerunt in comitatu et receperunt diem ut coram eis probata esset defalta, et tali modo probata fuit defalta secundum usagium comitatus[1]. De hoc quod dicit quod summonicio deberet fieri per balliuos Episcopi per libertatem suam sicut predictum est, dicunt quod balliuus[2] Episcopi de illo hundredo fidelitatem faciunt[2] Dom. Regi et per eundem[2] ad preceptum uicecomitis facta fuit summonicio cum aliis et testata per eosdem[2], quia ipsi[2] sunt ad quemlibet comitatum, et ibi recipiunt precepta Dom. Regis[3]. Capcio etiam terre testata fuit per iiij. milites de comitatu scilicet tales etc. De iudicio ei facto et de lege remittenda et facienda sicut ipse dicit, defendunt quod tale iudicium nunquam fecerunt sicut idem Johannes dicit, reuera comitatus considerauit quod Matheus bene potuit remittere eidem Johanni legem et non alionodo considerauerunt[4]. De uisu petito dicunt sicut prius quod non expectato iudicio utrum uisum habere deberet nec ne, intrauit in plenam responsionem sicut predictum est[5]. De hoc quod debuit dixisse quod non tenuit terram illam sicut eam peciit, dicunt quod Matheus peciit quod tenuit in dominico, in dominico, et quod in seruicio, in seruicio. De terra de Penna que debuit esse de pertinenciis predictarum terrarum, dicunt quod idem Matheus nunquam illam peciit, et hoc bene patet, quia ipse Matheus petit eandem terram uersus quendam hominem et uxorem eius sororem ipsius Johannis[6]. De die dato essoniatori suo ad comitatum post Pascha, hoc bene defendunt, quia ipsi de quolibet placito semper dant diem | de comitatu in comitatum, et si comitatus fuerit tali [215 b.]

[1] Answer to first objection.
[2] Sic.
[3] Answer to second objection.
[4] See the third objection.
[5] Answer to sixth objection.
[6] Answer to fifth objection.

tempore quod non possint placitum tenere pro tempore legis, ponunt placitum illud in respectum usque ad comitatum sequentem, et tali consuetudine semper usi sunt in comitatu[1]. Et quod tale sit recordum sicut ipsi recordantur et non sicut idem Johannes dicit, si curia considerauerit quod recordum eorum non sufficiat desicut duellum inde uadiatum est, offerunt probare per corpus cuiusdam liberi hominis de eodem comitatu Benedicti Clerici, qui hoc offert etc. sicut ille qui interfuit cuilibet comitatui.

Et Johannes imprimis respondet Matheo et dicit quod duellum uadiatum et armatum et percussum fuit inter Johannem auum suum et predictum Willelmum de seruicio predictarum terrarum sicut predictum est et non de terra habenda in dominico, et hoc bene patet quia antecessores ipsius Johannis semper a conquestu Anglie fuerunt in seisina de terra illa unde idem Willelmus de Cliuedon' auus nunquam fuit seisitus nec post duellum nec ante, et quod duellum uadiatum fuit etc. de seruicio et non alio modo et quod Willelmus auus nunquam fuit inde seisitus offert domino[2] xl. sol. pro habenda inquisicione de duobus comitatibus uicinis secundum quod curia considerauerit. De recordo comitatus dicit quod tale est sicut ipse dicit et hoc offert disracionare per corpus predicti Willelmi le Champenays qui hoc offert etc. probare quod tale est etc., uel defendere quod tale non est etc. sicut curia considerauerit.

Et Matheus dicit quod si curia considerauerit quod istud duellum non debeat procedere desicut ut ei uidetur racionabiliter uadiatum est, et ut de seisina post primum duellum percussum[3], libenter ponet se super inquisicionem, si curia considerauerit, quod primum duellum uadiatum fuit de terra in dominico et non de seruicio et quod Willelmus auus suus fuit seisitus post duellum illud.

Postea optulit Matheus domino Regi c. s. per sic quod duellum racionabiliter uadiatum pereuciatur.

[1] Answer to fourth objection.
[2] Supply *Regi*. A, illegible.
[3] Battle has been waged on the assertion of a seisin subsequent to the duel between the grandfathers of the parties; such a wager, Matheus urges, is permissible; but if the Court thinks otherwise, he will put himself on an inquest as to what was the question decided by the previous [illegible]

Et quia milites de comitatu non recordantur quod quando terra capta fuit in manum Dom. Regis pro defalta etc. quod idem Johannes non fuit summonitus ad respondendum de defalta et de capitali placito, et preterea non recordantur quod terra replegiata fuit Johanni in comitatu antequam quietus esset de lege uadiata, et preterea quia ipsi recordantur quod duellum uadiatum fuit sine uisu terre, desicut licet idem Johannes spreto uisu terre intrasset in responsum, debuissent dedisse partibus diem ut suus campio haberet uisum ante dacionem uadii[1], Consideratum est quod comitatus in misericordia pro pluribus transgressionibus. Et quia tam Matheus quam Johannes cognoscunt quod duellum fuit uadiatum alias et percussum, nec super duellum debeat aliud duellum fieri, Consideratum est quod xl. sol. capiantur, et preceptum est uicecomiti quod precipiat Episcopo Bathoniensi quod fieri faciat recordum de loquela que fuit in curia R. Episcopi predecessoris sui inter Willelmum auum Mathei et auum predicti Johannis unde duellum etc. et unde idem Matheus dicit etc. Et preterea xij. legales milites de comitatu illo summoneantur quod sint tali die etc. ad recognoscendum si predictus Willelmus auus post predictum duellum percussum fuit in seisina de predictis terris nec ne, et si R. quondam Episcopus post decessum ipsius Willelmi seisiuit terram illam in manum suam racione quod sint de feodo suo etc. Judicium.

7. [2]Radulfus de Pinkenye petit uersus Johannem Mautrauers tres hidas et unam caruc. terre cum pert. in Sumerfordia ut ius suum etc. et ut illas unde Radulfus pater suus fuit seisitus etc. tempore Regis Ricardi etc. Wilt.

Et Johannes uenit et dicit quod tenet terram illam ut in proparte sua de hereditate que fuit Rogeri filii Gaufridi, quia idem Rogerus habuit duas filias scilicet Elam matrem Ricardi de Heriet, et Aliciam matrem ipsius Johannis, ita quod tenet terram illam in proparte sua et per cyrographum quod profert et quod hoc testatur, et ideo non uult respondere

[1] Bracton, f. 377 b, cites this case anonymously as to the granting of a view. A view, he says, is sometimes allowed after a default, because of the oaths of the champions. The champions should know what they are swearing about.

[2] A. m. 29.

sine predicto Ricardo participe suo nisi curia etc. Et ideo summoneatur quod sit tali die etc. ad respondendum predicto Radulfo simul cum Johanne predicto de terra illa unde ipse particeps est de hereditate que fuit predicti Rogeri, et unde idem Johannes non uult respondere sine etc. Postea quia Johannes mortuus est et heres suus est infra etatem, consideratum est quod Radulfus eat inde sine die, etc.

1438. Glouc. [1] Robertus de Rochefordia optulit se etc. uersus Andream filium Ricardi de la Bere et Aliciam uxorem eius de placito quod capiant homagium et racionabile releuium suum de libero tenemento suo quod tenet et de eis tenere clamat in Oselewrthe etc. Et ipsi non uenerunt etc. et habuerunt diem per essoniatorem suum talem etc. Et ideo attachientur quod sint etc. tali die etc., et uicecomes diligenter inquirat qui fuerunt tales etc. qui falso essoniauerunt Andream et

[216.] Aliciam et illos capiat et saluo custodiat quousque etc. |

1439. Glouc. [2] Roeysia que fuit uxor Rogeri de Solers petit uersus Willelmum de Solers terciam partem unius caruc. terre cum pert. et duarum parcium duorum molendinorum et terciam partem v. uirg. terre in uillenagio cum pert. in Porteslepe ut dotem suam etc. ex dono predicti Rogeri etc.

Et Willelmus uenit et dicit quod predictus Rogerus fuit frater suus primogenitus et obiit iam tribus annis transactis, ita quod ipse semper postea fuit in seisina illius terre, et nunquam audiuit quod frater suus habuit uxorem nec Roysiam nec aliam, nec ipsa Roysia unquam uisa fuit in partibus illis, et ideo petit ut ipsam uideat. Et ideo consideratum est quod ueniat in propria persona tali die, etc.

1440. Noting. [3] Robertus Gresley summonitus fuit ad respondendum quare intrusit se in manerium de Billeterpe quod fuit Willelmi de Tregoz, cuius manerii custodia ad Dom. Regem pertinet, eo quod idem Willelmus manerium illud tenuit de honore Peuerelle qui est in manu Dom. Regis etc. Et Robertus uenit et dicit quod non debet ad hoc breue respondere quia manerium illud non est de honore Peuerel immo de baronia Gileberti de Gaunt, et desicut breue dicit quod

[1] A. m. 20 d.; B. m. 12.
[2] A. m. 20 d.; B. m. 12.
[3] A. m. 21; B. m. 12.

est de honore Peuerel et non est, non uult respondere nisi curia considerauerit. Et Robertus de Nerefordia custos heredis Willelmi hoc cognouit, et ideo sine die etc.

[1]Preceptum fuit balliuis uille de Norwico quod fieri facerent in curia sua recordum de loquela que fuit in eadem curia sua inter Johannem de Folebrigge petentem et Hugonem de la Mare qui obiit tenenentem de uno mesagio cum pert. in Norwico, unde idem Johannes uocauit eandem curiam ad warantum quod per iudicium eiusdem curie habuit seisinam de illo mesuagio etc., et quod recordum illud haberent per iiij. legales homines eiusdem uille etc. Et ad diem illum uenerunt quatuor homines de Dunewic'[2] tales etc. et recordantur quod reuera predictus Hugo tenuit illud mesuagium, et Johannes tulit preceptum Dom. Regis uersus eum de eodem mesuagio, ita quod summonicio facta fuit secundum usagium uille etc., et in tantum processit loquela inter eos quod timuit sibi et dedit terram illam cuidam Ricardo et demisit se in uilla illa, ita quod idem Ricardus secundum consuetudinem uille dedit unum denarium de introitu et Hugo unum denarium de exitu, et cito post incepit guerra, et loquela illa remansit per guerram, et interim in guerra obiit Hugo, quo defuncto, uenit Johannes post guerram et impetrauit breue Dom. Regis super ipsum Ricardum de eodem mesuagio, et in tantum processit loquela inter eos quod uisus petitus fuit, et post uisum comparuit Ricardus, et quando debuit respondere dixit quod inuadiauerat illud mesuagium cuidam Roberto pro x. marcis. Et quia inuentus fuit seisitus de illo mesuagio et Robertus non fuit in seisina, et nichil aliud dicere uoluit, et preterea postea fecit plures defaltas, [3]et preceptum habuerunt a Dom. Rege et a iustic' ut facerent recordum et iudicium[3], consideratum fuit quod Johannes recuperauit seisinam suam per defaltam. Et bene dicunt quod predictus Hugo non obiit inde seisitus, set in ligia potestate sua dimiserat se et illam dedit Ricardo predicto per xv. dies ante obitum suum etc. Norf.

Et super hoc uenit Magister Vincencius executor testa-

[1] A. m. 21 d; B. m. 12.
[2] Corr. Norwic', A. B.
[3–3] Not in B.

menti predicti Hugonis et dicit quod ipsi non recordantur bene, quia predictus Hugo obiit seisitus de predicto mesuagio ita quod corpus eius portatum fuit de domo illa et ipse nunquam illud dedit predicto Ricardo, set reuera ipse legauit de domo illa eidem Ricardo x. marcas et superplusum legauit ipse in subsidium Terre Sancte. Et Ricardus presens fuit et hoc idem dicit etc., et quod nullum ingressum habuit nisi ex locacione executorum testamenti et nichil inde clamat nisi decem marcas.

Et quia ipsi recordantur quod Hugo non obiit inde seisitus et executor et Ricardus dicunt quod obiit inde seisitus, consideratum est quod xij. liberi etc. de uisneto de Norwico summoneantur quod sint etc. ad recognoscendum si predictus Hugo obiit inde seisitus nec ne, et si idem Ricardus alium ingressum habuit in illo mesuagio quam per executores testamenti predicti Hugonis etc. Idem dies etc. et duo tantum ueniant cum recordo, et alii remaneant.

1442. Hertford. [1]Geruasius de Ke*nin*tona et Margeria uxor eius petunt uersus Hugonem Wischarde qui infra etatem est terciam partem xx. acrarum terre ut etc. Et Hugo uenit et dicit quod est in custodia talis etc., et ideo non potest sine eo respondere, et ideo ipsa perquirat se uersus custodem si

[216 b.] uoluerit etc. |

1443. Suff. [2]Johannes de Godingeham[3] optulit se iiij^to^. die uersus Hubertum de Monte Canisio[4] de placito quod teneat ei finem factum in curia Dom. Regis H. aui etc. inter Stephanum de Monte Canisio patrem ipsius Huberti cuius heres etc. et Willelmum de Godingeham patrem ipsius Johannis cuius heres etc. de seruicio iiij. militum cum pert. in Stauerton per cirographum. Et Hubertus non uenit etc., et habuit diem per essoniatorem suum etc., ita quod preceptum fuit uicecomiti quod non omitteret propter libertatem Abbatis de S. Eadmundo quin attachiaret eum, et uicecomes non misit nomina plegiorum. Et ideo sicut prius preceptum est ei quod non omittat quin attachiet eum quod sit tali die etc. et summoneat balliuos S. Eadmundi quod sint audituri

[1] A. m. 22, B. m. 12 d.
[2] A. m. 22; B. m. 12.
[3] *[illegible]*. B.
[4] *[illegible]*. B.

iudicium suum de hoc quod non attachiauerunt etc. et de hoc quod non fuerunt etc. sicut summoniti fuerunt[1]. Et inquiratur quis sit talis etc. qui falso essoniauit etc., et illum capiat et in prisona etc.

[2]Petrus de Malo Lacu et Isobella uxor eius per attornatum suum petunt uersus Johannem le Gras xxv. acras terre cum pert. in Belagha ut ius ipsius Isobelle etc. Et Johannes uenit et uocauit inde ad warantum Thomam de Hothum per auxilium curie, ita quod Thomas summonitus fuit ad esse tali die etc., et non uenit ad diem illum etc., et summonicio etc., ita quod tunc consideratum fuit quod de terra ipsius Thome caperetur ad ualenciam predictarum xxv. acrarum terre et quod uicecomes mandaret diem capcionis etc. et quod summoneret ipsum Thomam quod esset etc. Et ad diem illum non uenit Thomas, et uicecomes mandauit diem capcionis et quod summonitus fuit etc., et Petrus et Isobella optulerunt se uersus eum. Et ideo consideratum est quod Petrus et Isobella recuperauerunt seisinam suam de predictis xxv. acris terre uersus Johannem et Johannes habeat seisinam de terra Thome ad ualenciam etc., et Thomas in misericordia etc.[3] Ebor.

[4]Matillis que fuit uxor Radulfi de Tiuilla petit uersus Isaac Judeum de Norwico quem Rogerus de S. Dionisio et Sarra uxor eius uocauerunt ad warantum et qui eis warantizauit manerium to Huntewode exceptis xij. solidatis redditus ut dotem suam unde predictus Radulfus uir suus eam dotauit per assensum et uoluntatem Radulfi patris sui etc., et inde producit sectam, etc. Norf.

Et Isaac per Jurnetum Judeum qui se facit attornatum suum uenit et defendit quod non debet inde dotem habere nec Radulfus pater nec Radulfus filius eam dotare potuerunt, quia priusquam idem Radulfus desponsasset ipsam Matillidem inuadiauerat Radulfus pater manerium illud ipsi Isaac Judeo, et ipse nichil clamat nisi uadium suum, et uadium illud inrotulatum est in rotulis Dom. Regis, et bene cognoscit quod Rogerus et Sarra tenent terram illam de eo reddendo per annum lx. sol.

[1] Br. f. 142.
[2] A. m. 22; B. m. 13.
[3] Br. f. 385 b.
[4] A. m. 22 d; B. m. 13 d.

Et super hoc uenit Radulfus de Tiuilla pater M.[1] et dicit quod Isaac iniuste est inde warantus, quia de debito illo unde idem Isaac loquitur, fecit ipse finem cum J. Rege pro vj^{xx}. libr., unde reddidit quamdam partem ad scaccarium ita quod inde in seisina fuit quousque insticiarii ultimo itinerantes eum inde per uoluntatem suam et iniuste disseisiuerunt. Et quesitus si ante desponsacionem Matillidis fecit inuadiacionem predicto Isaac, dicit quod reuera prius fecit inuadiacionem pro quadam parte illius debiti, et postea filius mutuo accepit residuum, set ipse pro toto debito finem fecit tempore Regis J. coram Ricardo de Marisco ita quod inde reddidit xxxij. marcas et dim., et petit seisinam suam ut de illa unde disseisitus fuit per uoluntatem et non per iudicium. Datus est dies etc.

Ad quem diem uenerunt partes et insticiarii iudeorum recordati fuerunt finem quem idem Radulfus fecerat pro debito iudeorum, ita quod per recordum illud testati fuerunt quod idem Radulfus reddidit inde xxxij. marcas et dim. Preterea protulerunt recordum insticiariorum itinerancium, scilicet, G. de Bocland et sociorum etc.[2], coram quibus idem Radulfus disseisitus fuit. Quo inspecto, satis uisum fuit insticiariis quod disseisitus fuit per uoluntatem et non per iudicium, desicut summonitus fuit ad esse coram insticiariis itinerantibus ostensurus quo waranto ipse fuit in terra illa, nec inuentum fuit in recordo quod ipse aliquid de ingressu suo responderet, nisi quod per uiuam uocem et per inspectionem cartarum dederant ipsi insticiarii Rogero et Sarre seisinam. Et ideo consideratum est quod Radulfus habeat
1217. seisinam suam quam amisit per uoluntatem, | et Matillis perquirat se uersus eum si uoluerint[3], et quod predicti Rogerus et Sarra sint quieti de firma nisi idem Isaac eis fecerit

[1] Omit *M.* A. B. This Ralph is father of the other Ralph who was Maude's husband.

[2] Geoffrey of Buckland was not among the justices commissioned for the Hertfordshire eyre of 1218, though in 1221 after the above case he was sent there along with the Earl of Oxford, Patent Roll and [illegible] Rot. Cl. vol. i. p. 474. It [illegible] the reference is to an eyre of [illegible] reign. The proceedings of the [illegible] are set aside in [illegible] summary way. For [illegible] matter see below [illegible]

[3] Corr. [illegible]

escambium, et Isaac perquirat se uersus curiam de debito et uadio suo etc.[1]

6. [2]Radulfus Musard optulit se iiij^to. die uersus Willelmum de Gardino de placito quod deliberet ei aueria sua que ipse cepit et iniuste detinet ut dicit etc. Et Willelmus non uenit etc., et preceptum fuit uicecomiti Bedefordie pluries quod haberet corpus eius et uicecomes mandauit quod non fuit inuentus. Et ideo preceptum est uicecomiti quod distringat eum per terras et catalla sua etc. quod sit etc. Hunt.

7. [3]Johannes filius Nicholai cognoscens se esse latronem appellat Alexandrum de Heeche[4] quod ipse simul cum eo furatus fuit octo equos apud Blanefordiam unde ipse habuit ad partem suam xx. sol., et hoc offert probare per corpus suum prout curia etc. Et Alexander uenit et defendit societatem eius et latrocinium et equorum et totum[5] de uerbo in uerbum per corpus suum prout etc. Consideratum est quod duellum sit inter eos, et Alexander det uadium defendendi se et Johannes probandi, plegium eorum gaola. Veniant tali die armati, et Editha uxor eius capta cum eo deliberata est, quia non fuit seisita de aliquo furto et Alicia soror Edithe similiter[6]. Alexander uictus est et suspensus etc. Surr.

8. [7]Jurata uenit ad recognoscendum quas consuetudines manerium de Neuport Paynelle facere consueuit uicecomiti Buck. temporibus antecessorum Dom. Regis ut de sectis comitatus et hundredi et ut de uisu franci plegii et auxilio uicecomitis, unde Willelmus de Bello Campo queritur quod uicecomes iniuste eum uexat. Ponitur in respectum usque ad talem diem quia omnes recognitores amouentur eo quod inutiles fuerunt, et ideo preceptum est uicecomiti quod summoneat xij. legales milites de proximo uisneto per quos etc. ad recognoscendum etc., et si quid cepit de predicto Willelmo postquam preceptum Dom. Regis habuit ut ei Buck.

[1] In B. the greater part of this judgment is not found. It has nothing to the discredit of the justices in eyre.

[2] A. m. 22 d; B. m. 13 d.

[3] A. m. 23; B. m. 11.

[4] *Hethe*, A, B.

[5] Sic. A; omit *et equorum*, B.

[6] Here B. stops.

[7] A. m. 23; B. m. 13.

pacem habere faceret, idem ei reddat et aueria sua ea occasione detenta sine dilacione deliberet ei etc.

1449. Glouc. [1]Rogerus Corbet attachiatus fuit ad respondendum Emme que fuit uxor Ricardi Corbet de placito quare intrusit se in terram ipsius Emme in Jointona[2] quam ipse in curia apud Westmonasterium concessit et reddidit eidem Emme etc. in dotem simul cum manerio de Tiderintona, unde ipsa ostendit quod per intrusionem illam contra concessionem illam, deteriorata est et dampnum habet ad ualenciam etc. et inde producit sectam etc.

Et Rogerus uenit et cognoscit quod tenet membrum illud de Jointona, set illud non est de pertinenciis de Tiderintona nec illud unquam concessit in curia Dom. Regis apud Westmonasterium etc.

Et quia iusticiarii recordantur quod predictus Rogerus concessit eidem Emme manerium de Tiderintona cum quodam membro pertinente, et preterea recordantur quod membrum illud uocatur Johintona, consideratum est quod ipsa Emma recuperauit seisinam tam de membro illo quam de capitali manerio et Rogerus in misericordia etc.

1450. Hereford. [3]Nicholaus de Limesia pro se et Margeria uxore sua et talibus[4] etc. sororibus uxoris sue quarum loco etc. optulit se iiij[to]. die uersus Johannem de Balun qui se essoniauit de malo lecti uersus eos de placito terre etc. Et Johannes non uenit, nec milites qui fecerunt uisum de eo scilicet tales etc., ideo omnes plegii in misericordia, et quia testatum est quod unus languidus est et alius est de familia et non habet terram, preceptum est uicecomiti in banco quod loco eorum ponat duos alios et illos mittat cum talibus etc. ad faciendum uisum etc.

1451. Norf. [5]Dies datus est Abbati S. Benedicti de Holma petenti et Matheo de Gunetona tenenti de capiendo cirographo suo tali die, et tunc ueniant tenentes et cognoscant seruicium suum etc.

1452. Norf. [6]Assisa uenit recognitura, quis aduocatus tempore pacis

[1] A. m. 23; B. m. 13.

[2] *Ichintona*. A, B. Ichington, a hamlet of Titherington.

[3] A. m. 23; B. m. 13 d.

[4] *Dionisia et* [illegible]. A. B.

[5] A. m. 23; B. m. 13 d.

[6] A. m. 23; B. m. 13.

presentauit ultimam personam que mortua est ad medietatem | ecclesie de Hillingtona que uacat etc., cuius aduocacionem Sarra de Anes clamat uersus Ricardum de Merlay. Qui uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia bene cognoscit quod ipsa Sarra presentauit ultimam personam ad utramque medietatem, set hoc fecit iniuste et hoc patet, quia ipse tulit breue super eam de hoc quod ipsa iniuste impediuit presentacionem suam ad illam medietatem etc. Et quia Ricardus cognouit ultimam presentacionem suam et nichil aliud dicere uoluit, consideratum est quod ipsa habeat seisinam suam, et Ricardus in misericordia etc. [217 b.]

3. [1]Ricardus[2] de Kully malecreditus de roberia facta Hugoni de Kaustr'[3] inuenit hos plegios tales scilicet etc. standi recto ad summonicionem etc. eo quod Hugo non uenit nec sequitur etc. Essex.

Rogerus Decanus de Chelmerefordia rettatus de eodem uenit et Episcopus Londoniensis per litteras suas et per senescallum suum mandauit quod clericus fuit et peciit curiam suam de eo, et habet etc. Et Hugo si postea uenerit habeat tale recuperare quale etc.

4. [4]Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam de Roullestona, que uacat etc., cuius aduocacionem Henricus de Roullestona clamat uersus Priorem de Turgeretona[5] etc. Et Prior non uenit et habuit diem per essoniatorem suum. Et ideo assisa capiatur per defaltam, set ponitur in respectum usque ad talem diem pro defectu recognitorum, quia tantum sex uenerunt per essoniatores suos quibus etc., et alii attachientur etc. Noting.

5. [6]Gunilla que fuit uxor Henrici filii Ricardi petit uersus Ricardum filium Thurstani unum mesuagium et sex acras terre cum pert. in Flore ut dotem suam etc. Et Ricardus uenit et petit inde uisum. Habeat etc. Ad diem illum se essoniauit Ricardus. Et Gunilla non uenit. Set quia in- North

[1] A. m. 23 d; B. m. 14.
[2] Sic A; *Radulfus*, B.
[3] *Causton'*, A, B.
[4] A. m. 24; B. m. 14.
[5] *Turgarton'*, B.
[6] A. m. 24; B. m. 14.

uentum est in tribus rotulis quod dies fuit talis etc., dictum est essoniatori quod sit ad diem illum etc.[1]

1456. Norf. [2]Henricus de Londonia queritur quod sicut fuit in pace Dom. Regis cum mercandisa sua simul cum fratre suo Jacobo, uenit Johannes de Gertona et eum assultauit et eum in pace Dom. Regis uulnerauit in uilla de Gertona et ei roberauit sex marcas et ix. sol. in denariis et unum equum ei occidit precii xxxij. sol., et iterum quia querelam fecit uicecomiti suo, uenit idem Johannes cum forcia sua et eum iterum assultauit et uulnerauit eum in crure et alibi ita male quod credit quod mahemiatus est. Et Jacobus frater suus qui cum eo fuit offert probare uersus ipsum Johannem per corpus suum quod hoc fecit in pace Dom. Regis etc. et in felonia, sicut ille qui interfuit et hoc uidit.

Et Johannes uenit et defendit pacem Dom. Regis et feloniam et roberiam uersus ipsum Jacobum, sicut uersus eum qui de alterius roberia eum appellat et nichil apponit in appello suo de aliquo dampno ei illato. Dies datus est etc.

1457. Leic. [3]Robertus de Brimhurst filius et heres Beatricie que fuit uxor Gaufridi le Abbe attachiatus fuit ad respondendum Radulfo de Gernemuwe et Alicie uxori eius quare non tenet eis finem factum coram iusticiariis Dom. J. Regis inter predictos Gaufridum et Beatriciam et ipsos Radulfum et Aliciam de duabus marcis redditus cum pert. in Braytona et in Brimhurst, unde cyrographum etc. quod proferunt, quod testatur quod idem redditus duarum marcarum debet remanere eidem Radulfo et Alicie etc., unde idem Radulfus et Alicia ostendunt quod cum ipsi tenementum illud unde redditus prouenit commiserunt ad firmam Roberto le Abbe, idem Robertus de Brimhurst pauit prata sua et blada et cepit aueria sua et peciit seruicia et eum in tantum uexauit quod idem Robertus le Abbe reliquit firmam suam, nec ullum inuenerunt qui illud capiat de eis, unde dicunt quod per uexacionem illam contra finem illum etc. deteriorati sunt etc.

[1] According to A. a day was given in Oct. S. Mich. at which Gunnilda did not appear, and then it was found in three rolls that the day given was Michaelmas four weeks. B. merely records the giving of the day in Oct. S. Mich. and four days.

[2] A. m. 24; B. m. 14.

[3] A. m. 24; B. m. 14 d.

Et Robertus uenit et cognoscit cyrographum et finem et defendit contra eos et contra sectam suam capcionem aueriorum et impedimentum naumagii sui et firmarii sui et totum de uerbo in uerbum et deterioracionem etc. Et ideo consideratum est quod defendat se xij. manu et ueniat tali die etc.[1] Ad quem diem uenit et per licenciam concordati sunt ita quod idem Radulfus et Alicia remiserunt legem illam et idem Robertus concedit finem secundum cyrographum etc.

8. [2]Bartholomeus Turet et Jordanus de S. Maria [3]et tales etc.[3] petunt uersus Brianum filium Alani racionabilies partes | suas que eos contingunt de hereditate que fuit Gundrede de Haket amite predictorum Bartholomei [4]Jordani etc.[4] in Eboraco et in Beintona etc. Et Brianus uenit et dicit quod non habuit racionabilem summonicionem quia tantum habuit summonicionem octo dierum[5]. Et alii hoc cognoscunt. Et ideo datus est eis dies etc. Ebor [218.]

9. [6]Juliana que fuit uxor Stephani filii Rogeri[7] uersus Magistrum Hospitalis Infirmorum de Hedona[8] dotem suam de tenemento que fuit predicti Stephani uiri sui in Hedona etc. Ebor.

Et Magister uenit et dicit quod ipsa non debet inde dotem habere, quia placitum fuit inter eos in curia Dom. Regis de eadem dote apud Eboracum, ita quod tunc uenit ipse et dixit quod Stephanus uir suus uixit et ideo non debuit dotem habere, et ipsa respondit quod mortuus fuit, et tandem concordati fuerunt per cyrographum tali modo quod ipsa remisit totum clamium suum in perpetuum eidem Magistro, et Stephanus presens fuit et hoc concessit, et hoc idem testatur cyrographum. Et ipsa non potuit hoc dedicere et ideo Magister inde quietus[9] etc.

0. [10]Rogerus de Cheluestona appellat Walterum de Stuetona quod tali die etc. sicut dominus suus et auunculus Willelmus de Tillebroc fuit apud Luc[11] ad perhendinandum ibi in pace Linc.

[1] Here B. stops.
[2] A. m. 24; B. 14 d.
[3-3] *et Alicia uxor eius*, A, B.
[4-4] *et Alicie*, A, B.
[5] Fifteen days is the proper time. Br. f. 334.
[6] A. m. 24; B. 14 d.
[7] Supply *petit*, A, B.
[8] Monast. vol. 6, p. 654.
[9] *Et ipsa in misericordia, pauper est.* A, B.
[10] A. m. 24 d; B. m. 15.
[11] *Luth'*, B; Louth.

Dom. Regis misit idem Walterus propter ipsum Willelmum per talem etc. et fecit ipsum uenire apud Tyrintona et cum illuc uenisset, idem Walterus cum aliis qui feloniam fecerunt, fecerunt eum bibere ita quod inebriatus fuit, et cum cubasset in lecto suo, idem Walterus uenit cum aliis et eum assaltauit, ita quod ubi[1] plage mortales ei date fuerunt sicut idem Willelmus uoluit surgere idem Walterus cepit eum per gurgitem et traxit eum de lecto suo et prostrauit palliam super eum et ignem apposuit ita quod extinxit eum, unde si aliam plagam non habuisset, inde mortuus fuisset, et quod hoc fecit nequiter et in felonia et in pace etc. offert disracionare uersus eum per corpus suum prout curia considerauerit sicut ille qui superuenit ubi hoc factum fuit in camera et hoc uidit, ita quod Walterus et alii socii sui eum secuti fuerunt et uoluerunt hoc idem facere de eo, quod fecerunt de domino suo.

Robertus de Waswilla nepos predicti Willelmi appellat Reginaldum[2] prepositum de Stinetona et Thomam Mustel quod ipsi fuerunt ad factum illud et in forcia illa et de consilio suo hoc factum fuit, nequiter et in felonia et in pace Dom. Regis etc. et hoc offert probare per corpus suum prout curia considerauerit.

Et Walterus uenit et defendit pacem Dom. Regis infractam et feloniam et quod propter eum non misit nec ad lectum suum uenit, nec eum per gurgitem cepit, nec super eum stramen iactuuit nec ignem apposuit nec per ipsum fuit morti appropiatus[3] nec a uita elongatus, nec idem Rogerus hoc uidit, et hoc offert defendere per corpus suum sicut curia considerauerit, et petit sibi allocari quod alii appellati de plagis et de facto non fuerunt conuicti. Dicit eciam quod nocte illa quando hoc factum fuit, ipse fuit in hospicio tali etc.

Consideratum est quod duellum fiat inter eosdem Rogerum et Walterum et ueniant tali die armati etc.

[4]Ad illum diem uenerunt et duellum percussum fuit inter

[1] Sic, A, B.
[2] Corr. *Rogerum*, A, B.
[3] Sic, A, B.
[4] This paragraph not in B. Interpolated in A from next Michaelmas term. In the margin of A is [illegible], signifying the fine for [illegible], a pen has been drawn through this to show that it is [illegible].

eos et Rogerus uictus fuit et det recreantisam etc., et Walterus inde quietus, et misericordia perdonatur[1], quia pugnauit pro Rege etc.

Et Rogerus et Thomas eodem modo defendunt pacem Dom. Regis et feloniam et consensum et quod non fuerunt in forcia nec idem Thomas iuit propter eum, sicut predictus Rogerus dicit, et hoc offerunt defendere sicut curia considerauerit.

Dies datus est appellantibus de audiendo iudicio suo et Walterus committatur gaole[2] etc. et Rogerus et Thomas remaneant sub eadem custodia qua prius fuerunt quousque Walterus conuincatur de facto etc.[3]

[4]Ricardus le Scot captus cum sigillo Walteri de Mortona quod furatum fuit in uilla Londonie cum roba et cum alio hernesio ipsius Walteri cognoscit quod quidam Nicholaus qui fugit in ecclesiam apud Suwerc' pro eodem facto, et qui cognoscit furtum illud, illud sigillum ei commisit, et inde uocat eum ad warantum, et dicit quod si eum uideret, probaret uersus eum per corpus suum sicut curia consideraret. Et quia balliui Dom. Regis recordantur quod quando idem Ricardus captus fuit Nicholaus cognoscens se esse latronem in ecclesia dixit quod idem Ricardus habuit sigillum et quasdam braccas ad partem suam | uenerunt ad ipsum Ricardum et pecierunt sigillum illud et ipse illud negauit et postea quando debuit scrutari extraxit sigillum illud de caliga sua, et preterea quia ipse uocat ad warantum predictum Nicholaum qui cognouit furtum, et non uult uenire ad pacem Dom. Regis, et sigillum illud furatum fuit cum aliis catallis et non habet inde warantum, consideratum est quod suspendatur etc. Lond. [215 b.]

[5]Assisa uenit recognitura si Gaufridus de Merstona pater Susanne fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de xxiiij. uirg. terre cum pert. in Merstona die quo etc. et si etc. per breue Regis H. unde Hugo de Merstona tenet xj. uirg. et Leic.

[1] The pardon is postscript on the roll, A; I read *perdonatur pro Rege etc.*: *pugnauit pro pace Regis etc.*

[2] Supply *de Flete*, A, B.

[3] This of course was written on the roll before the postscript which tells of the duel.

[4] A. m. 25; B. m. 17.

[5] A. m. 25; B. m. 17.

tales etc. reliquam partem. Qui omnes ueniunt et uocant inde ad warantum predictum Hugonem de Merstona, qui presens est et eis warentizat, et dicit quod dictus Gaufridus fuit frater suus primogenitus, set bene defendit quod non fuit inde seisitus die quo etc., quia idem Gaufridus obiit ante patrem suum Robertum, ita quod Robertus obiit inde seisitus post mortem Gaufridi filii sui, et ipse sicut proximus heres patris sui intrauit in hereditatem suam[1].

Et Susanna dicit quod Hugo iniuste dicit quod Gaufridus pater suus non obiit seisitus de terra illa quia quando mater ipsius Susanne debuit maritari ipsi Gaufrido, uenit idem Robertus et dimisit se de tota predicta terra et illam dedit eidem Gaufrido ut filio etc. per cartam suam que hoc idem testatur, ita quod idem Robertus nunquam postea ingressum habuit in terram illam nisi ex gracia et uoluntate ipsius Gaufridi, et inde ponit se super assisam, et hoc bene patet, quia mater sua habet inde dotem suam. Et ideo procedat assisa.

1463. Ebor. [2]Magister Nicholaus Coqus[3] et Alicia uxor eius optulerunt se iiij^to. die uersus Godardum Penitenciarium et Johannem Romanum canonicos Eboraci de placito quare ipsi tenuerunt placitum in curia cristianitatis inter eos et Elenam de Derlintona de laico feodo eorum in Derlintona et aliis uillis etc. Et ipsi non uenerunt et uicecomes mandauit quod clerici sunt et non habent laicum feodum nec uoluerunt plegios inuenire. Et ideo mandetur Archiepiscopo quod distringat eos quod ueniant tali die etc. et preceptum est uicecomiti quod habeat ad predictum terminum corpus ipsius Elene etc. Et sciendum quod breue originale non facit mencionem de ipsa Elena.

1464. Wigorn. [4]Rogerus Cocus et Juliana uxor eius attachiati fuerunt ad esse coram insticiariis ad respondendum Rogero Fabro de placito quare ipsi contra prohibicionem Dom. Regis secuti fuerunt placitum in curia cristianitatis uersus eum de laico feodo ipsius Rogeri, unde idem Rogerus queritur quod per

[1] Observe this assertion of right by the younger son against his niece, daughter of the elder son.

[2] A. m. 26; B. m. 16.

[3] Cocus, A, B.

[4] A. m. 26, B. m. 16.

hoc quod ipse secutus fuit placitum illud contra prohibicionem deterioratus etc. Et Rogerus et Juliana dicunt quod reuera implacitauerunt ipsum de transgressione fidei de eadem terra, quia terra illa ei inuadiata fuit ad terminum qui preteriit etc., et cum terminus preteriisset et nollet concedere quod ipse acquietaret terram suam, ipsi implacitauerunt eum sicut predictum est. Ideo custodiantur.

5. [1]Assisa uenit recognitura si Hugo de Gurnay pater Hugonis fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de manerio de Wendore cum pert. die quo etc., quod manerium Willelmus de Feimes tenet. Qui uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia ipse non tenet manerium illud cum pert. immo Henricus de Scaccario tenet inde vij. uirgatas terre etc. et non tenet de eo, et desicut illas non habet in seruicio uel dominico non uult respondere ad hoc breue nisi curia etc., et bene patet quod nichil inde habet quia ipse implacitat ipsum Henricum de eadem terra in curia Dom. Regis. Buck.

Et Hugo dicit quod pater suus obiit seisitus de manerio illo cum pert., et si idem Willelmus non recipit seruicium Henrici hoc non stat nisi per eum[2], et ideo uidetur ei quod debet ad hoc breue respondere, desicut petit manerium in dominico et aliud quod tenet[3] etc.

Et Willelmus dicit quod numquam optulit ei seruicium predictus Henricus[4].

Consideratum est quod quia utraque pars cognouit quod idem Willelmus non tenet integre manerium illud et preterea cognouit quod predicte vij. uirgate sunt de pertinenciis, ideo assisa remaneat et querat aliud breue[5].

6. [6]Wiscardus Leidet et Mamoria[7] uxor sua petunt uersus Bertram de Campuilla duas bouatas terre cum pert. suis in Cranefordia ut ius ipsius Marg'[8] uxoris sue etc. Norht.

Et Bertram dicit quod predicta terra est ius et hereditas

[1] A. m. 26 d; B. m. 16 d.
[2] Sic, A; *hoc non stat per eum*, B.
[3] Supply *in dominico*, *in dominico*, *et in seruicio quod tenet in seruicio*, A, B.
[4] Here B. stops.
[5] On f. 433 b, Bracton vouches this case.
[6] A. m. 27; B. m. 18.
[7] *Margeria*, B.
[8] *Margerie*, A, B.

Matillidis uxoris sue, et ideo uocat eam ad warantum. Et
[219.] ideo habeat eam tali die etc. |

1467. Surr. [1]Robertus de Basinge attachiatus fuit ad respondendum Magistro Alexandro de Dorsetia de placito quare ipse secutus fuit placitum in curia cristianitatis uersus eum contra prohibicionem Dom. Regis de catallis que etc., et unde habet sectam que hoc testatur, et profert litteras iudicum et acta coram eis sigillata sigillis iudicum, unde adhuc habet diem, preterea dicit quod cum ipse deferret breue Dom. Regis in despectum eiusdem Dom. Regis idem breue quod procurator eiusdem Alexandri protulit iactauit ad terram, et inde habet sectam.

Et Robertus defendit quod post prohibicionem nullum placitum secutus fuit uersus eum in curia cristianitatis, nec breue Dom. Regis ita iactauit sicut dicit, et hoc offert defendere uersus eum et uersus sectam suam. Consideratum est quod ipse defendat se xij. manu etc.

1468. Ebor. [2]Robertus de Burgo et Berleta uxor sua optulerunt se iiij^to^. die uersus Aliciam filiam Roberti de placito medietatis ij. mesuagiorum cum pert. in Ponteburgo quam ipsi clamant esse ius ipsius Berlete. Et Alicia non uenit etc. et summonicio etc. Iudicium, medietas capiatur in manum etc., et dies etc., et Alicia summoneatur quod sit tali die etc.

1469. Somers. [3]Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam que mortua est ad capellam de Edeneswrthe, que uacat etc., cuius aduocacionem Elyas de Bello Campo clamat uersus Abbatem Glastoniensem et Ricardum de Breute.

Et Abbas uenit et dicit quod nichil clamat in aduocacione illa, nec umquam impediuit presentacionem suam. Et ideo ipse inde sine die. Et Ricardus bis fecit defaltam. Et ideo procedat assisa uersus eum per defaltam.

Iuratores dicunt quod quando uenerunt ad uisum faciendum de capella illa, nullam capellam inuenerunt, nec [illegible], nec aliquid aliud, nisi campum nudum et planum, nec v. annis elapsis fuit ibi aliqua capella, nec missa cantata et ideo petunt iudicium si debeant sacramentum inde facere.

[1] A. m. 27; B. m. 18.
[2] A. m. 27 d.
[3] A. m. 28; B. m. 17.

Et Elyas cognoscit quod nulla est ibi capella et dicit quod prostrata fuit tempore guerre, set quedam decime pertinent ad illam. Et ideo consideratum est quod iuratores inde sine die etc.

0. [1]Assisa uenit recognitura si Philippus de Hulecota et alii tales etc.[2] iniuste etc. disseisiuerunt Elizabeth uxorem Willelmi de Rue de libero tenemento suo in Ditenheual'[3] infra assisam. Et Matillis de *Coumers*[4] una disseisitorum dicit quod non debet inde assisa fieri, quia terra illa est maritagium suum, ita quod ipsa terram illam dimisit Galfrido de Corneres[5] fratri suo et waranto de maritagio ad firmam tota uita ipsius Gaufridi, ita quod eo defuncto debuit terra illa reuerti ipsi Matillidi, et inde profert cirographum factum inter eos, ita quod defuncto ipso Gaufrido seisiuit terram illam in manum suam ut maritagium suum. Ebor.

Et Willelmus et Elizabeth dicunt quod idem Gaufridus dedit terram illam ipsi Elizabeth in maritagium cum esset desponsata primo uiro suo, qui illam tenuit tota uita sua, et eo defuncto, ipsi omnes predicti disseisiuerunt eandem Elizabeth iniuste etc., et inde petunt assisam. Et consideratum est quod assisa procedat.

Iuratores dicunt quod terra illa et plures alie terre sunt maritagium ipsius Matillidis, ita quod ipsa totam terram illam dimisit ipsi Gaufrido ad firmam ad terminum et infra terminum suum dedit ipse de predicta terra sex bouatas terre Willelmo de Surdenale in maritagium cum predicta Elizabeth filia sua quam ipse desponsauit, et post cum idem Gaufridus defunctus esset, uenit idem Philippus de Hulecota in cuius balliua terra illa est et cepit terram illam in manum suam, et predicta Matillis accessit ad eum et ei monstrauit quod predictus Gaufridus nichil habuit in terra illa nisi firmam et ad terminum ita quod ipse reddidit ei seisinam suam. Consideratum est quod Willelmus de Rue et Elizabeth recuperauerunt inde seisinam, et predicti omnes etc. in misericordia[6].

[1] A. m. 28; B. m. 17 b.
[2] Maud Conyers and four others.
[3] *Ditenheshil'*, A; *Ditnedhal'*, B.
[4] *Coigners*, B.
[5] *Coisneres*, A; *Coisners*, B.
[6] Damages, five marks, A, B.

1471. Hereford. [1]Assisa uenit recognitura si Rogerus de Monemue iniuste etc. disseisiuit Robertum Buteuileyn et Agnetem uxorem eius de libero tenemento suo in Froume etc. et post terminum. Et Rogerus uenit et nichil dixit quare assisa remaneret.

Juratores dicunt quod Rogerus non disseisiuit eos iniuste etc. Et super hoc uenit Agnes et dicit quod post mortem Walteri de Mawrthin cui terram illam commisit ad firmam in uita sua fuit ipsa seisita de terra illa et per iudicium comitatus ita quod inde seminauit duas acras et residuum comisit eidem Rogero ad seminandum pro medietate et ita [219 b.] inde fuit seisita. | Et ideo datus est eis dies de audiendo iudicio suo ad proximum comitatum ut tunc sciatur per comitatum si habuit seisinam sicut dicit necne. Idem dies datus est iuratoribus, quia si comitatus recordatur quod habuit seisinam, tunc inquirendum est quomodo exiuit.

Ad diem illum recordatur comitatus quod nunquam per iudicium comitatus habuerunt seisinam. Et ideo consideratum est quod Robertus et Agnes nichil capiant per hanc assisam, et sint in misericordia pro falso clamore[2].

1472. Corona. [3]Rogerus filius Galfridi cognoscens se esse latronem appellat Ricardum filium Dauid de Herefordia de societate scilicet quod ipse simul cum eo occidit quemdam hominem iuxta Salopesbiriam, ita quod ipse percussit eum quodam cnipulo cum una manca eburnea, et quod simul cum eo depredauit unum hominem ad pontem de Lug et ceperunt de eo pannum, unde habuit xij. sol. ad partem suam, et hoc offert probare uersus eum sicut curia etc.

Et Ricardus uenit et defendit societatem et latrocinium et occisionem et totum de uerbo in uerbum et ponit se super uillatam Herefordie de fidelitate. Et malecreditur a uillata. Et ideo consideratum est quod duellum fiat inter eos, et ueniant armati tali die etc. Ad quem diem uenerunt et

[1] A. m. 29. This and the three next cases are not cases in the Bench, but are cases heard before Pateshull and Stephen Devereux at Hereford under a commission of assize and gaol-delivery in A. R. 4. The membrane on which they are found has been bound up with the roll for the Trinity term.

[2] On account of their poverty they were pardoned, A.

[3] A. m. 29.

duellum percussum fuit, et Ricardus uictus est, et ideo suspensus etc.

3. [1]Gaufridus de Wodetona captus pro morte Nicholai filii Eudonis uenit, et prepositi et coronatores uille de Herefordia recordantur quod idem Gaufridus captus fuit super factum cum cnipulo unde eum occidit, et dicunt quod idem Gaufridus statim cognouit mortem coram eis et coram multis probis hominibus qui presentes fuerunt et hoc idem testantur. Et ideo consideratum est quod non potest dedicere mortem, et ideo suspendatur. Corona.

4. [2]Johannes Sanctus captus pro morte Ade Bustard qui fuit occisus in campis de Treisac' uenit et defendit mortem et totum etc. Et balliuus Dom. Regis et iiij. uillate testantur quod captus fuit in fugiendo de morte illa et cum utesio et clamore, et quod inuentus fuit seisitus de uno cnipulo sanguinolento in manu sua unde eum occidit. Set dicunt quod talis est consuetudo in Urchinefeldia quod de tali morte licet aliquis conuictus sit, bene potest concordiam facere cum parentibus, et petunt licenciam concordandi. Et ideo ponitur iudicium in respectum usque ad proximum comitatum, ut per comitatum sciatur de consuetudine illa etc.[3] | Corona.

PLACITA DE TERMINO S. HILLARII ET DE TERMINO PASCHE APUD WESTMONASTERIUM ANNO REGNI REGIS HENRICI FILII REGIS JOHANNIS QUINTO[4]. [illegible]

5. [5]Assisa uenit recognitura si Agnes filia Auicie soror Walteri de Welles fuit seisita in dominico suo ut de feodo de una uirg. terre cum pert. in Offele die quo etc., et si etc., quam terram Adam filius Thome tenet. Qui uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia reuera ipsa Agnes obiit Hereford.

[1] A. m. 29 d.
[2] A. m. 29 d.
[3] Archinfield is a district of Herefordshire on the Welsh border. The custom here alleged is an interesting relic of ancient law.
[4] A. is a roll ticketed as Coram Rege Roll, No. 14, but catalogued as No. 10; B, which has only the Easter term, is No. 11.
[5] A. m. 3.

seisita sicut breue dicit, et ipsa fuit mater eius et ipse fuit filius suus de uiro sibi desponsato, et ideo non debet assisa procedere.

Et Walterus dicit quod ipse est bastardus quia mater eius nunquam fuit desponsata Thome uiro suo. Et ideo assisa remaneat sine die et Walterus habeat breue ad Episcopum Lincolniensem etc.

1476. Hertford. [1]Assisa uenit recognitura si Magister Willelmus de Hatfeldia auunculus Johannis filii Gregorii fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de xl. acris terre et uno mesuagio cum pert. in Hathfeldia die quo etc., quam terram et quod mesuagium Thomas filius Henrici filii *Auncheri* tenet etc. Qui uenit et est infra etatem et uocat inde ad warantum Henricum filium *Aucheri* patrem suum. Habeat eum etc.

1477. Essex. [2]Assisa uenit recognitura si Matillis filia Eadmundi mater Ricardi Camerarii fuit seisita in dominico suo ut de feodo de tribus acris terre et dim. cum pert. in Westhamme die quo etc., quam terram Willelmus de Stratfordia tenet. Qui uenit et uocat inde ad warantum Abbatem de Stratfordia. Qui uenit et ei warentizat et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia Robertus pater ipsius Ricardi cuius heres ipse est, dedit domui sue terram illam in liberam elemosinam per cartam suam quam profert et que hoc testatur, et dicit quod debet illam ei warentizare.

Et Ricardus dicit quod est infra etatem et quod petit seisinam de morte matris sue et non de patre, et petit iudicium si propter hoc debeat assisa remanere. Et Abbas dicit quod in uita matris sue dedit Robertus pater suus ei terram illam et quod Matillis non obiit inde seisita. Et ideo consideratum est quod assisa procedat.

Juratores dicunt quod Matillis obiit seisita ut de feodo tali modo quod uir suus tunc uixit, et terra illa fuit hereditas ipsius Matillidis, et quod Ricardus est proximus heres eius etc.

1478. Essex. [3]Assisa uenit recognitura si Radulfus de Gogeshale[4] pater Roberti fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de xx[ti]

[1] A. m. 3.
[3] A. m. 3 d.
[2] A. m. 3 d.
[4] *Coggeshal'*, A.

septem acris terre cum pert. in Gogeshale die quo etc., quam terram Thomas Crewe[1] tenet. Qui uenit et dicit quod assisa non debet capi coram iusticiariis extra comitatum quia assisa illa nunquam intaminata[2] fuit coram iusticiariis, et Dom. Rex per cartam suam[3] concessit quod huiusmodi assise capiantur in comitatibus et non extra et ideo petit iudicium si assisa hic debeat procedere. Et Radulfus[4] non potuit hoc dedicere. Et ideo assisa remissa est ad comitatum ut in aduentu iusticiariorum procedat etc.[5]

9. [6]Assisa uenit recognitura si Ailwardus le Hoder pater Alicie fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de uno mesuagio cum pert. in Kingesbiria die quo etc. et si etc., quod mesuagium Clemens Chese tenet. Qui uenit et dicit quod non uidetur ei quod assisa debeat procedere, quia ipse non est seisitus de mesuagio illo nec umquam fuit, set reuera frater suus scilicet Thomas Trencheuent cuius hereditas mesuagium illud est fuit inde seisitus, ita quod cum esset crucesignatus et iter suum arriperet, inuadiauit mesuagium illud ad terminum qui nondum preteriit cuidam Ricardo Pistori. Et dicit quod cum terminus suus preterierit, ipse clam'[7] ius in mesuagio illo ut heres eiusdem Thome. Et quum idem Ricardus presens non fuit ut iusticiarii possint certificari si ipse terram illam teneat in feodo, consideratum est quod Ricardus summoneatur etc. quod sit tali die etc. ostensurus quid ipse clamat in predicto mesuagio, et preceptum est quod iurata remaneat quousque sciatur per ipsum Ricardum si debeat procedere uel non etc. | Hertford. [229 b.]

0. [8]Assisa uenit recognitura si Hugo de Bacheswrthe pater Agnetis fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de ij. mesuagiis et dim. uirg. terre cum pert. in Bacheswrthe die quo etc. et si obiit etc., quam terram et mesuagium Bartholomeus Aurifaber tenet. Qui uenit et dicit quod ipse fuit frater eiusdem Hugonis et ipsa Agnes filia eiusdem, et si Hertford.

[1] *Creue*, A.
[2] This seems so in A. also. Fitzherbert has *interminata*.
[3] The charters of 1215-6-7 alike provide that an assize of mort d'ancestor shall not be taken out of the county.
[4] Corr. *Robertus*, A.
[5] This is Fitz. *Mordancestor*, 53.
[6] A. m. 3 d.
[7] Sic, A.
[8] A. m. 3 d.

assisa debeat procedere inter ipsum qui auunculus est et ipsam que neptis est, bene ponet se super assisam si ipse obiit seisitus etc. Consideratum est quod assisa procedat[1]. Juratores dicunt quod ipse nunquam fuit seisitus in uita sua, et ideo Bartholomeus eat inde sine die et Agnes in misericordia etc.

1481. Bed. [2]Walterus Ledet qui se essoniauit de malo lecti uersus Erneng' de placito terre mandauit iusticiariis per Willelmum Dirinel quod conualuit de infirmitate sua et peciit licenciam surgendi et habet, et ueniat statim ad curiam.

1482. Sumers. [3]Willelmus de Thoine reddidit tali die Willelmo de Ralegha tantum etc. quantum debuit[4] Thome de Albo Monasterio de fine duelli, et quietus est de denariis quos ei debuit[5]. Remaneat ei terra in perpetuum.

1483. Norht. [6]Magna assisa inter Robertum le Squieler petentem et Ricardum Gubun de duabus[7] terre cum pert. in suburbio Norhamtone, ponitur in respectum usque ad talem diem etc. pro defectu recognitorum, quia tantum viij. uenerunt et tres se essoniauerunt quibus idem[8] datus est etc.

1484. Sussex. [9]Abbas de Wauerleia optulit se iiij[to]. die uersus Radulfum de Stopham qui se essoniauit de malo lecti uersus eum de placito terre, et Radulfus non uenit etc. nec milites qui fecerunt uisum de eo scilicet tales etc. et ideo uicecomes habeat corpus eius tali die etc. Idem dies datus est etc.

1485. Essex. [10]Preceptum fuit uicecomiti quod iuste faceret esse racionabiles diuisas inter terram Ricardi de Belhus in Rames-dena et terram R. de Ver Comitis Oxonie in Dinham[11] sicut esse debent et solent, unde predictus Ricardus queritur quod idem Robertus trahit inde xxxvj. acras terre in Ramesdena plus quam habere debet et ad ipsum pertinet habendum, et

[1] Br. f. 278 b.
[2] A. m. 4.
[3] A. m. 4.
[4] *quinque marcas de denariis quos debuit*, A.
[5] *est de decem marc. et dim. quas ei debuit, scil. de x. marc. pro fine et de dim. marc. de redditu de termino S. Mich. transacto*, A. This otherwise uninteresting extract seems to betray some interest in the affairs of Walter Raleigh.
[6] A. m. 4.
[7] Supply *carucatis*, A.
[8] Supply *dies*.
[9] A. m. 4 d.
[10] A. m. 4 d.
[11] Ramsden, Bellhouse, and Dun-ham.

unde idem Ricardus fuit seisitus tempore J. Regis capiendo inde expleta ad ualenciam xl. sol. etc.

Et Comes uenit et petit uisum de terra unde queritur etc. Habeat etc.

86. [1]Magna assisa inter Radulfum filium Willelmi petentem et Thomam de Cormailles et Aliciam uxorem eius tenentes de duabus hidis terre et dim. cum pert. in Norigge et in Uptona ponitur in respectum usque ad talem diem pro defectu recognitorum, quia tantum Thomas de Hardecota uenit. Et ideo uicecomes sicut prius habeat corpora aliorum scilicet talium etc. Et sciendum quod omnes alii recognitores mortui sunt, et ipsi eligant alios ad diem illum. Et sciendum quod Thomas nunc protulit quoddam uetus cyrographum et dicit quod per illud debet assisa remanere. Et Radulfus non cognoscit finem, et petit sibi allocari quod xv. annis transactis posuit se in magnam assisam nulla facta mentione de fine. Et ideo procedat assisa. Wilt.

87. [2]Assisa uenit recognitura si Gaufridus de Querendona auunculus Gaufridi de Clendona fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de dim. hida terre cum pert. in Ailesbiria die quo obiit, et si obiit post terminum, quam terram Joscelinus de Warderoba tenet, qui uocauit ad warantum Willelmum de Mandeuilla Comitem Essexie. Qui uenit et ei warentizat et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia quidam Robertus le Scot qui fuit filius fratris predicti Gaufridi de Querendona tenuit terram illam ex dono eiusdem Gaufridi auunculi sui, et per defectum seruicii quod debuit Dom. Regi amisit idem Robertus terram illam, et Dom. Rex Ricardus illam dedit Rogero de S. Malueto, et idem Rogerus dedit illam Willelmo nepoti suo, qui illam uendidit Gaufrido filio Petri patri suo[3], et inde profert cartam Regis Ricardi que testatur quod ipse dedit Rogero de S. Malueo totam terram illam quam Robertus le Scot tenuit in Haylesbiria infra uillam et extra cum omnibus pert. tenendam de eo et de heredibus suis pro v. s. annuatim Dom. Regi reddendis ad scaccarium pro omni seruicio. Profert | eciam cartam eiusdem Willelmi que Buck. [22.]

[1] A. m. 4 d.

[2] A. m. 4 d. For earlier proceedings see Case 29.

[3] Father of the Earl.

testatur quod terram illam dedit predicto Comiti patri suo, et petit iudicium, si assisa super hoc debeat procedere.

Et Gaufridus de Clendona dicit quod carte ille non debent ei nocere quin assisa procedat, quia ipse nichil clamat de seisina Roberti, immo de seisina Gaufridi, set reuera idem Robertus fuit nepos auunculi sui, set idem Robertus non habuit inde nisi custodiam ex ballia Gaufridi auunculi sui ad uoluntatem suam et inde petit assisam.

Et Comes dicit quod idem Robertus tenuit in feodo et non de ballia immo in feodo ex dono auunculi sui, et petit sibi allocari quod idem Robertus tenuit terram illam ut ipse dicit, et dicit quod ipse Robertus fuit inde seisitus post mortem auunculi sui.

Et Gaufridus dicit quod reuera fuit seisitus post mortem Gaufridi, set non de feodo immo ut senescallus.

Et quia Gaufridus cognoscit quod Robertus fuit seisitus in uita Gaufridi et post mortem eius, et quod Rex Ricardus habuit inde seisinam et illam dedit sicut predictum est, consideratum est quod assisa remaneat, et ideo Comes inde sine die et Gaufridus in misericordia etc.

1488. Essex. [1]Prior de Colum petit uersus Willelmum filium Petri xxvj. acras terre cum pert. in Culum et dim. uirg. terre cum pert. in Stanstedia ut ius ecclesie sue et illas in quas idem Willelmus non habet ingressum nisi per Hugonem predecessorem suum qui terram illam dimisit predicto Petro patri ipsius Willelmi tenendam in uita sua tantum et inde producit sectam etc.

Et Willelmus uenit et defendit ius ecclesie sue, et dicit quod ipse et antecessores sui semper tenuerunt terram illam et priusquam domus illa fundata esset, set reuera Comes Albertus[2] attornauit seruicium suum predicte domui, et ponit se in magnam assisam[3] Dom. Regis et petit recognicionem fieri utrum ipse maius ius habeat tenendi terram illam de ipso Priore uel idem Prior in dominico. Dies datus est etc.

1489. Norf. [4]Jurata uenit recognitura que seruicia et quas consue-

[1] A. m. 5.
[2] Corr. *Albericus*, A. Aubrey de Vere, founder of the Priory of Earl's Colne in Essex. Monast. vol. 1, p. 9?
[3] Br. f. 319
[4] A. m. 5.

tudines Ilwinus Attewalle et Willelmus et Philippus filii eius fecerunt Philippo de Bodeham patri Willelmi de Bodeham qui est infra etatem etc. anno et die quo obiit etc. de tenemento quod idem Ilwinus Willelmus et Philippus tenuerunt de predicto Philippo de Bodeham in Cree', unde Willelmus de Sadguarin custos terre et heredis predicti Philippi dicit quod ipse Philippus fuit seisitus de hiis[1] seruiciis et consuetudinibus etc. Set ponitur in respectum pro defectu recognitorum quia tantum ix. uenerunt, et uicecomes habeat corpora aliorum sicut prius et sit auditurus[2] etc.

Juratores dicunt[3] quod tenementum illud fecit eidem Philippo anno et die quo obiit etc. redditum iiij. sol. etc. per annum et ad scutagium xij. den. et ad plus plus et ad minus minus, et de prestitu eo anno ei arauit tantum etc. Et ideo consideratum est quod ipsi teneant per consuetudines illas tenementa donec ad etatem ipsius Willelmi etc. et tunc loquatur de iure si uoluerit.

0. [4]Willelmus de Delee petit uersus Godardum de Caterham quem Gilibertus de Pudindena uocat ad warantum et qui eis[5] warentizat unam caruc. terre in tali uilla etc. ut ius suum, et ut illam unde Willelmus de Delee pater suus fuit seisitus ut de feodo et iure et in dominico tempore H. Regis aui etc. capiendo inde etc., unde idem Godardus non habet ingressum nisi per Petrum patrem suum, cui Willelmus pater suus illam dimisit tenendam in uita sua tantum, et inde producit sectam etc. Surr.

Et Godardus uenit et defendit ius suum et ingressum predictum, et ponit se in magnam assisam Dom. Regis et petit recognicionem fieri utrum ipse maius ius habeat tenendi terram de ipso Willelmo uel idem Willelmus in dominico.

1. [6]Elias de Bello Campo optulit se uersus Ricardum Sussex.

[1] A. does not show what services.

[2] The adjournment is to the Easter term.

[3] In the note book this verdict is added in the margin at the foot of the page. It has been extracted from A. 8 d, where it occurs among the proceedings of the Easter term, and where the nature of the services claimed by William appears. He claims among other things that the tenant must serve as reeve and cannot marry without licence.

[4] A. m. 5.

[5] Corr. *ei*, A.

[6] A. m. 6.

personam de Estbrent' de placito quod esset auditurus assisam ultime presentacionis quam arainiauit uersus eum de capella de Edeneswrthe etc. Et Ricardus non uenit etc. Et preceptum fuit uicecomiti quod resummoneret eum etc., et uicecomes mandauit quod fuit resummonitus ad esse tali die etc. Et tunc non uenit, et ideo consideratum fuit quod assisa caperetur per defaltam. Et nullus recognitorum uenit, ideo uicecomes habeat corpora eorum etc.

1492. Warr. [1]Loquela inter Radulfum filium Nicholai petentem et Priorissam de Ettona de placito assise ultime presentacionis remanet sine die per preceptum consilii domini Regis pro exercitu etc.[2] |

[221 b.]

1493. Oxon. [3]Henricus de Clintona petit uersus Reginaldum Basset et Agnetem uxorem eius manerium de Hinetle cum pert. ut ius suum. Et Reginaldus et Agnes dicunt quod teneat manerium illud de Dom. Rege in capite et summonitus est ire in exercitum cum Dom. Rege[4], et ideo non uult respondere nisi curia considerauerit. Et ideo remaneat sine die.

1494. Wilt. [5]Radulfus de S. Germano attachiatus fuit ad respondendum Johanni filio et heredi Roberti de Venuz de placito quare non tenet ei finem factum coram iusticiariis apud Westmonasterium tempore Ricardi Regis auunculi etc. inter predictum Robertum petentem et ipsum Radulfum tenentem, de feodo dim. militis cum pert. in Dreycota unde cirographum etc. Unde idem Johannes ostendit quod per finem illam remisit idem Radulfus totum ius et clamium quod habuit in terra illa eidem Roberto patri suo pro l. m., et super hoc uenit idem Radulfus et eum uexat ita quod arainiauit assisam mortis antecessoris etc. uersus eum, per quod deterioratus est et dapnum habet ad ualenciam etc. et inde producit sectam.

Et Radulfus uenit et cognoscit finem et quod factus fuit apud Westmonasterium, set dicit quod tunc temporis fuit infra etatem, et ideo non debet ei nocere finis ille.

[1] A. m. 6.
[2] William of Albemarle is now in revolt and the sittings of the Court are brought to a hurried end.
[3] A. m. 6.
[4] See note to last case.
[5] A. m. 6 d.

Et Johannes dicit quod non fuit infra etatem, immo habuit etatem, et bene intelligit quod ipsi qui tunc fuerunt iusticiarii fuerunt adeo sapientes quod nullam concordiam facerent inter aliquem infra etatem existentem. Consideratum est quod Radulfus teneat finem illum, et quod assisa remaneat pro fine illo et Radulfus in misericordia etc.

5. [1]Prior S. Swithuni Wintonie petit uersus Abbatem de Cerne unam caruc. terre cum pert. in Wyk ut ius ecclesie sue, unde Prior Stephanus fuit seisitus ut de feodo et iure et dominico tempore Regis J. capiendo etc. Dors.

Et Abbas uenit et defendit ius suum et ecclesie sue et ponit se in magnam assisam Dom. Regis et petit recognicionem fieri quis eorum maius ius habeat in terra illa. Procedat assisa, set remaneat pro exercitu[2].

6. [3]Brianus de Insula et Gracia uxor eius optulerunt se iiij[to]. die uersus Willelmum de Neowilla de placito tercie partis unius caruc. terre cum pert. in Mortona, quam clamant in dotem ipsius Gracie uersus eum. Et Willelmus non uenit etc. et summonicio etc. Judicium ponitur sine die pro exercitu. Berks.

7. [4]Nicholaus de Bueles et Matillis uxor eius optulerunt se iiij[to]. die uersus Robertum Marinum de placito unius caruc. terre cum pert. in Burgo, quam clamat ut ius ipsius Matillidis etc. Et Robertus non uenit etc. et habuit diem in banco post uisum petitum etc. Judicium ponitur in respectum pro exercitu etc. Ebor.

8. [5]Ricardus filius Walteri optulit se iiij[to]. die uersus Radulfum filium Walteri de placito quare secutus est placitum in curia cristianitatis de laico feodo ipsius Ricardi in Londonia etc. Et Radulfus non uenit etc., et pluries attachiatus fuit etc. Judicium sine die pro exercitu. Lond.

9. [6]Loquela inter Robertum Cusin et Hawisiam uxorem eius petentes et Robertum de Piric tenentem to xx. acris terre cum pert. in Cyrencestria unde duellum uadiatum Glouc.

[1] A. m. 6 d.
[2] The army has been called out against William of Albemarle.
[3] A. m. 6 d.
[4] A. m. 6 d.
[5] A. m. 6 d.
[6] A. m. 7; B. m. 1. We here pass to the Easter term.

fuit inter eos remaneat sine die, quia Hawisia obiit. Et sciendum quod Robertus de Pirie essoniauit se de malo lecti et datus fuit ei langor, et mandatum est ei quod surgat, et eat inde sine die.

1500. Buck. [1]Abbas de Nutelegha petit uersus Agnetem Wace medietatem manerii de Winchendona cum pert. ut ius ecclesie sue etc. et unde ecclesia sua fuit seisita ut de feodo et iure et in dominico tempore quo quidam Osbertus fuit abbas etc. tempore H. Regis patris Dom. Regis[2] etc. et hoc offert etc.

Et Agnes uenit et defendit ius suum et dicit quod non debet ei ad hoc breue respondere, quia ipsa habere debet pacem de placito illo tota uita sua per cartam[3] Dom. J. Regis quam profert et que testatur quod concessit Agneti Wace quod teneat de eo in capite terram de Wichendona quam Willelmus de Humet pater suus dedit ei in maritagium per manus H. Regis patris sui, et quod pacem habeat tota [222.] uita sua de placito quod est inter ipsum et Abbatem et canonicos de Nutelegha de eadem terra, et prohibet quod nec Abbas aut canonici nec aliquis alius eam contra hoc uexet [4]uel quicquam ei moleste faciat[4], et hac racione non debet inde respondere tota uita sua.

Et Abbas per attornatum suum dicit quod hoc breue non debet ei nocere, quia Dom. Rex H. nunquam ius habuit in terram illam, nisi sicut in terram aliorum baronum suorum, quia terram illam habuit ecclesia sua ex dono Comitis Giffardi[5], et eam tenere clamat de heredibus suis in liberam elemosinam et non de Dom. Rege.

Et Agnes quesita per quod seruicium tenet terram illam de Dom. Rege, dicit quod nullum seruicium ei inde facit, eo quod tenet illam in maritagium ex dono patris sui, qui illam terram et alias terras tenuit de Dom. Rege in capite per seruicium quod esset constabularius suus in Normannia et in Anglia etc.

[1] A. m. 7; B. m. 1.

[2] Supply *Johannis*, B.

[3] Rot. Pat. p. 70. 23 March, 1207.

[4] [4] *nec aliquam molestiam ei faciat* B; *uel quicquam ei moleste faciat*, Rot. Pat.

[5] Abbey of Nutley, Bucks., founded by Earl Walter Giffard. Mon. vol. 6, p. 277.

Loquela ista remaneat usque ad etatem Dom. Regis, ut tunc [1]faciat inde uoluntatem suam, etc.[1]

01. [2]Loquela inter Simonem de S. Licio petentem et Wassallum de Aunfeill'[3] tenentem de manerio de Stratfordia cum pert. remanet sine die eo quod Wassallus est in prisona Dom. Regis etc. Rotel.

2. [4]Magna assisa inter Petrum de Nerefordia petentem et Matillidem de Cadamo tenentem de xv. acris terre de war'[5] cum pert. in Michefeldia ponitur in respectum usque ad talem diem etc. pro defectu recognitorum, quia tantum sex uenerunt etc., et uicecomes habeat corpora aliorum. Et sciendum quod Johannes de Traxtona uenit et dicit quod est uir suus, set quia primo dictum fuit quod fuit mortuus et ipsa hoc cognoscit, datus est ei idem dies etc., et non remaneat loquela illa ea occasione, etc. Suff.

3. [6]Petrus de Meautona questus fuit quod Muriellis que fuit uxor Willelmi de Meautona que se fecit inpregnatam de ipso Willelmo uiro suo, non fuit pregnans de eo immo se fecit inpregnatam ad exheredacionem ipsius Petri. Unde ad peticionem ipsius Murielis preceptum fuit uicecomiti quod per legales feminas diligenter faceret inquisicionem si esset pregnans nec ne. Et facta fuit inquisicio et missa apud Westmonasterium, set interim uenit ipsa coram iusticiariis in banco et optulit se et monstrauit eis quod pregnans fuit et hoc optulit monstrare et peciit ut uideretur, ita quod uisa fuit per preceptum iusticiariorum a xiiij. legalibus et discretis dominabus Londonie electis per maiorem et uicecomites Londonie, et uidebatur eis quod pregnans fuit, ita quod dictum fuit ei quod iret inde sine die quousque aliquis inde querelam faceret. Postea autem uenit dictus Petrus et optulit se et iterum questus fuit quod non fuit pregnans de fratre suo, ita quod per querelam suam fuit iterum resummonita. Et quesita quando uir suus obiit et ad quem terminum recessit de ea, dixit quod reuera recessit de ea die Norf.

[1-1] *fiat inde uoluntas sua*, B.
[2] A. m. 7; B. m. 1.
[3] *de Aunfeillus*, A; *Vassallum le Pullen*, B.
[4] A. m. 7 d; B. m. 1 d.
[5] *de ware*, B.
[6] A. m. 8; B. m. 1 d. Bracton, f. 69, cites this case.

Mercurii proxima post festum[1] S. Trinitatis et quod obiit die[2] Apostolorum Petri et Pauli, ita quod nunquam post diem illum Mercurii eum[3] uidit. Et Petrus hoc idem cognouit, et bene dixit quod non fuit pregnans de fratre suo et peciit ut committeretur in custodia, ita quod per consilium curie commissa fuit maiori Londonie Sahero in custodia. Et iiij. legales domine assignate fuerunt ad eam sepius uidendam et custodiendam. Postea uero uenit idem Petrus et ostendit quod terminus parturiendi si esset pregnans de fratre suo preteriit et peciit sibi iusticiam exhiberi, ita quod ipsa Muriel uenit coram iusticiariis in banco per preceptum die Mercurii proxima ante festum[4] Apostolorum Philippi et Jacobi anno secundo sequenti, et idem dixit quod prius, scilicet quod fuit pregnans et de ipso Willelmo, et bene cognoscit quod terminus suus pariendi transiit, et expectat graciam dei. Et Petrus similiter dicit quod terminus transiit et petit hoc sibi allocari. Et super hoc inuentum est quod xlviij. ebdomade transierunt post primum diem Mercurii quo ipsa cognouit quod uir suus recessit de ea.

Postea uero cognouit quod non fuit pregnans, set tamen dudum se sensit infirmitate grauatam, quod putauit quod esset pregnans. Et ideo consideratum est quod Petrus recipiatur ut heres ipsius Willelmi etc., non obstante etc.

Et super hoc uenit idem Petrus et petit iudicium si ipsa debeat inde dotem habere, desicut ipsa ad exheredacionem
[222 b.] ipsius falso se fecit inpregnatam etc. |

1504. Suth. [5]Magna assisa inter Ceciliam matrem Gaufridi petentem et Petrum de Molendino tenentem de duabus uirg. terre cum pert. et uno molendino cum pert. in Esteuetona ponitur in respectum usque talem diem pro defectu recognitorum quia tantum xj. uenerunt et uicecomes habeat corpora aliorum etc.

1505. Kent. [6]Jurata uenit recognitura ex consensu parcium, si Gaufridus de Sundernisse auunculus Roberti de Glotingham

[1] In 1220 May 24.
[2] 29 June.
[3] *eam*, A, B; in the text *eam* has been changed into *eum*.
[4] 1 May.
[5] A. m. 8 d; B. m. 2.
[6] A. m. 8 d; B. m. 2.

frater Matillidis uxoris[1] de Eure et Lorette sororis ipsius Matillidis tempore pacis et ante guerram motam etc. et in ligia potestate sua dedit Giliberto de Branctona unum iugum terre cum pert. in Chidingeham et ipsum Gaufridum[2] in seisinam inde posuit, nec ne, unde predictus Robertus, Hugo, Matillis et Loreta, uersus quos idem Gilibertus peciit quod terram illam ei warentizarent, dicunt quod predictus Galfridus non dedit eidem Giliberto terram illam nec idem Gilibertus inde seisinam habuit, nisi tempore predicte guerre, scilicet quinto die ante obitum ipsius Gaufridi, etc.

Juratores dicunt quod predictus Gaufridus nunquam ante guerram dedit terram illam eidem Giliberto, nec inde eum in seisinam posuit in ligia potestate sua, immo tempore guerre et in infirmitate qua obiit apud Londoniam ut audiuerunt, ita quod eodem die quo ipse Gilibertus tulit cartam in partes illas ad curiam domini sui uenit rumor quod idem Gilibertus[3] mortuus fuit. Et ideo consideratum est quod ipsi non warentizent cartam Gaufridi, et quod nullum ius habet in terram illam, et ideo Robertus et alii habeant seisinam suam et G. in misericordia etc.

[4]Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam de Walemere, que uacat etc., cuius aduocacionem Willelmus de Auberuilla, qui infra etatem est, clamat uersus Abbatem de Langedona. Qui uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri quia breue dicit ad ecclesiam que uacat et ecclesia non uacat immo ipse est inde persona. Et profert cartam Willelmi de Auberuilla aui eiusdem Willelmi in qua continetur quod ipse dedit etc. deo et ecclesie S. Thome Martiris[5] plures terras et plures ecclesias et inter alias ecclesiam de Walemere. Profert eciam cartam Hugonis de Auberuilla filii sui patris ipsius Willelmi, que confirmat eis omnes donaciones etc. Profert eciam plures cartas etc. tam archiepiscopi quam aliorum etc. Kent.

[1] Supply *Hugonis*, A; *Hugonis de Cliuo*, B.
[2] Sic A, B; corr. *Gilebertum*.
[3] Corr. *Gaufridus*.
[4] A. m. 8 d; B. m. 2 d.
[5] Abbey of Langdon dedicated to S. Thomas of Canterbury; see this charter in Monast. vol. 6, p. 898.

Et quia Willelmus est infra etatem et non potest respondere contra cartas, remaneat loquela sine die usque ad etatem Willelmi saluo unicuique iure suo, et tunc procedat iudicium si Willelmus uoluerit etc.[1]

1507. Suff. [2]Matillis uxor Huberti filii Huberti attornata[3] eiusdem Huberti et Agnes soror eius petunt uersus Johannem de Godingeham unam caruc. terre cum pert. in Belestede ut ius suum etc.

Concordati sunt per licenciam iusticiariorum. Et est concordia talis[4] etc. Set quia testatum est quod habent terciam sororem, scilicet Amabilem uxorem Giliberti de Auuilla, consideratum est ipsi summoneantur quod sint etc. ad ostendendum si quid clamant etc. Idem dies datus est de capiendo cirographo suo etc.

1508. Hereford. [5]Assisa uenit recognitura si Willelmus Hals pater Marsilie uxoris Willelmi de Gardino fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de uno mesuagio cum pert. in Hiche die quo etc., et si etc., quod mesuagium Walterus de Welles tenet, qui uenit et dixit quod tenuit terram illam in dotem cum uxore eius et inde uocauit eam ad warantum. Et ipsa uenit et uocauit ad warantum Idoneam filiam Ailwardi de Niche[7] primi uiri sui. Que uenit et ei warentizauit et dicit quod pater suus obiit inde seisitus et est infra etatem et petit etatem suam. Et Willelmus et Marsillia hoc cognoscunt et ideo habeat etatem suam etc.

Nota quod uir uocat uxorem suam ad warantum[6].

1509. Suff. [8]Willelmus de Boytona petit uersus Robertum de Alkereby[9] aduocacionem ecclesie de Lundr'[10] et xv. acras terre cum pert. in eadem uilla etc. et x. acras terre cum pert. in Alkeby[11] et v. acras terre cum pert. in Boytona ut ius suum etc., unde Owardus[12] auus suus fuit seisitus ut de feodo et iure etc. tempore H. Regis aui etc. capiendo inde etc., et [229] de ipso Owardo descendit ius terre illius Joscelino filio suo, et de Joscelino eidem Willelmo ut filio et heredi suo etc.

[1] Br. f. 249 b.
[2] A. m. 9; B. m. 2 d.
[3] A. has *attornata* at full length.
[4] Terms of the fine in A, B.
[5] A. m. 9 d; B. m. 2 d.
[6] See Br. f. 381.
[7] *Hiche*, A.
[8] A. m. 9 d; B. m. 2 d.
[9] [illegible], B; [illegible], A.
[10] *Lunde*, B.
[11] [illegible], B; [illegible], A.
[12] [illegible], B.

De aduocacione dicit quod quidam Angerus clericus fuit admissus ad ecclesiam illam ad presentacionem ipsius Owardi capiendo inde etc. et hoc offert disracionare per corpus etc.

Et Robertus uenit et petit uisum de tota terra. Et de aduocacione defendit ius suum et seisinam Owardi etc. tempore H. Regis etc. et totum de uerbo etc. per corpus etc.

Consideratum est quod habeat uisum de terra. Dies datus est eis etc. Postea uero quesitum fuit a predicto Roberto, si aduocacio illius ecclesie esset pertinens ad predictam terram, et ipse dixit quod bene uerum est quod pertinet ad terram illam. Et Willelmus hoc idem cognouit. Et ideo consideratum est quod de aduocacione remaneat loquela ita quod si idem Robertus defendat terram illam, ipse defendet aduocacionem ut pertinentem ad terram illam, et si idem Willelmus disracionauerit terram, disracionabit et aduocacionem ut pertinentem ad terram illam etc.

[1]Preceptum fuit uicecomiti quod diligenter faceret inquisicionem de una bouata terre et dim. cum pert. in Etona que fuerunt Willelmi Hallori qui conuictus fuit de falso sacramento tempore Dom. J. Regis facto, unde Radulfus filius et heres ipsius Willelmi petit quod Dom. Rex reddat ei terram unde pater suus fuit disseisitus predicta occasione, et quod caperet terram illam interim in manum Dom. Regis, et scire faceret precium etc. Et uicecomes mandauit quod fecit inquisicionem et illam misit que talis est, quod predictus Willelmus conuictus de falso sacramento retraxit se, et antequam uenit ad pacem Dom. Regis, obiit. Postea uero Alanus filius Alexandri de quo predictus Willelmus tenuit terram illam in capite, uendidit terram illam Johanni Haterel. Qui uenit et dicit quod idem Alanus dedit ei terram illam, et inde uocat ad warantum heredes suos, scilicet Aliciam uxorem eius, et Rogerum de Byautoft[2] et Petronillam uxorem eius sororem Alicie. Habeat uxorem suam tali die et alios ad eundem diem per auxilium curie[3], et mandetur uicecomiti quod si idem Johannes fecerit eum securum de exitibus eiusdem terre interim prouenientibus si

Noting.

Vir uocat suam uxorem ad warantum[4].

[1] A. m. 9 d; B. m. 3.
[2] *Beautoft*, A.
[3] Here B. stops.
[4] See Br. f. 381 and Case 1508.

opus fuerit, tunc dimittat ei terram illam in pace, quousque aliud inde preceptum habuerit, unde etc.

1511. Hertford. [1]Alanus[2] filius Theobaldi attachiatus fuit ad respondendum Radulfo filio et heredi Fulconis filii Theobaldi de placito quare non tenet ei finem factum in curia Regis J. inter ipsum et predictum Fulconem de manerio de Berleia cum pert. etc., unde profert cyrographum quod testatur quod finis factus fuit [3]in quadam terra in Berleia etc.[3]

Et Alanus uenit et dicit quod non debet ad hoc breue respondere, quia nunquam finis factus fuit de manerio illo, nec ipse tenet decimam partem illius manerii, nec cyrographum loquitur de toto manerio, et ideo non uult respondere etc. Et Radulfus hoc cognouit et ideo Alanus sine die et Radulfus in misericordia etc.

1512. Cornub. [4]Alanus de Dunstanuilla summonitus fuit ad respondendum Willelmo Basset quo waranto se tenet in terra ipsius Willelmi de Treuelgan cum pert., unde idem Willelmus queritur quod predictus Alanus eum inde iniuste et sine iudicio disseisiuit post ultimum redditum Dom. J. Regis de Hibernia in Angliam, et bene queritur quod per hoc etc. dapnum habet etc. ad ualenciam tanti etc.

Et Alanus uenit et dicit quod terra illa fuit aui sui et patris sui et sua hereditas est, set uerum uult dicere. Dicit quod pater suus obiit seisitus de terra illa, et tempore quo Henricus filius Comitis habuit comitatum ipse sicut alii tulit assisam mortis antecessoris super ipsum Willelmum per breue ipsius Henrici et capta fuit assisa per quam recuperauit seisinam suam, et tali waranto se tenet se in terra illa, et audiuit quod concessum fuit ipsi Henrico in pace sua quod ea que fecit racionabiliter teneantur, et petit iudicium[5]. Consideratum est quod Alanus nullum warantum habet de ingressu suo etc., et ideo Willelmus habeat seisinam suam et dampna sua etc.[6] Et inquiratur de dampnis et habeat breue quod

[1] A. m. 9 d; B. m. 3.
[2] *Alacius* or *Alacius*, B.
[3-3] *de eodem manerio*, B.
[4] A. m. 10; B. m. 3.
[5] Henry Fitz Count has claimed the county of Cornwall and has been exercising an almost royal authority there, issuing writs in his own name and so forth. He has lately abandoned his claim in consideration of a sum to be paid by the king. Rot. Cl. vol. 1, p. 457 b.
[6] What follows is not in B.

uicecomes faciat conuenire xij. etc. qui neutram[1] etc. et per eorum sacramentum etc. que dapna idem Willelmus habuit postquam inde recuperauit seisinam, et inquisicionem quam inde fecerit etc. | [223 b.]

3. [2]Preceptum fuit uicecomiti quod recordari faceret in comitatu suo coram eo loquelam que fuit in eodem comitatu tempore Dom. J. Regis inter Ricardum de Clendona petentem et Enmengardam[3] de Pottot matrem Johannis de Braybroc de duabus uirg. terre cum pert. in Braybrok, quas predictus R. clamat uersus predictum Johannem, et unde idem Ricardus dicit quod ipsa Enmergarda uocauit predictum Johannem ad warantum de eadem terra tota in comitatu, et quod ipsa postquam uocauerat eundem Johannem ad warantum de eadem terra essoniauit se de malo ueniendi in eodem comitatu et postea de malo lecti, ita quod languor ei adiudicatus fuit, etc., et quod uenire faceret Ricardum de Hintona et Ricardum de Beseuilla qui fuerunt uisores infirmitatis qua predicta Ermengarda se essoniauit de malo lecti, ad certificandum iusticiarios si ipsa habuit languorem, nec ne. Ad diem illum etc. uenerunt Ricardus Gubun, Rogerus de Herlestona, et testati fuerunt quod ipsa essoniauit se de malo lecti de placito duarum uirg. terre in Braybroc, et postea uocauit Johannem filium suum ad warantum, qui ei warentizauit, [4]et postea[4] posuit se in magnam assisam Dom. Regis uersus eum. Set quia alii duo milites qui debuerunt tulisse recordum cum aliis non fuerunt presentes datus est eis alius dies etc. Norht.

4. [5]Semannus Balistarius optulit se iiij^{to}. die uersus Elyam le Paumer de Gloucestria de placito quod reddat ei v. marcas quas ei debuit reddidisse tali die etc. per finem factum inter eos apud Westmonasterium coram iusticiariis, ita quod idem Elyas concessit quod nisi redderet ad diem illum quod idem Semmannus haberet unum mesuagium cum pert. in Gloucestria quod fuit ipsius Elye quiete in perpetuum etc. reddendo etc. Et Elyas non uenit etc. nec denarios ibi Glouc.

[1] *qui neutram partem attingant*, A.
[2] A. m. 10 d; B. m. 3 d.
[3] *Ermengardam*, A.
[4–4] *ita quod ipse Johannes postea*, B.
[5] A. m. 10 d; B. m. 4.

reddidit. Et ideo mesuagium capiatur in manum Dom. Regis, et ipse summoneatur quod sit tali die etc. auditurus iudicium suum.

1515. Sumer. [1]Elias de Bello Campo optulit se iiij^to. die etc. uersus Ricardum personam de Estbrent de placito assise ultime presentacionis quam aramiauit uersus eum de capella de Edenewrthe, et Ricardus non uenit etc., et fecit plures defaltas. Et ideo capiatur assisa per defaltam. Set ponitur in respectum usque etc. pro defectu recognitorum, quia nullus uenit, et ideo uicecomes habeat corpora eorum etc.

1516. Norf. [2]Dies datus est Bartholomeo de Clamuilla posito loco Isobelle uxoris eius et Ricardo de Berkinges de capiendo cirographo suo de dote ipsius Isobelle de iiij. xx^ti. acris terre cum pert. in Enemede etc., eo quod concordia non potuit stare sine waranto ipsius Isobelle de dote sua, scilicet Huberto filio Gaufridi. Et ideo summoneatur quod sit ad predictum terminum etc.

1517. Ebor. [3]Robertus filius Iuonis cognoscens se esse latronem appellat Adam Laf de societate latrocinii, quod simul robauerunt etc. tantum etc.[4] et unde habuit ad partem suam tantum etc.

Et Adam uenit et defendit societatem et latrocinium et totum de uerbo in uerbum[5] etc. et ponit se super patriam suam etc.

Et super hoc uenit uicecomes et testatur quod idem Adam et duo filii sui indictati fuerunt per milites et per uillatas de wapentaco per duas uices, et producit milites et alios legales homines coram quibus hoc factum fuit, qui hoc idem testantur. Et ideo[6] consideratum est quod duellum fiat inter eos etc.[7]

Idem eodem modo et de eadem societate appellat Nicholaum filium Custanc' quod interfuit omnibus predictis etc. et hoc offert etc.

[1] A. m. 11 d; B. m. 4.
[2] A. m. 12.
[3] A. m. 13.
[4] *tres charguas de ... [illegible]*, A; several other robberies are alleged.
[5] Supply *sicut uersus latronem cognoscentem*, A.
[6] See Br. f. 138 b.
[7] *et preceptum* [illegible] *Nouella et socius eius ad hoc* [illegible] *alterutri* ... A.

Et Nicholaus uenit et defendit societatem et totum[1] etc. Et dictum est uicecomiti quod faciat inquisicionem. Postea testatum est per uillatam suam et per aliam uillatam proximam quod latro est. Et ideo si Adam conuictus fuerit, ipse[2] uadiet duellum. Vicecomes capiat plegios de eo habendo ad comitatum proximum.

Item[3] et eodem modo et per eadem uerba appellat Thomam de Dichtona quod cum eo interfuit etc. et hoc offert etc.

Et Thomas uenit et defendit etc. et ponit se etc. Et uillate idem dicunt de eo sicut de Nicholao. Idem iudicium fiat de eo.

Idem et eodem modo et per eadem uerba etc. appellat Alanum Carectarium etc. quod interfuit etc. et hoc etc.

Et Alanus eodem modo respondit sicut Thomas. Vicecomes faciat inquisicionem coram iusticiariis ad hoc attornatis etc.[4] | [224.]

8. [5]Jurata inter Petronillam de Finemere petentem et Gilibertum de Finemere tenentem de iiij. uirg. terre cum pert. in Finemere ponitur in respectum usque ad talem diem etc. pro defectu recognitorum, quia nullus uenit, et bis attachiati fuerunt, et ideo omnes plegii in misericordia etc. et uicecomes habeat corpora omnium etc. Oxon.

9. [6]Robertus Purcel optulit se iiij[to]. die uersus Petrum filium et heredem Willelmi de Westona de placito quod teneat ei finem factum coram iusticiariis apud Westmonasterium tempore R. Regis inter predictos Radulfum[7] et Willelmum de duabus uirg. terre cum pert. in Saudewella unde cirographum etc. Et Petrus non uenit etc. Et uicecomes mandauit quod non manet in comitatu Oxonie et ideo attachietur in comitatu Norhamtonie quod sit tali die etc. Et sciendum quod Alicia[8] que fuit uxor predicti Willelmi uenit et dicit quod clamauit in dotem predictam terram uersus Eustachium Purcel fratrem ipsius Roberti, ita quod Oxon.

[1] *sicut uersus latronem ligatum*, A.

[2] Nicholas.

[3] Corr. *Idem*.

[4] This seems part of the case cited by Bracton, f. 153, though it does not bring out Bracton's point.

[5] A. m. 13 d; B. m. 5.

[6] A. m. 13 d; B. m. 5 d.

[7] *inter Radulfum Purcel patrem ipsius Roberti petentis*, B; A. agrees with the text, but must be wrong.

[8] *Alicia de Bendenges* B.

idem Eustachius uocauit ipsum Robertum ad warantum uersus eam, ita quod loquela ponitur ibi in respectum pro loquela que est apud Westmonasterium. Et quia loquela ista dependet de alia, preceptum est uicecomiti Oxonie quod loquelam illam ponat coram iusticiariis apud Westmonasterium ad predictum terminum etc. unde idem Eustachius uocat ipsum Robertum ad warantum, et unde loquela est in curia etc. inter ipsum Robertum et Petrum filium et heredem Willelmi quondam uiri ipsius Alicie de cuius dono ipsa clamat dotem illam.

1520. Suff. [1]Agnes de Frestona questa fuit quod Willelmus filius Eutropi et tales[2] etc. cum pluribus aliis armatis etc. uenerunt ad domum suam apud Frestonam quam ipsa habet in custodia cum Philippo filio suo ex dono Comitis Rogeri le Bigod capitalis domini feodi illius et ipsam Agnetem et filium suum de predicta domo eiecerunt, et ui et iniuste et contra pacem Dom. Regis in ea se tenuerunt, et blada et cibos et alias res eiusdem Agnetis destruxerunt etc., unde preceptum fuit uicecomiti quod haberet coram iusticiariis etc. corpora omnium predictorum etc. et aliorum quos in forcia illa inuenirent ad respondendum de transgressione illa, et quod in fide qua Dom. Regi tenebatur rei ueritatem diligenter inquireret et qui fuerunt in forcia illa, et que catalla inuenerunt in forcia illa et que catalla inde asportata fuerunt, etc.

Et uicecomes mandauit sub sigillo suo quod omnes predicti et plures alii circa xxti. quatuor de castello de Hidingham[3] ut credunt quos nominare nesciunt, uenerunt ad domum ipsius Agnetis et eam eiecerunt et ibi se tenuerunt et quod talia catalla[4] ibi inuenta fuerunt etc.

Et Willelmus filius Eutropi et tales alii ueniunt et defendunt pacem Dom. Regis etc. Set uerum uolunt dicere. Dicunt quod terra illa fuit ius et hereditas predicti Eutropi patris Willelmi. Idem Eutropus habuit unam filiam, Aliciam nomine. Placuit ei promouere ipsam filiam, et eam maritauit cuidam Willelmo de Braham quondam uiro ipsius

[1] A. m. 14; B. m. 5 d. Freston is near Ipswich.
[2] Seven other names, A. B.
[3] *Heueden'*, B. Perhaps Hedingham.
[4] Live-stock etc., A. B.

Agnetis et dedit ei terram illam in maritagium cum ipsa Alicia. Idem Willelmus et Alicia habuerunt unum puerum et semper tenuerunt terram illam. Postea uero obiit Alicia uxor eius et idem Willelmus retinuit terram illam occasione pueri quem habuit de eadem Alicia. Contigit uero postea cito quod puer ille obiit et Willelmus de Braham pater suus retinuit terram illam tota uita sua racione pueri quem habuit de uxore sua. Postea uero idem Willelmus duxit istam Agnetem in uxorem suam. Defuncto uero Willelmo, dictum fuit eis quod bene licebat eidem Willelmo filio et heredi Eutropi intrare feodum suum et terram suam que ad eum reuerti debuit pro defectu heredis, et hac racione posuit se in terram illam, et sine armis et sine multitudine gencium eiecit ipsam Agnetem, et nulla catalla ei abstulerunt, immo omnia predicta catalla remanserunt super feodum illud preterquam redditum quem inde cepit etc. scilicet tantum etc. Et quesiti quando Willelmus de Braham obiit, dicunt quod j. anno preterito et eo amplius. Et Agnes dicit quod obiit tribus annis transactis. Et ideo committuntur gaole.

Consideratum est quod ipsa habeat seisinam suam et catalla et quod ipsi satisfaciant de redditu, et sint in misericordia pro transgressione[1].

1. [2]Loquela inter Johannem filium Ricardi et Thomam filium Rogeri[3] de diuisis faciendis inter terras eorum etc. missa est ad comitatum pro defectu breuis originalis, quia non potest deduci loquela nisi super easdem terras, et ideo datus est eis dies ad proximum comitatum. | Essex. [221 b.]

2. [4]Dies datus est Matillidi et Ricardo de Fardingestona filio suo et Henrico de Braybroc de capiendo cyrographo suo de una caruc. terre cum pert. in Euermere[5] et Estwic a tali die etc. Et Ricardus habeat breue quod uicecomes per uisum legalium hominum etc. faciat habere ipsi Ricardo seisinam suam de medietate tocius terre predicte cum omni- Norht.

[1] This seems a case in which Trespass is brought for a disseisin; but I suppose that Alice could not have brought an Assize as she claimed to be in merely as guardian. The thoroughly possessory nature of the action is well brought out, for on the defendants' pleading Alice has no title.

[2] A. m. 14; B. m. 5 d.

[3] *et Johannem de Mant Virun*, A; *et Johannem de Monte Vironis*, B.

[4] A. m. 14 d; B. m. 6 d.

[5] *Euerle*, A.

bus pertinenciis suis in dominicis et seruiciis et in omnibus aliis rebus etc. et quid ei ubi etc. [illegible] ad predictum terminum [illegible] etc. per litteras etc. et per [illegible] etc.

1522. [illegible] [1]Loquela inter Willelmum de [illegible] et Johannem [illegible] dies [illegible] et Priorem de Bissopsgate de medietate [illegible] cum pert. in [illegible] remaneat sine die, quia Prior [illegible] quod [illegible], nec aliquis [illegible] Prior [illegible] et ideo sine die etc.

1524. [illegible] [2]Johannes filius Radulfi petit uersus Margeriam filiam Radulfi sororem suam j. [illegible] et xxx. acras terre cum pert. in Hatfeldia Regis[3] ut ius suum etc. Et Margeria uenit et dicit quod non tenet terram illam etc. Post uenit Johannes et cognouit quod terra illa est dominicum Dni. Regis et uillenagium. Et ideo sine die, et eat[4] ad manerium illud et secundum consuetudinem uille ibi deducatur.

1525. Norf. [5]Alicia que fuit uxor Radulfi de Norfolkia petit uersus Rogerum le Grant iiij. acras terre et dim. cum pert. in Thet'[6] ut dotem suam etc. et uersus tales etc. tantum etc. unde dotata fuit nominatim ad hostium ecclesie etc.

[illegible] Et omnes uenerunt et uocauerunt inde ad warantum Robertum filium et heredem predicti Radulfi qui presens est per summonicionem ei factam. Et dicit quod est infra etatem et quod non habet tantum terre unde possit warantizare et petit iudicium. Et alii dicunt quod sufficienter habet unde war'[8]. Et quia ipsa producit sectam quod fuit inde dotata nominatim et ipsi non dedicunt hoc, et warantus est infra etatem, consideratum est quod ipsa recuperauit seisinam suam de omnibus terris predictis, et ipsi habeant escambium ad ualenciam de terra heredis, usque ad etatem suam uel ad obitum Alicie, et tunc reuertatur terra predicta ad eos et escambium ad heredem etc.

1526. [illegible] [9]Willelmus filius Giliberti attachiatus fuit ad respondendum Angodo de Cornhurch[10] de placito quare non tenet ei finem factum inter eundem Angodum et predictum Giliber-

[1] A. m. 14d; B. m. 7.
[2] A. m. 14d; B. m. 7.
[3] Otherwise Hatfield Broadoak.
[4] *cant*, A.
[5] A. m. 15; B. m. 6d.
[6] *Thet*, A. B.
[7] By the copyist.
[8] *warantizare potest*, B.
[9] A. m. 15; B. m. 7.
[10] *Cornere*, B.

tum[1] de quinta parte feodi unius militis cum pert. in Taystede[2] unde cirographum etc. quod testatur quod idem Angodus concessit terram illam predicto Giliberto tenendam sibi et heredibus suis de ipso Angodo et de heredibus suis in perpetuum, per liberum seruicium viij. sol. per annum, et faciendo inde forinsecum seruicium quinte partis feodi etc., unde idem Angodus ostendit quod non reddidit ei releuium suum nec predictum seruicium viij. sol. ita quod ei aretro sunt centum sol., et petit quod faciat ei inde homagium suum.

Et Willelmus uenit et cognoscit finem et cyrographum et libenter illud tenebit et ei satisfaciet de reragiis suis, set dicit quod fuit infra etatem et in custodia Comitis Gloucestrie, ita quod nichil sciuit de hoc cyrographo et libenter faciet ei homagium si curia considerauerit. Et ideo consideratum est quod finis teneatur et Willelmus in misericordia quia non tenuit finem etc.

7. [3]Willelmus de Lucy optulit se iiij[to]. die uersus Abbatem de la Bruere[4] de placito vj. uirg. terre cum pert. in Dunp'[5], quas clamat ut ius suum uersus eum etc. Et Abbas non uenit etc. et habuit uisum de terra set propter nouam summonicionem pro exercitu de Byham, capiatur terra[6] in manum Dom. Regis et dies etc. Et ipse summoneatur etc. Oxon.

5. [7]Willelmus de Mara optulit se uersus Walterum de Gersindona de placito quod faciat ei homagium et releuium de feodo dim. militis cum pert. in Gersindona quod tenet etc. et unde fuit homo Bertram auunculi sui cuius heres idem Willelmus est etc. Et Walterus non uenit et summonitus etc., et ideo attachietur quod sit tali die etc. Oxon.

Et sciendum quod loquela resummonita est in tali statu quo fuit ante guerram etc. Et uisus terre unde peciit homagium petitus et datus fuit, et tunc superuenit guerra. | [225.]

9. [8]Henricus de Braybroc optulit se iiij[to]. die uersus Ricar- Buck.

[1] *Willelmum*, B.
[2] *Taxtede*, B.
[3] A. m. 15 d; B. m. 7 d.
[4] *Bruer'*, B.
[5] *Duntrop'*, A, B.
[6] *capta est terra*, B. The case had been adjourned because of the siege of Bitham Castle held by William of Albemarle.
[7] A. m. 15; B. m. 8.
[8] A. m. 15 d; B. m. 8.

dum filium Simonis de placito quod faciat ei escambium ad ualenciam duarum uirg. terre cum pert. in Burcota quas Galfridus le Parchimener[1] et Matillis uxor eius, Rogerus filius Simonis et Alicia uxor eius clamauerunt uersus ipsum Henricum per assisam mortis antecessoris, etc. unde idem Henricus uocauit ad warantum ipsum Ricardum uersus eum[2], qui uenit et ei warentizauit, et quam terram ipsi Gaufridus et Matillis, Rogerus et Alicia postea recuperauerunt uersus eundem Ricardum per eandem assisam etc. Et Ricardus non uenit etc. et preceptum fuit uicecomiti quod distringeret eum per terras et catalla sua etc. Et uicecomes mandauit quod cepit terram suam. Et ideo preceptum est uicecomiti quod capiat totam terram suam cum omnibus catallis in ea inuentis[3], et saluo custodiat ita quod manum non apponat, nec aliquis ex parte sua, eo quod subtrahit se uen'[4] in curiam ad standum iudicio curie. Ad diem illum non uenit Ricardus, et Henricus optulit se per viij. dies, et uicecomes mandauit quod non fuit inuentus immo posuit se in Abbaciam de Wardona, et quod cepit terram suam in manum Dom. Regis. Et ideo consideratum est quod Henricus recuperauit de terra et redditu ipsius Ricardi ad ualenciam predictarum duarum uirg. terre etc. et Ricardus in misericordia[5].

1530. Suff. [6]Robertus de Hulmo optulit se iiij^to^. die uersus Gilibertum de Latfordia de placito quare secutus est placitum in curia cristianitatis de laico feodo ipsius Roberti in Latfordia contra etc. Et Gilibertus non uenit etc., et clericus est et mandatum fuit Electo[7] quod haberet eum tali die etc., et tunc remanserunt placita pro exercitu. Et ideo preceptum est uicecomiti quod si idem Robertus fecerit eum securum etc. tunc summoneat ipsum Electum quod sit etc. et quod dicat ei quod habeat clericum[8].

1531. Norf. [9]Agnes que fuit uxor Joscei Fabri petit uersus Radulfum Fabrum terciam partem trium acrarum terre cum pert. in

[1] *le Pouner*, B.
[2] Sic, A, B.
[3] Here B. stops.
[4] *ueniendi*, A.
[5] For earlier proceedings see above, Cases 1293 and 1394.
[6] A. m. 16; B. m. 8.
[7] Pandulph, el. 1218, cons. 1222.
[8] *eundem clericum*, A, B.
[9] A. m. 16; B. m. 8.

Fuhelgdona[1] ut dotem suam etc., unde predictus Josceus die quo eam desponsauit[2] per assensum et uoluntatem Henrici patris sui, ita quod eam dotauit de tercia parte tocius terre quam idem Henricus tunc tenuit, et de tercia parte tocius terre que ei accidere posset, et terra illa accidit eidem Josceo, et ideo petit inde dotem suam, et inde producit sectam. Et Radulfus uenit et dicit quod non tenet terram illam, nisi medietatem trium acrarum terre etc. et preterea uillanus est et in uillenagio tenet. Et ideo ipsa sine die et perquirat se[3] si uoluerit uersus dominum suum etc.

2. [4]Henricus le Tyes et Isobella uxor eius per ipsam Isobellam attornatam Henrici optulerunt se iiij^to^. die uersus Warinum filium Nicholai de placito quare secutus est placitum in curia cristianitatis de catallis que non sunt etc. contra etc. Et Warinus non uenit et attachiatus fuit per talem etc. Et ideo ponatur per meliores plegios quod sit etc. Lond.

3. [5]Henricus Aurifaber optulit se quarto die uersus Lucam le Bleeche, Radulfum filium Hamonis, Augustinum Ruffum et Michaelem le Blom de placito quod essent prosecuturi appellum quod fecerunt uersus ipsum Henricum de falsonaria monete Dom. Regis. Et ipsi non uenerunt etc. Et quia appellum pertinet ad Dom. Regem, preceptum est uicecomiti quod habeat corpora eorum tali die etc. Kent.

4. [6]Loquela inter Priorem de Cristechurche petentem et Johannem Mautrauers tenentem de terra in Prestespidele remaneat eo quod idem Johannes obiit. Et Willelmus Mautrauers similiter recessit sine die pro morte eiusdem Johannis de placito unde idem Johannes fecit eum summoneri de falso iudicio facto in comitatu. Dors. Sumers.

5. [7]Abbas de Nutelegha optulit se iiij^to^. die uersus Magistrum Hospitalis S. Lazari de placito quod esset auditurus assisam ultime presentacionis quam aramiauit uersus eum et Hamonem de Chesel'[8] de aduocacione ecclesie de Chesel' etc. Et Magister non uenit, et summonicio[9]. Judicium resummoneatur quod sit tali die etc. Norff.

[1] *Fugelholm'*, B; *Fugheldon'*, A.
[2] Supply *eam dotauit*, A, B.
[3] Here B. stops.
[4] A. m. 16; B. m. 8.
[5] A. m. 16; B. m. 9.
[6] A. m. 16; B. m. 8.
[7] A. m. 17d; B. m. 10.
[8] *Chelleslegh'*, B.
[9] Supply *etc.* A, B.

1536. Dors. [1]Alanus de S. Georgio optulit se iiij^{to}. die uersus Jordanum de Melepais de placito quod capiat homagium suum de libero tenemento suo quod tenet etc. in Hertona. Et Jordanus non uenit. Judicium, attachietur quod sit tali die

[225 b.] etc. |

1537. Berks. [2]Radulfus de Alre optulit se uersus Abbatem de Abbendona de placito quod warentizet ei v. hidas terre cum pert. in Sudecota et duas hidas terre cum pert. in Denchewrthe, quas tenet et de eo tenere clamat, et unde cartam predecessoris sui etc. Et Abbas non uenit etc. set Frater Ricardus de Godestowe monachus uenit et dicit quod est attornatus eius per iiij. milites ad eundem Abbatem missos. Quorum duo ueniunt scilicet tales etc. quibus dies datus est talis etc. ad testificandum simul cum talibus etc. quem idem Abbas loco suo ad hoc attornauerat. Et idem dies datus est eis per essoniatores suos, et preceptum est eidem Ricardo qui se facit attornatum quod dicat eidem Abbati ne teneat placitum in curia sua de terra illa desicut ipsum Abbatem uocauit[3] ad warantum de eadem terra.

1538. Dors. [4]Rogerus de Guuiz optulit se iiij^{to}. die uersus Margeriam de Lucy de placito terre quam ipsa peciit uersus eum etc. Et ipsa non uenit etc. et habuit diem in banco, ita quod idem Rogerus se essoniauit de malo lecti in comitatu Sussexie etc. et remansit placitum occasione exercitus de Biham. Et iterum resummonetur in tali statu etc. Et ipsa non uenit et fuit petens, et ideo Rogerus inde sine die et ipsa in misericordia, et habeat tale recuperare etc. [5]Postea uenit attornatus Margerie et dixit quod deceptus fuit per uariam summonicionem. Unde curia sanauit ei defaltam. Et ideo Rogerus resummoneatur etc.

1539. Cornub. [6]Preceptum fuit uicecomiti quod uenire faceret coram justiciariis duellum quod uadiatum fuit in comitatu suo inter Walterum Scolde et Adam Blundum de ducentis frustis stagni que idem Adam ei furatus fuit ut dicit, et quod recordum illius duelli haberet per iiij. legales milites de comitatu etc., qui recordo illi etc. Ad talem diem etc.

[1] A. m. 17 d; B. m. 10.
[2] A. m. 17 d; B. m. 9 d.
[3] Ralph has vouched the Abbot.
[4] B. m. 9.
[5] This Postea is not in B.
[6] A. m. 18; B. m. 9.

uenerunt Robertus filius Ricardi et tales etc. iiij. milites de comitatu cum recordo, et recordantur quod predictus Walterus ostendit balliuis Prioris de Bomine quod stagnum fuit ei adiratum et peciit cerchiam[1] et habuit in burgo de Bomine, et primo cerchiauerunt[2] omnes domos Ade Blundi et nichil inuenerunt. Postea iuerunt ad quamdam aliam terram eiusdem Ade in eadem uilla, et inuenerunt in quodam orto sub oleribus de nouo plantatis in terra ducenta et septem parua frustra de stagno, et dixit Walterus quod stagnum illud suum fuit et domini sui Willelmi de Crewebar'[3], et inde appellauit predictum Adam, quod ipse fuit inde latro uel latronem nominare sciuit, et hoc paratus fuit probare uersus eum per corpus suum sicut ille qui uidit ipsum Adam asportantem stagnum illud, et uidit illud fundere et fodere sub terra in predicto orto, et optulit se ponere inde super uisnetum.

[4]Et Adam uenit et defendit feloniam etc. et petit uisum de stagno, et habuit, et deaduocauit stagnum quod in eo non habuit partem nec artem et bene defendit etc. Et quesitus si uellet ponere se super uisnetum, dixit quod non. Et quia idem Walterus[5] noluit se ponere super uisnetum suum et alius[6] locutus fuit de uisu et auditu, consideratum quod duellum esset inter eos, et tali modo factum fuit recordum et duellum uadiatum[7].

Et quia cognoscunt quod Adam non fuit inuentus seisitus de stagno immo illud deaduocauit, et stagnum alii simile est[8], et preterea dicit quod uidit eum fodientem stagnum in terra, et dicunt quod cerchiauerant domos ex quo sciuit quod illud fuit in terra[9], consideratum est quod duellum non iacet inter eos et quod deuadietur. Et comitatus in misericordia pro falso iudicio, et Walterus similiter in misericordia pro falso clamore,

[1] Sic A, B. He prayed a search and accordingly a search was made in the town of Bodmin.

[2] Sic A, B.

[3] The name seems to be *Crewbarwe*, B.

[4] The record of the county continues.

[5] Sic A, B; corr. *Adam*.

[6] Walter.

[7] Here the county's record ends.

[8] One piece of tin is like another.

[9] Walter asserts that he saw Adam burying the tin in the garden; why then did he begin by having a search made in Adam's house? He has contradicted himself.

[1]et habeat stagnum per pleuinam si quis uersus eum inde loqui uoluerit, etc.[1]

1540. Dors. [2]Assisa inter Willelmum de Merle petentem et Willelmum de Mowine ad recognoscendum si dim. hida terre cum pert. in Wiltingeham sit libera elemosina pertinens ad prebendam eiusdem Willelmi de Merle quam habet in ecclesia de Hastinges an laicum feodum eiusdem Willelmi[3] ponitur in respectum usque etc. pro defectu recognitorum quia tantum octo uenerunt etc.

1541. Sumers. [4]Vitalis Enganne[5] petit uersus Willelmum de Cantulupo medietatem j. caruc. terre et dim. cum pert. in Wrle ut ius suum etc. Et Willelmus dicit quod breue loquitur de Rogero Gernet et de una caruc. terre etc., [226.] | et desicut Rogerus non uenit nec sequitur uersus eum et non fit inter eos diuisio in breui, non uult respondere ad hoc breue nisi curia considerauerit. Et quia Rogerus et Vitalis uenerunt de duabus sororibus et petunt terram ut in proparte de Colon'[6] consideratum est quod Rogerus summoneatur ad sequendum simul cum Vitali si sequi uoluerit, et si sequi noluerit procedat placitum de Vitali pro parte sua etc.

1542. Suff. [7]Assisa uenit recognitura, quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam que mortua est ad capellam de Hoested'[8], que uacat etc., cuius aduocacionem J.[9] Episcopus Elyensis clamat uersus Willelmum Herui. Qui uenit et dicit quod reuera Episcopus Willelmus de Nuneliamp[10] presentauit ultimam personam que mortua est ad capellam etc., set hoc fuit per forciam suam, et tali tempore quo putauit quod guerra esset[11]. Et ideo consideratum est quod Episcopus habeat talem seisinam qualem predecessor eius habuit, et Willelmus in misericordia, et mandetur Episcopo quod non obstante reclamacione etc.

[1-1] Not in B, where the phrase of the judgment is somewhat different. Adam is to have the tin on giving security to answer future claims.

[2] A. m. 18; B. m. 9 d. The county should be Sussex, A, B.

[3] eiusdem Willelmi Maun, A.

[4] A. m. 18; B. m. 10.

[5] Engayne, B.

[6] Sic A; ut in proparte consil' (?) B. See below a case on MS. f. 250 for a case concerning Vitalis also throws light on this phrase.

[7] A. m. 19 d; B. m. 11 d.

[8] Hoested', B.

[9] John.

[10] Sic A; de Longo Campo, B. William of Longchamp.

[11] This may allude to the struggle of 1191 between Longchamp and John. See below, Case [illegible]

3. [1]Michael del Brud petit uersus Jacobum de Monte Sorelli xx. marcas, et uersus Willelmum Drogon'[2] x. marcas, et uersus Rogerum filium Radulfi ij. marcas, et uersus Aluredum de Nicole vij. marcas etc., quas ei inde debent etc. pro Ricardo de Haselbergo cuius plegii fuerunt etc., unde idem Michael profert litteras ipsius Aluredi patentes que testantur, quod nisi ipse Ricardus etc. reddat ei etc. ipse debuit[3] ei reddere centum solidos ad terminos etc., et illos ei non reddidit, et ideo petit denarios illos etc. Sumers. Dors.

Et Aluredus cognoscit litteras illas et quod plegius fuit ipsius Ricardi set hoc factum fuit tempore guerre, et non dedicit quod ipse Ricardus illos denarios non reddidit. Et ideo consideratum est quod reddat ei denarios illos eo quod Ricardus mortuus est nec habet heredem.

Et Willelmus dicit quod est infra etatem et non debet respondere de debito aui sui, et petit etatem suam. Et habet etc. Etas[4].

Et Jacobus, de quo idem Michael dicit quod Thomas pater suus cuius heres idem Jacobus est plegius fuit predicti Ricardi et inde idem Michael producit sectam sufficientem etc., uenit et defendit contra eum etc. Consideratum est quod defendat se xij. manu.

Et Rogerus filius Radulfi, de quo idem Michael dicit quod Radulfus pater suus cuius heres etc. fuit plegius eiusdem Ricardi etc., dicit quod reuera pater suus fuit plegius Ricardi, set hoc fuit tempore guerre, et ideo petit iudicium. Consideratum est quod reddat. Et preceptum est uicecomiti quod de terris et catallis ipsorum faciat etc.

4. [5]Thomas Perer optulit se iiij^to^. die uersus Robertum de Hameledona de placito j. mesuagii cum pert. in Westona, quod clamat etc. Et Robertus non uenit etc. et mesuagium captum fuit in manum Dom. Regis pro defectu quem fecit tali die etc., et uicecomes mandauit diem capcionis et quod summonitus fuit etc. Et super hoc uenit Magister Willelmus de Bathonia et dicit quod mesuagium suum est, et quod Midd.

[1] A. m. 20 d; B. m. 11.
[2] *filium Drogonis*, A. B.
[3] *debet*, B.
[4] By the copyist.
[5] A. m. 20 d; B. m. 11 d.

Robertus non habuit illud nisi ad firmam de eo et facit[1] defaltam pro iure suo ei auferendo, et profert quoddam cyrographum quod testatur quod commisit illud mesuagium eidem Roberto ad terminum etc. Et ideo preceptum est uicecomiti quod habeat corpus[2] etc.

1545. Buck. [3]Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam de Acle que uacat etc., cuius aduocacionem Dom. Rex clamat uersus Priorem de S. Frideswitda. Qui uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri quia ecclesia illa non uacat immo idem Prior est inde persona ut de illa quam recuperauit in foro ecclesiastico coram iudicibus delegatis uersus Willelmum filium Ricardi personam eiusdem ecclesie, et ideo non debet assisa procedere. Et quesitus ex cuius dono idem Willelmus habuit ecclesiam illam, dicit quod ex dono Cancellarii[4] Regis Ricardi per forciam suam et super appellum suum. Et quia Cancellarius presentauit ultimam personam etc. sub nomine Dom. Regis et Prior hoc cognoscit, consideratum est quod Dom. Rex recuperauit seisinam presentacionis sue et Prior in misericordia etc.

1546. Warr. [5]Theodorus de Wichfordia petit uersus Gilibertum de Beingewrthe[6] et Sarram uxorem eius duas hidas terre cum pert. in Otheshelue[7] ut ius suum etc.

Et Gilibertus uenit, et Gaufridus de Falkeburgo qui se facit responsalem eiusdem Sarre que se essoniauit de malo lecti et habuit languorem, ueniunt et petunt uisum. Habeant etc. Dies datus est etc. Et preceptum est uicecomiti quod mittat iiij. legales milites ad ipsam Sarram etc. ad audiendum si ipsa misit ipsum Gaufridum ad respondendum pro ea et si ipsum attornare uoluerit ad lucrandum etc. in loquela illa etc. et illos milites uenire faciat coram capital'

[illegible] iustic' cum[8] etc. |

[1] *fecit*, B.

[2] *eius in oct' Omnium Sanctorum ad rec' quid ipse iuris clamat in illo mesuagio unde Magister Willelmus dicit quod non habet illud nisi ad terminum*, B; A. agrees.

[3] A. m. 23; B. m. 14.

[4] William Longchamp, see Case 1512.

[5] A. m. 21; B. m. 124.

[6] *Bengwrth*, B.

[7] *Hokefeld*, B.

[8] *coram capital' iustic'* [illegible] *in A. capitali* [illegible].

7. [1]Henricus de Boultona optulit se uersus Robertum de Gresle de placito quod esset responsurus de diuisis faciendis inter terram ipsius Henrici in Etona[2] et terram predicti Roberti in Horewico. Lanc.

Et super hoc uenit Theobaldus Autein[3] et dicit quod in comitatu illo nulla fuit facta summonicio et Henricus hoc cognouit.

Et ideo preceptum est uicecomiti quod secundum consuetudinem regni teneat in comitatu suo loquelam et modo[4] remaneat ea occasione quod posita fuit per preceptum domini Regis apud Westmonasterium, [5]nullam districtionem inde faciat etc.[5]

8. [6]Andreas filius Radulfi de Thorpe appellat Ricardum de Rytona de Salops'[7] quod simul cum Hugone fratre suo et Regin' filius[8] eius uenit ad domum predicti Radulfi patris sui apud Thorpe et peciit ab eo redditum xxx. sol. quem idem debuit de arreragiis redditus de tenemento quod de eo tenuit in tali uilla etc., et quia statim non reddidit ei denarios illos, precepit ipse predictis Hugoni et Reginaldo ut eum occiderent, ita quod cito post misit ipse eosdem Hugonem et Reginaldum ad domum suam apud Trope et per missionem[9] eius et per preceptum nequiter et in felonia occiderunt patrem suum, et hoc uidit ipse et audiuit ubi precepit eos ut patrem suum occiderent, et hoc offert disracionare per corpus suum etc. Norht.

Et Ricardus uenit et defendit pacem Dom. Regis etc., et missionem et consilium et preceptum et totum etc. sicut curia considerauerit sicut homo qui etatem transiit, et petit sibi allocari quod non appellauit eum de facto, et ponit se super patriam utrum appellatus sit per odium et atyam uel per uerum appellum et offert Dom. Regi tantum[10] etc. pro habenda inquisicione, et dicit quod idem Hugo j. anno transacto recessit de patria sua cum quodam equo et nunquam

[1] A. m. 24; B. m. 13.

[2] *Hocton'*, B; Houghton and Horwich near Wigan.

[3] *Hautayn'*, B; *Hautei'*, A.

[4] Corr. *non* not *modo*, A, B.

[5-5] *et si aliqua lex inde uadiata fuit antequam loquela posita fuit apud Westmonasterium, nullam inde districtionem faciat*, A.

[6] A. m. 25; B. m. 15 d.

[7] *Salopesbyr'*, B.

[8] Corr. *filio*, B; *fil'*, A.

[9] *iussionem*, B.

[10] A half-mark, A, B.

rediit etc. Et quia Hugo et Reginaldus appellati de facto non uenerunt et uicecomes mandauit quod non fuerunt inuenti, dictum est Andree quod sequatur in comitatu donec utlagentur uel capiantur, et interim Ricardus sit sub plegiis scilicet talium etc.

1549. Berk. [1]Henricus de Liuckenora petit uersus Reginaldum de Albo Monasterio et Aliciam uxorem eius quod teneant conuencionem inter eos factam de xl. sol redditus cum pert. in Wynterburnia, unde idem Henricus dicit quod conuencio illa facta fuit coram insticiariis de banco, et ei aretro est redditus trium annorum scilicet sex libr. et petit arreragium suum.

Et Reginaldus et uxor eius ueniunt et cognoscunt conuencionem illam, set dicunt quod postea facta fuit inter eos alia conuencio, scilicet quod ipsi debuerunt dare ei ix. marcas pro quieta clamancia illius redditus, unde reddiderunt ei xl. sol. [2]et residuum soluent[2].

Et Henricus defendit[3] conuencionem etc., et quod nunquam recepit denarios illos et totum etc. Et ideo consideratum est quod defendat se xij. manu et ueniat cum lege tali die etc.

1550. Norht. [4]Auicia que fuit uxor Willelmi Biset optulit se iiij^to^ die uersus Willelmum Britonem de placito duarum uirgatarum terre cum pertinenciis in Thekene[5] quas clamat ut ius suum etc., et in quas idem Willelmus non habet ingressum nisi per Willelmum uirum suum cui etc. Et Willelmus non uenit set se essoniauit de malo lecti, et essonium non iacet[6], et ideo terra capiatur in manum Dom. Regis et dies etc. et summoneatur etc. Et sciendum quod uisus petitus fuit ante exercitum de Biam, et remansit sine die, et iterum remansit in eo statu etc., et essoniauit se tali die etc.

1551. Ebor. [7]Assisa uenit recognitura, quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam de Ryse, que uacat etc. cuius aduocacionem Petrus de

[1] A. m. 25; B. m. 15 d. The county is Bucks in B; Berk. in A.
[2-2] not in B.
[3] dedicit, B.
[4] A. m. 25; B. m. 15 d.
[5] Tekne, B.
[6] Br. f. 347.
[7] A. m. 26: [illegible]

Faucumbergo clamat uersus Fulconem Basset prepositum de Beuerlaco et Hugonem de Melsa. Et Fulco et Hugo non uenerunt etc., set Magister Johannes procurator suus uenit, et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia dominus suus habet libertatem quod non debet placitare extra uillam de Beuerlaco de aliquo tenemento suo, et inde profert cartam domini J. Regis que hoc idem testatur.

Et Petrus dicit quod carta illa non debet ei nocere quia idem Fulco nunquam fuit in seisina de aduocacione illa et inde petit assisam. Et ideo procedat assisa, et ipsi resummoneantur etc. quod sint coram Rege[1] etc. et omnes recognitores attachientur etc. | [227.]

2. [2]Willelmus le Petyt uersus[3] Johannem Godeherte de placito assise mortis antecessoris per Ricardum filium Willelmi tali die. Idem dies datus est omnibus recognitoribus qui uenerunt. Et sciendum quod breue originale amissum est et fuit breue Regis Johannis et iuratores testantur quod uisus factus fuit de terra, et ideo assisa capiatur sine breui etc. Hertford.

3. [4]Et ad hoc facit quod habetis in rotulo de termino S. Michaelis anno sexto incipiente vij°. com. Cumb. inter W. de Bello Campo et Willelmum le Chamberlein quod licet breue originale deperditum sit si summonitus cognoscat summonicionem et quod se essoniauit ad summonicionem, et similiter si uicecomes cognoscat quod habuit breue, tenens respondeat sine breui. Nota. Cumb.

4. [5]Abbas de S. Albano questus fuit quod Henricus Bucuinte iniuste intrusit se in terram de Stanmere que fuit Roberti de Stanmere et cuius custodia ad eum pertinet eo quod idem Robertus de eo tenuit, etc.[6] Midd.

Et Henricus habet diem etc. ad respondendum de intrusione illa.

[1] *quod sint coram domino Rege in aduentu suo apud Eboracum*, B.

[2] A. m. 28 d; not found in B.

[3] This entry is among the essoins, so understand *essoniat se*, A.

[4] See last case. This note, most of which is in the margin, is written by the copyist. Bracton, f. 189, deals with the loss of the original writ without citing cases. The form of citation here used, *Et ad hoc facit quod habetis*, is often used by Bracton.

[5] A. m. 30. The last membranes of this roll seem not to belong to Pasch. A. R. 5, and I find this case on the roll for Mich. A. R. 5 and 6, Cor. Reg. Roll. No. 12, m. 17 d.

[6] See above, Case 391, for later proceedings.

Et super hoc uenit Ricardus de la Graue et dicit quod ipse est heres de terra illa, quia quidam Serlo de Stanmere tenuit terram illam ut hereditatem suam. Idem Serlo habuit duos filios, Robertum primogenitum et Willelmum postnatum, et Robertus habuit unam filiam Marsiliam nomine que fuit uxor Roberti de Stanmere predicti, et eadem Marsilia habuit tres filios de predicto Roberto scilicet Simonem Johannem et Radulfum, qui omnes mortui sunt sine herede de corpore suo, et quia ipsi ita mortui sunt sine herede de se, debet terra illa reuerti ad eundem Ricardum uel ad illum qui fuit filius Willelmi fratris predicti Roberti et filii Serlonis, et hac racione petit seisinam suam.

Et super hoc uenit Willelmus filius Radulfi, qui est infra etatem, et dicit quod predictus Ricardus nullum ius habet in terra illa, quia reuera terra illa fuit predicte Marsilie uxoris Roberti et quod ipsa habuit tres filios, Simonem, Johannem et Radulfum. Et Simon mortuus est sine herede de corpore suo, et credit quod Johannes similiter obiit sine herede de se, set ipse est filius Radulfi tercii fratris et heres de uxore desponsata, et ideo petit seisinam suam de hereditate illa.

Et Ricardus dicit quod idem Willelmus nullum ius habet in terra illa, quia ipse non fuit de uxore desponsata, set bene potest esse quod fuit filius Radulfi de suinecagio[1] et ideo bastardus etc.

Et custos Willelmi dicit quod legittimus est et hoc bene patet quia ipse est in seisina de terra que fuit Radulfi patris sui ut heres suus.

Et Abbas dicit quod predictus Johannes auunculus Willelmi adhuc uiuit, et quod eum uidit ad concilium Lateranense[2], et petit seisinam suam talem qualem habuit quando predictus Henricus intrusit se in terram illam et cum seisinam habuerit, libenter faciet inde quicquid facere debebit, cum heres cognitus fuerit.

Et super hoc recognitum est ad scaccarium coram baronibus quod Robertus de Stanmere auus predicti Willelmi debuit[3] Dom. Regi xxiij. marcas etc.

[1] [illegible], A.
[2] The Council of 1215.
[3] *debuit* repeated.

Et Bonauita Judeus uenit et dicit quod idem Robertus debuit ei x. libr. et quod recordatum est per iusticiarios iudeorum quod idem Bonauita habuit seisinam de terra illa ut de uadio suo pro predicto debito per eosdem iusticiarios.

Et custos Willelmi dicit quod idem Willelmus non tenetur respondere de debito illo pro predicto Roberto auo suo, quia terra illa fuit hereditas Marsilie uxoris Roberti, ita quod Robertus non habuit terram illam nisi in custodia cum eadem Marsilia, et ideo petit iudicium si debeat de tali debito respondere.

Et Judeus dicit quod habuit[1] aliam terram de hereditate sua propria.

Et idem Willelmus dicit idem de debito quod Robertus debuit Dom. Regi.

Et quia contencio est inter predictos Ricardum et Willelmum quis eorum sit heres et preterea nescitur si Johannes mortuus sit nec ne, et preterea nullus dedicit quin feodum sit predicti Abbatis, consideratum est quod Abbas seisinam suam habeat ut de feodo suo, quousque constet ei quis eorum sit heres cognitus, et Dom. Rex recuperet debitum suum de terra et hereditate que fuit predicti Roberti, et Judeus similiter cum Dom. Regi placuerit post debitum suum solutum. | [227 b.]

PLACITA APUD WESTMONASTERIUM DE TERMINO S. MICHAELIS ANNO REGIS HENRICI SEXTO INCIPIENTE SEPTIMO.

Assisa uenit recognitura utrum una carucata terre cum pert. in Toulleshuth' sit libera elemosina pertinens ad prebendam Ricardi de Elingeham quam habet in ecclesia S. Martini de Londonia, an laicum feodum Roberti de Cornilla. Essex.

Et Robertus uenit et uocat inde ad warantum Decanum S. Martini et Capitulum eiusdem loci per cartam suam quam profert et que testatur, quod idem Gaufridus Decanus etc. et eiusdem ecclesie Capitulum concesserunt et hac carta con-

[1] Robert.

firmauerunt Roberto filio Roberti de Corneuilla terram de Toulleshuth' cum omnibus pert. suis que pertinet ad prebendam predicti Roberti de Corneuilla, habendam et tenendam quoad uixerit bene et in pace et honorifice, reddendo singulis annis predicto Roberto et successoribus suis xxx. sol. pro omni seruicio ad tales terminos etc. Et ut hec etc. Hiis testibus etc.

Et Decanus et Capitulum per Ricardum capellanum attornatum suum ueniunt et bene cognoscunt cartam, set non debent illam warentizare, quia non fit mentio in carta de aliquo dono, nec de homagio, nisi tantum de confirmacione et concessione, et ideo nolunt warentizare nisi curia consideraverit.

Et Robertus petit iudicium similiter desicut idem Ricardus est de capitulo et Decanus et Capitulum cognouerunt cartam, desicut ipse nichil clamat nisi in uita sua tantum, et bene cognoscit quod terra illa est libera elemosina predicte ecclesie et quod post mortem eius debet ad eam reuerti. Et ideo iuratores inde sine die et ipsi exspectent iudicium suum.

1556. Suth. Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam de Waleswrthe, que uacat ut dicitur, cuius aduocacionem Gaufridus Lucy clamat uersus Priorem *Sullunt*[1] qui non uenit etc. et habuit diem per essoniatorem suum. Et ideo capiatur assisa per defaltam, set ponitur in respectum usque ad talem diem etc. pro defectu recognitorum quia tantum iiij. uenerunt et uicecomes habeat corpora aliorum etc.

1557. Midd. Assisa uenit recognitura si Rannulfus pater Godeline fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de uno mesuagio v. acris et j. perticata terre cum pert. in Bramlegha die quo etc., unde Willelmus de Piro et Alicia uxor eius tenent etc. Qui ueniunt et uocauerunt ad warantum Willelmum filium Roberti qui est infra etatem et in custodia Rogeri Huscarle. Qui uenit et producit Willelmum et dicit quod Willelmus est infra etatem et quod Robertus pater suus obiit seisitus de terra illa et petit etatem suam.

[1] Corr. *Suwic.* Southwick, Hants; Cart. 1570. Monast. vol. 6 p. 243 See below.

Et Godelina dicit quod reuera Robertus obiit seisitus set non ut de feodo immo in custodia ut dominus capitalis illius feodi et ideo non debet inde etatem habere.

Et Rogerus custos Willelmi dicit quod Robertus obiit seisitus ut de feodo et hoc bene patet, quia idem Robertus per xv. annos ante mortem suam et eciam dum idem Robertus fuit infra etatem et in custodia domini sui capitalis habuit seisinam de terra illa. Et Godelina hoc non dedicit. Et ideo Willelmus habuit[1] etatem suam, et cum etatem Essex.
habuerit, resummoneatur loquela in eodem statu quo nunc etc.

58. Rogerus Mahaut petit uersus Agnetem de Gretingeham Suff.
aduocacionem ecclesie de Gretingeham cum pert. ut ius suum etc. unde Radulfus de Mohaut antecessor suus fuit seisitus tempore Henrici Regis senis scilicet anno et die quo etc. ita quod presentauit quemdam clericum Leouricum nomine qui ad presentacionem suam fuit admissus capiendo inde expleta etc., et de Radulfo descendit ius illius aduocacionis Roberto filio suo, et de Roberto Radulfo filio suo, et de Radulfo[2] eidem Rogero ut filio et heredi suo, et quod hoc etc. offert etc.

Et Agnes uenit et defendit ius suum et seisinam Radulfi et totum etc., set dicit quod non debet ei inde respondere, | quia de eadem aduocacione fuit finis factus in curia [228.]
regis Ricardi anno x°. inter Priorem de Gibewico petentem et Arn' de Coleuilla et Agnetem uxorem eius deforciantes per cyrographum quod ipsa profert et quod testatur, quod Michael Prior et Canonici de Gibewico remiserunt et quietum clamauerunt totum ius et clamium quod habuerunt in predicta ecclesia ipsis Arn' et Agneti uxori eius et heredibus de se et successoribus in perpetuum, et desicut finis inde factus fuit et in uita Radulfi patris eiusdem Rogeri sine clamio quod apponeret, non uult inde respondere nisi curia considerauerit.

Et Rogerus dicit quod hoc non debet ei nocere, quia pater suus tunc fuit in Wallia in seruicio Dom. Regis cum Comite Cestrie ubi tunc fuit maxima guerra inter Lewelinum

[1] Corr. *habeat* (?)

[2] Originally *Roberto*, but corrected.

et Dom. Regem et Comitem Cestrie, et inde producit sectam.

Et Agnes uenit et dicit quod bene potest esse quod idem pater suus tunc non fuit presens, et spreto hoc, ponit se in magnam assisam Dom. Regis, et petit recognicionem fieri quis eorum maius ius habeat in aduocacione illa, et offert Dom. Regi j. marcam pro habenda inquisicione de tempore Leurici persone quia obiit ante tempus illud[1]. Dies datus est etc. Et non fiat mencio in breui de tempore, set inquiratur per iuratores[2] ad assisam capiendam.

1559. Midd. [3]Willelmus de Albo Monasterio petit uersus Johannem de Trumpintona et Agnetem uxorem eius dim. uirg. terre cum pert. in Hikenham quam Radulfus le Tayllur et Beatricia uxor eius clamauerunt uersus Matillidem de Albo Monasterio per assisam mortis antecessoris, et unde eadem Matillis in eadem curia uocauit eundem Willelmum ad warantum uersus eos, qui ei warentizauit et uocauit inde ad warantum predictos Johannem et Agnetem etc.

Et Johannes et Agnes ueniunt et dicunt quod nolunt ad hoc breue respondere nisi curia considerauerit, quia idem Willelmus reuera terram illam warentizauit eidem Matillidi et postea per defaltam suam propriam illam terram amisit sine hoc quod ipsos uocasset ad warantum, et desicut per defaltam suam amisit et ipse nunc est extra seisinam petit[4] iudicium si debeant ad hoc breue respondere. Et Willelmus hoc cognoscit et petit iudicium.

Et quia Willelmus hoc cognoscit, consideratum est quod Johannes et Agnes non respondeant et ideo sine die et Willelmus in misericordia.

1560. Hertford. Iuo filius Bricii petit uersus Johannem filium Bricii unum mesuagium et viij. acras terre cum pert. in Hal[illegible] ut ius suum etc. unde ipse Iuo fuit seisitus ut de feodo et iure et in dominico tempore J. Regis capiendo inde expleta ad ualenciam etc. et hoc offert etc. sicut curia considerauerit.

[1] She wishes to make the demandant's assertion that Leofric was presented in Henry the First's time essential to the issue. See Br. f. 372, § 2.

[2] Perhaps contra.

[3] This case is cited by Bracton, f. 259 b. He mentions some circumstances in the litigation which do not appear in the note-book.

[4] Sic.

Et Johannes uenit et defendit ius suum et seisinam suam, et dicit quod non debet ei inde respondere, quia terra illa habuit quedam[1] Matillis auia sua cuius heres ipse est, et obiit inde seisita ut de feodo et hereditate sua, et post mortem suam intrauit ipse[2] Johannes ut frater eiusdem Iuonis primogenitus et heres in terram illam ut in hereditatem suam, et desicut ipsi sunt fratres ex uno patre et una matre et idem Johannes est primogenitus, petit iudicium si debeat ei inde respondere.

Et Iuo dicit quod ipsa Matillis in ligia potestate sua dedit ei terram illam per cartam suam quam profert et que testatur quod constituit eum heredem suum de terra illa et ei dedit terram illam, unde dicit quod ipsa dimisit se et exiuit de terra illa quando donum ei fecit, et fuit alibi per viij. dies et tunc rediit et remansit ibi et in custodia sua[3], et non obiit seisita ut de feodo et inde ponit se super iuratam. Et Johannes similiter ponit se super patriam quod obiit seisita ut de feodo. Et quia Iuo cognoscit quod Matillis obiit inde seisita, et quod ipsa uixit per multum tempus post donum illud, consideratum est quod Johannes eat inde quietus et Iuo perquirat sibi breue de noua disseisina si uoluerit, et sit in misericordia etc.

1. Herbertus de Stoctona attachiatus fuit ad respondendum Willelmo Comiti Warenne quare secutus est placitum in curia cristianitatis de laico feodo ipsius Comitis in Stoctona contra etc., unde idem Willelmus Comes queritur quod per hoc quod traxit eum in placitum de communa pasture et de pannagio et huiusmodi, deterioratus est etc. et inde producit sectam que etc. | Sussex. [228 b.]

Et Herbertus uenit et cognoscit bene quod exigit decimam suam de pannagio porcorum et uidetur ei quod bene potest hoc facere. De communa pasture dicit quod nichil petit nisi decimam de ouibus et agnis et lana et huiusmodi que pascuntur in pastura illa.

Et Comes dicit quod ipse exigit decimum denarium de denariis quos capit de hominibus suis sicut de redditu assiso

[1] *quedam* interlined.
[2] *ipse* interlined.
[3] See Br. f. 42.

siue pessonium fuerit siue non[1], et preterea exigit quod habere possit decimum animal in pastura illa, et hoc offert probare etc.

Et Herbertus hoc defendit nisi tantum de pannagio, unde dicit quod habere debet decimum denarium, et preterea dicit quod iudices sui nunquam post prohibicionem noluerunt procedere in causa illa.

Et Prior de Ambresbiria attachiatus ad respondendum quare contra prohibicionem etc. tenuit idem placitum etc. Et Prior uenit et defendit contra eum et contra sectam suam, quod nunquam post prohibicionem tenuit placitum illud et hoc offert defendere sicut curia considerauerit, et dicit quod non uult tenere de cetero placitum illud, et ideo sine die etc.

Et Herbertus dicit quod de pannagio uult petere decimam, siue pessona fuerit siue non, nec uult in curia Dom. Regis inde respondere quia placitum est de decimis.

Et Comes dicit quod pannagium illud est redditus assisus, et quicquid contingat de pessona debet habere redditum illum unde deterioratus est sicut prius dixit etc.

Post uenit Herbertus et dicit quod non uult amplius sequi de pannagio. Et ideo sine die prece querentis[2].

1562. Heref. Dies datus est Jordano Forestario petenti et Abbati de Certeseia tenenti de audiendo iudicio suo a tali die etc. per preceptum insticiariorum. Et sciendum quod defalta quam idem Jordanus peciit sibi allocari, que fieri debuit coram iusticiariis ultimo itinerantibus, adiudicata est ad nullam per hoc quod ipsi iusticiarii incertum diem dederunt etc.

Nota quia defalta nulla ubi iudices itinerantes dederunt incertum diem.

1563. Linc. Jurata uenit recognitura ex consensu parcium si Willelmus de Promus pater Emme uxoris Albini de Stepinges et Sare uxoris Johannis de Stanclesby et Alicie uxoris Willelmi de Ilesby die quo iter suum arripuit uersus terram Jerosolimitanam in quo itinere obiit ut dicitur fuit seisitus de una bouata et x. acris terre cum pert. in Braytoft etc. quam terram

[1] The Earl's tenants by way of pannage pay an assessed rent whether there be mast or no, and Herbert demands tithe of this rent.

[2] As to prohibitions in tithe cases see Br. f. 407.

[3] He becomes [illegible]

Juliana filia Willelmi tenet, et de decem acris terre cum pert. in Breintoft, quas Johannes filius Thome tenet, nec ne, uel si predictus Willelmus de Promys ante iter suum predictam bouatam terre etc. dedit Simoni quondam uiro dicte Juliane, et alias x. acras in Brientoft predicto Johanni filio Thome pro homagio et seruicio suo, ita quod idem Simon et Johannes fuerunt inde seisiti ut ex dono predicti Willelmi ante iter suum, nec ne, de quibus terris predicti Austinus et Emma, Johannes et Sarra, Willelmus et Alicia clamant tres partes uersus eos ut racionabilem porcionem ipsarum Emme Sarre et Alicie de hereditate predicti Willelmi patris earundem et patris ipsius Juliane cuius heredes etc.

Nota quod potest quis esse seisitus die quo iter et eodem die dare et ita non mori seisitus in itinere[1].

Juratores dicunt quod Willelmus de Promys die quo iter suum arripuit fuit seisitus de utraque terra, set eodem die quo iter arripuit dedit terras illas predictis Simoni et Johanni tali modo quod si rediret de peregrinacione sua tunc haberet terram suam, sin autem, tunc remaneret terra illa ipsis Simoni et Johanni, set reuera per magnum tempus ante iter suum prouiserat[2] eidem Johanni terram illam et quoddam scriptum ei fecerat, et die quo iter suum arripuit sigillum suum illi scripto apposuit et in seisinam eosdem Simonem et Johannem posuit. Dicunt eciam quod Hugo de Hatheringtona dedit eidem Willelmo de Promus predictam bouatam terre et decem acras pro homagio suo per octo dies antequam iter suum arriperet. Et quia idem Astinus et alii petentes dixerunt in narracione sua quod ipsi Simon et Johannes nullum ingressum habuerunt in terram illam nisi per Hugonem de Hatheringtona capitalem dominum suum qui post iter Willelmi illam terram eis dimiserat, consideratum est quod ipsi nichil capiant per hanc iuratam et sint in misericordia pro falso clamore.

Concordati sunt etc. | [229.]

4. [3]Agnes que fuit uxor Roberti de Actona petit uersus Midd.

[1] See Br. f. 261, where the point is discussed whether a person is seised on the day of his death (within the meaning of the writ of mort d'ancestor) if on that day he gives the land away.

[2] Corr. *promiserat*.

[3] This case is quoted at length Bracton, f. 306 b, *anno R. H.* 8° *coram Martino in banco;* no term is mentioned and the year is wrong, for clearly this is the case.

Isobellam que fuit uxor Aluredi de Berkinges terciam partem tercie partis unius caruc. terre cum pert. in Actona ut dotem suam etc.

Et Isobella uenit et dicit quod non debet inde dotem habere, quia ipsa Agnes reuera aliquando fuit desponsata eidem Roberto, set postea per perquisitum eiusdem Agnetis pro parentela quam ei imposuit partita fuit de ipso Roberto per censuram ecclesiasticam apud S. Paulum de Londonia. Et postea idem Robertus eandem Isobellam solempniter desponsauit apud Londoniam sine contradiccione eiusdem Agnetis. Et postea cum ipso Roberto fuit sicut cum uiro suo per septem annos et dimidium, et cum ea obiit apud Actonam ut uir suus etc.

De uxore partita a uiro propter parentelam et postea dotem petit. Episcopo ad inquirendum.

Et Agnes dicit quod nunquam partita fuit, et si ipsa Isobella ei desponsata fuit hoc fuit iniuste, quia nunquam partita fuit. Et quesita ubi moram fecit per illos septem annos et dimidium, dicit quod apud Wintoniam et quod Robertus uir suus illam posuit ibi, et quod idem Robertus moram fecerit[1] interim apud Actonam.

Consideratum est quod mandetur Episcopo Londoniensi quod cum Agnes peteret etc. predicta Isobella obiecit ei etc. quod nullam dotem habere debuit quia diuorcium celebratum fuit etc. apud S. Paulum inter eos et quod inde diligenter inquirat ueritatem etc.

1565. Johannes filius Rogeri petit uersus Hugonem filium
Norht. Roberti duas partes tercie partis dim. uirg. terre cum pert. in Ilpen' et uersus Margeriam matrem eiusdem Hugonis terciam partem tercie partis dim. uirg. terre cum pert in eadem uilla ut ius suum, unde Hawisia mater sua fuit seisita etc. tempore Regis Ricardi capiendo inde etc., quia Hawisia habuit tres filios scilicet ipsum Johannem, et Robertum patrem eiusdem Hugonis, et Radulfum filium Rogeri etc. petit terram illam sicut partem suam, quia terra partibilis est.

Et Margaria uenit et uocat predictum Hugonem filium suum ad warantum de illa tercia parte. Et Hugo uenit et ei warentizat, et respondit de toto, et dicit quod [illegible]

[1] Corr. fecit.

Hawisia fuit inde seisita sicut predictum est, set ipsa Hawisia predictam terram dedit Roberto filio suo et patri eiusdem Hugonis pro homagio et seruicio suo per magnum tempus ante mortem suam, et inde ponit se super iuratam.

Et Johannes uenit et dicit quod Hawisia nunquam terram illam ei dedit, set reuera Hawisia fuit debilis et senex, et idem Robertus et Radulfus filii sui per impotenciam suam ceperunt terram suam et illam tenuerunt et fecerunt inde uoluntatem suam dum idem Johannes fuit in partibus transmarinis ad scolas, et hoc bene patet, quia idem Radulfus nuper in curia Dom. Regis cognouit et reddidit ei partem suam de hoc quod ipse tenuit etc.

Et Hugo dicit quod Hawisia per xx. annos ante obitum suum dedit patri suo terram illam, et defendit quod terra illa non est partibilis, et offert Dom. Regi etc. pro inquisicione habenda etc.

Et Johannes dicit quod pater Hawisie habuit duos fratres et ipsi tres habuerunt tres uirgatas terre de hereditate patris eorum scilicet unusquisque unam uirgatam terre.

Post uenit Hugo, et quesitus utrum tenere se uellet ad donum Hawisie uel ad hoc quod terra non est partibilis, dicit quod ad donum. Et quesitus si quid habeat de dono, dicit quod nichil habet nisi quod pon' se super patriam. Et Johannis petit inde iudicium. Et desicut nullam cartam habet de dono, nec aliquid inde ostendit nisi simplicem uocem, consideratum est quod Johannes recuperauit seisinam suam et Hugo in misericordia etc.[1]

Abbas de Ponte Roberti[2] petit uersus Ceciliam de Auerenches quod warentizet ei manerium de Suttona cum pert. quod ipse tenet et de eo[3] tenere clamat, et unde cartam eiusdem Cecilie habet etc., unde idem Abbas queritur quod contra cartam illam implacitauit ipsa eundem Abbatem in curia cristianitatis de eadem terra et eum uexauit per quod deterioratus est et dampnum habet ad ualenciam xl. marc. etc. et inde producit sectam. Essex.

Et Cecilia per attornatum suum uenit et cognoscit cartam

[1] See Br. f. 38 b.
[2] Robertsbridge, Sussex.
[3] Corr. *ea*.

et donum et illam terram ei warentizat, et defendit etc. quod nunquam traxit eum in placitum etc. et hoc offert defendere
Nota[1]. etc. Set quia Cecilia non est presens nec potest per attornatum suum legem uadiare, datus est eis dies talis etc. et
[229 b.] tunc ueniat ipsa ad legem uadiandam etc. |

1567. Buck. Jurata uenit recognitura per xij. milites ad recognoscendum que iura et quas consuetudines Dom. J. Rex habuit de feodis Comitis Willelmi Marescalli et G. de Clare Comitis Gloucestrie in comitatu Buckingham tempore pacis ante guerram motam inter ipsum J. Regem et barones suos Anglie. Et Comes Gloucestrie uenit et presens est. Et Comes Marescallus non uenit et summonitus fuit et habuit eciam diem in banco et ideo capiatur iurata per defaltam eius.

Juratores dicunt quod tempore pacis ante guerram uiderunt quod omnia feoda de feodis Giffardi[2] exceptis dominicis fecerunt sectas sicut alie terre uicine et alia feoda de comitatu in omnibus rebus. Et ideo consideratum est quod Dom. Rex habeat seisinam suam sicut pater suus habuit, et uicecomes sectas illas recipiat etc.

1568. Midd. Thomas le Peirer petit uersus Willelmum filium Reyneri et Saherum filium Henrici unum mesuagium cum pert. in Westmonasterio ut ius suum etc., unde Petrus pater suus fuit seisitus ut de feodo et iure et in dominico tempore H. Regis etc.

Et Willelmus et Saherus ueniunt et defendunt ius suum et seisinam patris sui et totum etc. et ponunt se in magnam assisam Dom. Regis et petunt recognicionem fieri utrum ipsi maius ius habeant in mesuagio illo an predictus Thomas.

Post uenerunt omnes et ponunt se in quandam iuratam[3] de militibus et aliis secundum predicta uerba etc. Dies etc.

1569. Deuon. [4]Matillis de Curtenay petit uersus Robertum de Curtenay quem Reginaldus de Curtenay uocauit etc. et qui ei warentizauit manerium de Chamelegha cum pert. ut ius suum, et et illud unde ipsa fuit seisita ut de maritagio suo ex dono

[1] By the copyist. As to wager of law by attorney see above, Case 1124.

[2] The inheritance of the Giffards, Earls of Buckingham, had been divided between the families of Marshall and Clare. See Dug. Bar. vol. 1. p. 60.

[3] A jury is preferred to a grand assize, perhaps as more expeditious.

[4] For earlier proceedings see Case 170.

Roberti filii Regis patris sui tempore Regis H. aui etc. et postea tempore Regis Ricardi et postea tempore Regis J. capiendo inde expleta etc.

Et Robertus uenit et defendit ius suum et seisinam Roberti patris sui et seisinam suam et totum etc. Et dicit quod predictus Robertus filius Regis non habuit terram illam nisi per Matillidem de Auerenches uxorem suam cuius hereditas terra illa fuit et de ipsa Matillide descendit terra illa Hawisie filie sue matri eiusdem Roberti de Curtenay que fuit filia Willelmi de Curcy[1] uiri eiusdem Matillidis, et desicut ipsa clamat ex parte Roberti filii Regis ponit se in magnam assisam Dom. Regis et petit recognicionem fieri utrum ipse maius ius habeat in terra illa ex parte predicte Matillidis, uel ex[2] ipsa ut ex parte Roberti filii Regis sicut ipsa clamat etc.

Et Matillis uenit et dicit quod non uidetur ei quod magna assisa debeat inde fieri, quia predicta Matillis de Auerenches mater sua non habuit terram illam nisi in uita sua per conuencionem inter eas factam. Et inde profert cartam eiusdem Matillidis de Abrincis que testatur quod conuencio et finalis concordia facta est inter eandem Matillidem de Abrincis et Matillidem de Curtenay filiam eius super omnibus querelis et exaccionibus inter illas habitis, quod eadem Matillis in pace dimittit et concedit dicte Matillidi matri sue totam Chaluelegam in Deuonia et alias terras in Normannia habendas et tenendas in uita sua nisi forte habitum religionis susceperit etc., et si forte predicta M. de Abrincis obierit siue religionis habitum susceperit terre prenominate et omnes alie terre quas predicta Matillis de Abrincis tenet in Anglia et in Normannia remanebunt eidem Matillidi de Curtenay libere et quiete et absolute et heredibus suis, unde si curia considerauerit quod si[3] magna assisa debeat fieri, libenter illam concedet.

Et Robertus defendit cartam et sigillum et conuencionem et ius suum et seisinam suam sicut predictum est et ponit se in magnam assisam Dom. Regis sicut predictum est.

Et quia Robertus dedicit cartam et conuencionem, con-

[1] See above, vol. I, p. 138.
[2] Om. *ex*.
[3] Om. *si*.

sideratum est quod magna assisa sit inter eos quia ex diuersis petunt[1].

1570. Suht. Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam de Walewrthe, que uacat etc., cuius aduocacionem Gaufridus
[230.] de Lucy clamat uersus Priorem de Suwic, qui uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia ecclesia illa non uacat, quia quidam Willelmus est inde persona et fuit octo annis transactis.

Et Gaufridus dicit quod hoc non debet ei nocere quin assisa procedat, quia ipse Willelmus non fuit admissus ad ecclesiam illam per presentacionem ipsius Prioris, immo Episcopus Wintoniensis illam contulit eidem Willelmo auctoritate consilii Lateranensis.

Et postea idem Gaufridus dicit quod aliquando ante guerram motam inter Dom. Johannem Regem et barones suos Anglie, Gaufridus de Mandeuilla Comes Essexie arrainiauit assisam ultime presentacionis de aduocacione predicte ecclesie. Et superuenit guerra per quam ipsa assisa tunc remansit capienda. Unde idem Gaufridus de Lucy dicit quod predictus Gaufridus de Mandeuilla ei dedit quicquid iuris ipse habuit in illa aduocacione et petit assisam.

Et Prior dicit quod non debet inde assisa fieri et profert cartam cuiusdam Matillidis de Boclande et Roberti filii Petri fratris scilicet primogeniti Gaufridi filii Petri, in qua continetur quod ipsi Robertus et Matillis dederunt et concesserunt deo et Beate Marie de Suwik et canonicis etc. capellam de Walewrthe quantum ad eos pertinet etc. in liberam puram et Profert eciam confirmacionem Ricardi quondam Wintoniensis Episcopi, que donum illud ei confirmat, et unde uidetur ei quod assisa non debet inde fieri etc.

Et Gaufridus uenit et dicit quod ipsa carta predictorum Roberti et Matillidis non debet ei nocere, quia predicta Matillis nichil habuit in Walewrthe nisi tantummodo dotem, nec eciam predictus Robertus filius Petri unquam fuit seisitus de Walewrthe per quod donum inde ei posset facere.

[1] If both of them claimed by descent and they agreed about the pedigree there would be no grand assize.

Postea uenit idem attornatus Prioris et dicit quod Prior semper[1] post donum ei inde factum semper[1] presentauit personas unde ipse dicit quod ipse presentauit ultimam personam que obiit ante istum Willelmum qui nunc est persona nomine Rogerum.

Et Gaufridus de Lucy dicit quod antecessor predicti Comitis Gaufridi ipsum Rogerum presentauit et petit assisam suam.

Post uenit Prior et concessit assisam, set ponitur in respectum usque ad talem diem etc. pro defectu recognitorum etc.

PLACITA APUD WESTMONASTERIUM DE TERMINO S. HILLARII ANNO REGIS HENRICI FILII REGIS JOHANNIS SEPTIMO[2].

1. [3]Assisa uenit recognitura si Hugo filius Roberti auunculus Buck.
Willelmi de Heddenesora et Walteri Maunselle fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de una caruc. terre cum pert. in Chippeham die quo etc., et si etc., quam terram Robertus de Ferarriis et Johanna uxor eius tenent. Qui ueniunt et dicunt quod tenent terram illam in proparte sororum, unde uxores Willelmi de Auerenches et Johannis de Beuilla[4] sunt participes sui, et sine eis nolunt respondere nisi curia considerauerit.

Et Walterus et Willelmus dicunt quod ipsi participes non debent exspectari, quia idem Robertus et Johanna integre tenent manerium illud de Chipeham, et predictus Hugo fuit homo eiusdem Roberti et terram predictam de eodem Roberto tenuit die quo obiit, unde idem Walterus et Willelmus dicunt quod eidem Roberto remansit manerium illud sicut Willelmus de Boclande tenuit ad porcionem suam, scilicet hoc quod tenuit in dominico in dominico, et quod tenuit in homagiis et

[1] Sic.
[2] For this term B = Coram Rege Roll No. 16. A few cases I have not found, but this may be due to an almost total loss of a membrane.
[3] B. m. 2.
[4] *Beuilla*, B.

seruiciis eodem modo, et desicut idem Hugo fuit homo suus, petunt iudicium si participes debeant exspectari, nec ne.

Et Robertus et Johannes[1] hoc non dedicunt. Et ideo respondeant[2]. Et ipsi ueniunt et nichil dicunt quare etc. Et ideo procedat assisa, set ponitur in respectum usque ad talem diem pro defectu recognitorum, quia tantum x. uenerunt etc.

1572. Bed. [3]Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit etc. ad ecclesiam de Herlingedona, que uacat etc. [230 b.] | cuius aduocacionem Ricardus Pirot clamat uersus Priorem de Dunstaplia. Qui uenit per attornatum suum et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia Radulfus Pirot auus eiusdem Ricardi dedit ecclesiam illam cuidam clerico Philippo nomine qui ultimo obiit[4], et post donum illud idem Radulfus dedit domui sue[5] ecclesiam illam per cartam suam quam profert et que hoc testatur etc.[6]

Et Ricardus uenit et dicit quod carta illa de Radulfo non debet ei nocere, quia si umquam facta fuit, fuit facta postquam idem Radulfus dimiserat se de tota terra sua, et postquam idem Radulfus susceperat habitum religionis in Abbacia de Woburnia ita quod quando facta fuit, idem Radulfus nullam terram tenuit, et inde ponit se super testes nominatos in carta, et si hoc non sufficit, ponit se inde super patriam, uel super iuratam si curia considerauerit.

Et Prior dicit quod facta fuit in ligia potestate sua et dum idem Radulfus fuit in seisina de tota terra sua, ita quod post cartam illam factam, tenuit idem Radulfus terram suam per decem annos et hoc offert etc.

Et Ricardus hoc defendit. Ideo fiat inde iurata [7]et ueniat tali die[7] ad recognoscendum utrum Radulfus fuit in ligia potestate quando habuit terram etc. uel postquam se dimiserat etc. dedit domui de Dunstaplia predictam ecclesiam etc.

[1] Corr. *Johanna*, B.
[2] See Br. f. 429, 429 b.
[3] B. m. 1 d.
[4] Supply *persona*, B.
[5] *domui de Dunstaple*, B.
[6] In B. the Prior also produces charters of Robert D'Aubeny and of Henry II.
[7-7] *et ueniat per* [illegible] *ort. Pur. Be. Marie*, B. The panel for the jury is stated [illegible] differently in B. It seems that the Prior was successful. Ann. [illegible] p. 80.

3. [1]Gunnora que fuit uxor Johannis filii Hugonis petit uersus Petrum filium Hereberti terciam partem duarum parcium duarum carruc. terre cum pert. in Thedmerse[2] ut dotem suam, unde predictus Johannes quondam uir suus eam dotauit etc. Et Petrus dicit quod Matillis de Berneres habet dotem suam de eadem terra per preceptum Dom. Regis, et petit iudicium si debeat duabus feminabus[3] dotem facere. Et quia ipsa Gunnora eodem modo clamat dotem uersus eandem Matillidem, remaneat loquela sine die uersus Petrum, donec sciatur quid factum fuerit inter eam et Matillidem etc. Heres.

4. [4]Willelmus Lungespeye Comes Sarrisbirie per attornatum suum petit uersus Thomam de Berkelay cc. et xl. marcas quas ei debet pro Roberto de Berkelay fratre suo cuius heres est etc., unde profert cartam eiusdem Roberti que testatur quod idem Robertus ob magnam necessitatem suam mutuo accepit tantum etc. reddendum infra duos annos etc. contentos in cyrographo etc. Glouc.

Et Thomas uenit et dicit quod de eodem debito inplacitatur ipse a Comite Willelmo Marescallo, qui ut dicit fuit plegius Roberti fratris sui de eodem debito, ita quod loquela est super iudicium inter eum et Comitem Marescallum, et petit iudicium si ambobus de uno et eodem debito debeat respondere.

Et Comes Sarrisbirie dicit quod nichil scit de placito Comitis Marescalli, set uersus eundem Thomam sicut uersus capitalem debitorem petunt[5] debitum illud, et inde petunt[5] iudicium.

Et Thomas dicit quod idem Comes Sarrisbirie cepit se de debito illo ad Comitem Marescallum, ita quod Marescallus satisfecit inde eidem Comiti, et ipse Comes Marescallus hoc cognouit coram iusticiariis ultimo itinerantibus, et idem Comes Marescallus intrauit in soltam de lx. marcis, et inde producit sectam.

Et Comes per attornatum suum uenit et defendit contra eum et contra sectam suam, quod nunquam cepit se ad ipsum

[1] B. m. 2 d. This case is cited by Bracton, f. 306 b. For more of this dispute see Cases 1120 and 1176.
[2] *Thednesour'*, B.
[3] *uxoribus*, B.
[4] B. m. 3.
[5] Corr. *petit*, B.

Comitem Marescallum, et hoc offert defendere etc. [1]Et ideo consideratum est quod Comes defendat se xij. manu et ueniat tali die etc.

1575. Deuon. [2]Willelmus Paynel per attornatum suum petit uersus Walterum de Sonewella dim. uirg. terre cum pert. in Bro[illegible] et unum ferlingum terre cum pert. in Smithenecota et septem acras terre cum pert. in Hamme ut ius suum.

Et Robertus de Sonewella filius ipsius Walteri uenit et dicit quod Walterus pater suus essoniauit se de malo lecti et habuit languorem et adhuc languidus est et ipsum misit pro eo ut responsalem suum ad respondendum pro eo et ad lucrandum uel perdendum. Et dicit quod Abbas de Dunekeswella debet ei terram illam warentizare, et inde uocat eum ad warantum. Habeat eum tali die per auxilium curie. Et uicecomes mittat iiij. milites ad predictum Walterum ad audiendum si ipsum Robertum misit pro eo ad respondendum et si ratum habeat hoc quod ipse respond'[3] et si eum attorn'[4] etc.

1576. Buck. [5]Auicia que fuit uxor Hugonis le Heyr[6] petit uersus Johannem le Enfant terciam partem xij. acrarum terre cum pert. in Haremede ut dotem suam etc. |

[231.] Et Johannes uenit et dicit quod non tenet terram illam nisi ad terminum xviij. annorum et nichil clamat nisi terminum suum, et inde profert cyrographum quod hoc testatur, et inde uocat ad warantum Gilebertum filium et heredem predicti Hugonis qui est in custodia Willelmi Marescalli. Habeat eum per auxilium curie tali die etc. Et tunc respondeat Willelmus Marescallus de catallis eiusdem Johannis asportatis etc.

1577. Lanc. [7]Simon Grubbeheuede optulit se iiij^{to} die uersus Ricardum filium Ricardi de Lathum qui se essoniauit de malo lecti uersus eum de placito terre etc. Et Ricardus non uenit etc., set quatuor milites ad eum missi scilicet tales[8] etc. uenirent et dicunt quod fuerunt apud Lathum secundum breue Domini

[1] B. has not this judgment but gives an adjournment. Observe that the *plaintiff* is to make his law.

[2] B. m. 3.

[3] *respondeat*, B.

[4] *attornare uoluerit*, B.

[5] B. m. 2.

[6] *Hert* B.

[7] B. m. 5.

[8] Names in B.

Regis quod ad eos uenit, et ibi non inuenerunt predictum Ricardum, quia iacet apud Knolle. Et hoc idem inuentum est in rotulis ita quod error fuit clericorum, et ideo preceptum est predictis quatuor militibus quod eant apud Cnolle et eum uideant, et si non sit langor, tunc [1]dent ei diem etc. et tunc ueniant milites ad testificandum etc.[1]

[2]Alanus[3] de Bassingeburnia petit uersus Robertum de Insula aduocacionem ecclesie de Wynepol cum pert. ut ius Cantebr. suum, unde Berengerus de Borray fuit seisitus ut de feodo et iure etc. ita quod illam dedit cuidam Roberto capellano suo, qui ad presentacionem suam fuit admissus capiendo expleta etc., et de illo Berengero, descendit ius illius aduocacionis Gerardo filio suo, et idem Gerardus dedit Alexandro de Bassingeburnia patri ipsius Alani feodum dimidii militis cum pertinenciis in Winepol cum omnibus pertinenciis suis et cum toto iure quod habuit in aduocacione illius ecclesie, et de illo Alexandro descendit ius illius aduocacionis ipsi Alano ut filio et heredi suo, et quod Berengerus fuit ita seisitus et quod ita ei descendit ius etc. offert etc.

Et Robertus uenit et defendit ius suum sicut curia considerauerit et ponit se in magnam assisam Dom. Regis, et petit recognicionem fieri, quis eorum maius ius habeat etc., si curia considerauerit quod assisa debeat inde fieri. Et quia Alanus non est heres Berengeri, nec aliquid clamat nisi ex dono Gerardi, consideratum est quod nulla fiat inde assisa, et ideo Robertus inde sine die, et Alanus in misericordia quia loquitur[4] de alieno iure et alterius seisina quam antecessorum suorum[5].

[6]Simon de Drybi attachiatus fuit ad respondendum Abbati Linc. de Kyrkestedia quare non tenet ei finem factum in curia Dom. J. Regis apud Westmonasterium inter ipsum Simonem et Willelmum Abbatem predecessorem predicti Abbatis de communa pasture in Tumby[7], unde cyrographum etc. quod

[1-1] *dent ei diem a die Pasch. in tres sept. etc. idem dies datus est Simoni. Et si sit langor tunc ueniant milites eodem die ad testificandum, etc.*, B.

[2] B. m. 5.

[3] *Alexander*, B. But afterwards B. has *Alanus*.

[4] *sequitur*, B.

[5] Bracton, f. 376, cites this case.

[6] B. m. 5 d.

[7] *Tuneby*, B.

idem Abbas profert et quod testatur, quod ipse concessit predicto Abbati communam in tota pastura de Tumby omnibus propriis animalibus et pecoribus suis leuantibus et cubantibus ad grangiam suam de Longwathe, unde idem Abbas per attornatum suum queritur quod contra finem illum cepit ipse Simon aueria sua et imparcauit multociens ita quod uituli sui mortui fuerunt in parco et alia dampna ei fecit et fossata leuauit infra pasturam illam per que deteriorati sunt et dampnum habent ad ualenciam xl. marc. et inde producit sectam.

Et Simon per attornatum suum uenit et cognoscit finem et cyrographum, set defendit contra eum et contra sectam suam quod in nullo uenit contra finem, nec aueria sua cepit in pastura, nec per eum aliquod dampnum habet, et defendit deterioracionem etc. et totum etc., et hoc offert defendere etc. Et ideo consideratum est quod defendat se xij. manu, et ueniat cum lege tali die etc., et quia cognoscit finem habeat Abbas breue ad uicecomitem quod secundum proportum cyrographi habere faciat eidem Abbati communam illam, et si fossatum leuauerit infra communam illam, illud prosterni faciat ita quod pastura illa sit in eodem statu quo fuit quando concordia facta fuit inter eos etc.

1580. Wigorn. [1]Almaricus de S. Amando et Isolda uxor eius petunt uersus Ricardum de Cahannes[2] et Sarram uxorem eius terciam partem tercie partis uille de Kideministro cum pertinenciis ut dotem eiusdem Isolde, ita quod idem Ricardus et Sarra uocauerunt inde ad warantum Johannem Biset fratrem et heredem Willelmi Biset quondam uiri eiusdem Isolde, et [221 b.] Johannes summonitus fuit semel et iterum | et fecit lis defaltam, ita quod per defaltam eius capta fuit in manum Dom. Regis terra in Kideministro ad ualenciam predicte tercie partis, et uicecomes mandauit diem capcionis. Set super hoc uenit predictus Almaricus et dicit quod predicta terra in Kideministro que capta est in manum Dom. Regis sua est et quod Johannes nullam terram habet in Kideministro, quia ipse et Isolda uxor eius tenent totam terram illam in escambium terre in Suthantona. Et Ricardus et Sarra

[1] B. m. 7. [2] *Kahanneys*, B

hoc non dedicunt. Et ideo Johannes de nouo summoneatur in comitatu Suthantone quod sit tali die etc. ad warentizandum etc.

[1]Elyas de Radlegha summonitus fuit ad ostendendum quid iuris ipse clamat in xl. acris terre et in tribus acris prati in Suttona, de qua terra et de quo prato concordia facta est in curia Dom. Regis inter Priorem Hospitalis Jerosolime in Anglia et Warinum filium Warini filii Fulcheri, et unde idem Warinus dicit quod idem Elyas non habet ingressum in terram illam et pratum nisi ad terminum de ipso Warino etc., et unde idem Prior dicit quod Warinus illam terram eidem Elye dimisit postquam illam concesserat eidem Priori. Et Elyas uenit et bene cognoscit quod illam habet ad terminum xiij. annorum unde adhuc aretro sunt x. anni, et non[2] dedicit quod illas[3] recepit postquam illam dimiserat eidem Priori. Et ideo consideratum est quod Prior habeat seisinam suam secundum finem factum inter eos, et quod Warinus faciat eidem Elye escambiam ad ualenciam usque ad terminum suum completum. Kent.

[4]Jurata uenit recognitura de consensu parcium per tales[5] etc. ad recognoscendum si Dom. Elyensis Episcopus et homines sui de Chayhuthe, Eye, Hermingesheye et de Dittona solent et debent habere communam in marisco qui est inter Bodekesham terram G. de Clare Comitis Gloucestrie et predictas uillas etc. uel non, in quam iuratam predictus Johannes Episcopus et G. de Clare Comes Gloucestrie se posuerunt[6]. Cantebr.

Et omnes predicti iuratores dicunt quod sciunt bene quod Episcopi Elyenses et homines sui de predictis uillis solent habere communam suam in marisco inter predictas uillas multo tempore transacto scilicet a tempore Episcopi Gaufridi semper usque nunc[7], et ut audiuerunt dici ante tempus Episcopi Gaufridi[8], set non sunt certi si illam habere debent

[1] B. m. 5.
[2] B. omits *non*, but the text seems to be in the right.
[3] Corr. *illam*, B.
[4] B. m. 8 d.
[5] Thirteen names in B.
[6] The places are Clayhythe, Quy, Horningsea, Fen Ditton, Bottisham.
[7] *usque hodiernam diem*, B.
[8] Supply *scilicet tempore Episcopi Nigelli*, B. Nigel died in 1169 and was succeeded by Geoffrey.

de iure uel non, quia incerti sunt qualem ingressum ipsi Episcopi et homines sui habuerunt in communam illam. Dicunt eciam quod tempore Ricardi Regis debuit quedam perambulacio fieri inter predictas uillas de predicto marisco et cum homines de uisneto debuerunt [1]facere perambulacionem, nesciuerunt immo dixerunt Episcopo et suis et domino de Bodekesham Angl' etc.[1]

Et ideo consideratum est quod Episcopus et homines sui de predictis uillis remaneant in seisina sua de predicta communa sua in predicto marisco, et si Comes uoluerit implacitare eum per breue de recto, bene licebit ei. Et Comes non incidit in misericordiam, quia de consensu parcium capta fuit iurata et per conuencionem. Et Comes satisfaciat Episcopo de dampno tanti[2] etc. Et omnia appella facta occasione predicte pasture inter omnes[3] predicti Episcopi et predicti Comitis per hanc iuratam hinc inde remittuntur, ita tamen quod satisfiat eis qui dampna habuerunt tam de catallis suis quam de corporibus etc.

1583. Stafford. [4]Willelmus Ruffus summonitus fuit ad respondendum quid iuris ipse clamat in aduocacione ecclesie de Waleshale quam Magister Serlo de Sunninges tenet ex dono Dom. J. Regis patris Dom. Regis etc., et unde Dom. Rex est aduocatus, et unde idem Serlo queritur quod predictus Willelmus distringit eum et aueria sua cepit et multa alia mala ei intulit eo quod noluit habere eum pro aduocato suo de eadem ecclesia, quia iam xij. annis transactis postquam ecclesiam illam tenuit ex dono predicti Dom. J. Regis quolibet anno cepit aueria sua et blada sua de decimis suis, et ea detinuit et homines suos cepit et imprisonauit, et de quodam seruiente suo xij. marcas abstulit etc.

Et Willelmus uenit et in primo dicit quod nichil clamat in aduocacione illa nisi ad uoluntatem Dom. Regis, qui aduocatus est illius ecclesie, et ipse manerium illud tenet per

[1-1] B. has *facere perambulacionem illam facere nesciuerunt, immo dicebant Episcopo et suis et domino de Bodekesham anglice i wam is to wel etc.* The Anglo-Saxon word *gehwama* means noise; and seemingly the upshot of this, probably proverbial, saying is that bluster is all very [illegible]. Prof. Skeat, who kindly explained this to me, referred to '[illegible] dog.'

[2] Eighteen pounds, B.

[3] Sic B; corr. *homines*.

[4] B. m. 9.

antecessores Dom. Regis, et bene concedit quod Dom. Rex est aduocatus illius ecclesie, et nichil clamat in aduocacione nisi illam habere possit ex dono Dom. Regis | et uoluntate sua [232.] etc. De aliis rebus defendit contra Magistrum Serlonem et contra sectam suam quod nullum dampnum habet per eum et hoc offert etc.

Et Magister Serlo dicit quod de transgressione illa implacitauit eum ut clericus[1] in curia cristianitatis, ita quod idem Willelmus tulit breue Dom. Regis de prohibicione ne procederet in loquela illa. Dies datus est etc. nisi iusticiarii etc. prece parcium. Et Magister habeat breue si uoluerit ad iudices quod procedant etc.

[2]Walterus de Dunstauilla petit uersus Johannem Byset et Aliciam Malet uxorem eius j. carue. terre cum pert. in Culintona ut ius suum etc. Deuon.

Et Johannes et Alicia ueniunt et defendunt ius suum nunc et alias etc., et dicunt quod ipsa Alicia tenet terram illam in proparte sororum unde Johanna uxor Reginaldi de Vautort et Philippa uxor Henrici Comitis Warrewici sunt participes sui, et ideo non uult sine eis respondere nisi etc.[3] Et ideo consideratum est quod participes sui summoneantur quod sint in aduentu iusticiariorum in comitatum Deuonie ad respondendum simul cum predicto Johanne et cum Alicia si uoluerint etc. [4]Et summon' in com. Oxonie, et Reginaldus et Johanna non summon', quia inplacitantur ab eisdem de eodem etc.[4]

[5]Margeria de Chednay attachiata fuit ad respondendum Roberto filio Ricardi et talibus[6] etc. quare contra etc. secuta est placitum in curia cristianitatis de catallis que non sunt de testamento uel matrimonio etc. unde ipsi ostendunt quod ipsa petit de quolibet eorum l. marc. coram iudicibus racione domorum suarum combustarum tempore guerre, unde deteriorati sunt etc. Norf.

Et Margeria uenit et defendit etc. et dicit quod ipsi

[1] B. also has *clericus*.
[2] B. m. 9.
[3] See Br. f. 428.
[4–4] *Et Comes summoneatur in com. Oxon. et Johanna inde summoneatur quia ipsa et uir suus inplacitantur ab eodem*, B.
[5] B. m. 9 d.
[6] Other names, B.

tempore guerre combusserunt capellam suam et ornamenta capelle sue et traxerunt quandam imaginem[1] per collum suum, et de illa uiolencia traxit eos in placitum in curia cristianitatis. Et ideo consideratum est quod omnes predicti inde quieti, et prohibitum est Margerie quod non amplius sequatur et faciat ipsos absolui etc.[2]

1586. Warr. North. [3]Cecilia que fuit uxor Willelmi Shirewode petit uersus Abbatem de Cumba terciam partem unius molendini in Cottona in comitatu Warrewici et uersus Thomam clericum de Crec terciam partem unius uirg. terre et septem acr. terre cum pert. in Gyeluertoft ut dotem suam etc.

Et ipsi ueniunt et dicunt quod Willelmus uir suus adhuc uiuit, et ideo nolunt ei respondere nisi curia etc.

Et ipsa hoc cognoscit set dicit quod reddidit se religioni in domo de Cumba[4] et habet ibi habitum. Et ipsi hoc defendunt. Et ideo datus est eis dies talis etc. tunc producat ipsa sectam suam quod uir suus habitum susceperit etc.

1587. Berc. [5]Henricus de S. Walerico petit uersus Stephanum de Wlurichestona[6] dim. hidam terre cum pert. in Hectona, ita quod terra capta fuit in manum Dom. Regis pro defectu quem fecit tali die etc. Et Stephanus uenit et defendit summonicionem et defaltam etc. Et Henricus capit se ad defaltam. Et ideo consideratum est quod defendat se xij. manu et ueniat cum lege tali die etc.[7] Ad diem illum fecit Stephanus legem suam et ideo quietus de defalta et respondeat etc.

1588. Wigorn. [8]Boidinus persona de Rames'[9] et plures alii summoniti fuerunt ad respondendum Abbati de Persora quo iure exigunt communam in bosco et terra ipsius Abbatis in Wadberg'[10] desicut idem Abbas nullam communam habet in terra ipsorum Boydini et aliorum nec ipsi seruicium eidem Abbati faciunt quare communam etc. Et Bodinus et alii ueniunt et dicunt quod ipsi semper communicauerunt in terra illa et bosco ...

[1] *Sancti Johannis*, B.

[2] *et ipsa in misericordia set perdonatur per consilium Dom. Regis*, B. This is Fitz. *Prohibicion*, 29.

[3] B. m. 9 d.

[4] Cistercian Abbey in Warwickshire.

[5] B. m. 9 d.

[6] *Stephanum de Blanc Cheual*, B.

[7] B. does not show that Stephen made his law. See Br. f. [illegible] as to wager of law to disprove default.

[8] B. m. 10. See Br. f. [illegible]

[9] *Kemesya*, B. Three other defendants.

[10] *Wurteleg'*, B. Kempsey and Wadborough near Pershore.

macione quod homines eiusdem Abbatis de Wadberg'[1] communicant cum eis in Kemeseia. Et Abbas dicit quod nullum hominem habet manentem in Wadberg', nec ipse aliquam communam habet in Kemeseia, et inde ponit se super patriam. Et Boidinus et alii dicunt quod Abbas et antecessores sui semper communicauerunt in terra de Kemeseya per quod ipsi communam habuerunt in Wadberg', et si modo non uelit cum eis communicare, hoc non stat nisi per ipsum Abbatem, et quod ita cum eis communicauit ponunt se super patriam. Et Abbas similiter. Et ideo fiat inde iurata ad recognoscendum si Abbas et predecessores sui solebant communicare in pastura de Kemeseia per quod predicti homines solebant communicare in pastura de Wadberg, uel non. Et iurata ueniat tali die etc. | [232 b.]

[2]Henricus de Oylli summonitus fuit ad respondendum quare fecit finalem concordiam cum Petro filio Hereberti in curia Dom. Regis coram iusticiariis itinerantibus apud Radinges de manerio de Watlingtona cum pert. quod idem Petrus non habuit nisi de ballio Dom. Regis Johannis etc. Oxon.

Et idem Henricus uenit et dicit quod manerium illud fuit ius suum et hereditas sua, ita quod ipse aliquando implacitauit Willelmum Paynel in curia Dom. J. Regis de eodem manerio, et in tantum processit loquela illa inter eos quod concordia facta fuit inter eos tali modo quod idem Willelmus recognouit manerium illud esse ius ipsius Henrici, et idem Henricus concessit ei terram illam tenendam in uita sua tantum, et post mortem Willelmi debuit manerium illud reuerti ad ipsum Henricum et heredes suos. Post mortem uero Willelmi uenit Dom. J. Rex et cepit terram illam in manum suam per uoluntatem suam et illam dedit predicto Petro. Postea uero quando pax facta fuit, idem Henricus inpetrauit[3] Dom. Regis et implacitauit ipsum Petrum in curia Dom. Regis, et quia idem Petrus non uidit ius suum esse manifestum, concordiam cum eo fecit per licenciam iusticiariorum.

Idem Petrus summonitus pro eodem etc. eo quod tenuit Nota[4].

[1] *Waldelegh'*, B.
[2] B. m. 13.
[3] Supply *breue*, B.
[4] By the copyist.

manerium illud de ballio Dom. Regis sicut predictum est, uenit et cognoscit quod reuera illud tenuit ad uoluntatem Dom. Regis de ballio patris sui, et nichil dicit de hoc quod finem illum fecit. Set ante iudicium illius loquele factum summonitus fuit idem Henricus de Oylli ad warentizandum predicto Petro predictum manerium de Watlintona cum pert. quod tenuit et de eo tenere clamauit et unde cartam eiusdem Henrici habuit, quam protulit et que testatur, quod idem Henricus dedit eidem Petro predictum manerium cum pert. etc. et illud eidem Petro et heredibus suis contra omnes homines warentizabit etc., ita quod Henricus per summonicionem etc. uenit per attornatum suum et cognouit cartam suam, et quesiuit quis ei molestiam inferret et quare peciit warentiam. Et Petrus respondit quod audiuit dici quod Dom. Rex de eodem manerio eum conueniret. Et Henricus dixit quod libenter ei manerium illud warentizabit contra omnes homines preterquam contra Dom. Regem, et petit[1] iudicium si contra Dom. Regem debeat ei warentizare. Et Petrus petit[1] similiter iudicium desicut continetur in carta quod manerium illud warentizabit ei contra omnes homines et non excipit Dom. Regem uel alium. Unde quia Henricus cognoscit cartam suam, et preterea Dom. Rex non excipitur in carta uel alius quantum ad warentizacionem, consideratum est quod Henricus faciat escambium predicto Petro ad ualenciam predicti manerii cum pert., et quod Dom. Rex habeat seisinam suam de manerio predicto cum pert. et finis inde inter eos factus penitus adnichiletur, et quia finem fecerunt de manerio Dom. Regis sine eo, uterque ipsorum Petrus et Henricus in misericordia Dom. Regis pro transgressione illa etc.

1590. [2]Jurata uenit recognitura ex consensu parcium si Thomas
Salop. filius Odonis quondam uir Margerie de Chablewurth' die qua desponsauit ipsam Margeriam tenuit manerium de Tasselega cum pert. in feodo ita quod eam dotare potuit de tercia parte nec ne, uel si idem Thomas manerium illud tenuit de ballio Dom. H. Regis aui Dom. Regis dum Willelmus filius Alani

[1] *petiit*, B. [2] B. m. 124.

pater Johannis fuit infra etatem et in custodia sua cum terra illa etc., quia tam Johannes filius Alani uersus quem predicta Margeria clamat terciam partem predicti manerii in dotem quam ipsa posuerunt se inde in iuratam illam.

Juratores dicunt quod non intelligunt quod Thomas eam dotare potuit, quia Thomas non habuit ingressum nisi per balliam Dom. H. Regis dum Willelmus predictus fuit infra etatem et in custodia Dom. Regis. Et ideo consideratum est quod Johannes sit inde quietus et Margeria in misericordia etc.

1. Warinus de Hamet optulit se uersus Ricardum de Mane- Cornub.
tona de placito medietatis sex ferlingorum terre cum pert. in Clemestona, quam clamat ut ius suum etc. Et Ricardus non uenit et habuit diem in banco postquam pecierat uisum de terra, ita quod attornauit loco suo Georgium filium suum nominatum in breui, et Georgius se essoniauit de malo lecti et essonium non iacuit quantum ad hoc quod fuit attornatus patris sui[1]. Et ideo consideratum est quod medietas capiatur in manum Dom. Regis et quod Ricardus summoneatur quod sit in aduentu iusticiariorum etc.

2. [2]Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis Norht.
presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam de Hochecota[3], | que uacat etc. cuius aduocacionem Theo- [233.]
baldus de Bray et Matillis uxor eius clamant uersus Thomam Murdac et Robertum de Chacumba, qui ueniunt.

Et Thomas dicit quod Rogerus Murdac pater suus presentauit ultimam personam etc. Et Theobaldus et Matillis hoc idem dicunt, set dicunt quod ipsi tenent manerium illud in dotem ex dono predicti Rogeri quondam uiri predicta[4] Matillidis, et bene concedunt quod Thomas est heres Rogeri et quod nichil clamant nisi nomine dotis.

Et Robertus uenit et remittit clamium suum, et recognoscit aduocacionem illam esse ius Matillidis ut de dote sua, et eis reddidit unam cartam quam habet inde.

Et Thomas dicit quod ipsi non debent racione dotis ad ecclesiam illam presentare, quia de eodem manerio tulit ipse

[1] See Br. f. 349 b.
[2] B. m. 12 d.
[3] *Herlecota*, B.
[4] Corr. *predicte*.

assisam noue disseisine uersus duos homines per quos ipsi Theobaldus et Matillis habent manerium illud ita quod assisa summonita est coram iusticiariis itinerantibus, et petit iudicium si super hoc debeant clericum presentare.

Et Theobaldus et Matillis dicunt quod habuerunt seisinam de dote illa per breue Dom. Regis quod directum fuit uicecomiti Norhantone, et dicunt quod uicecomes habuit breue illud, et petit quod breue mandetur. Et ideo uicecomes sine dilacione habeat breue illud ad talem diem etc.

Ad diem illum misit uicecomes breue Dom. Regis per quod fecerat eidem Matillidi seisinam de terra de Hochetona[1], et mandauit per litteras suas quod receperat inde quatuor breuia Dom. Regis de eodem et quod Dom. S. de Segraue recepit in itinere suo tria[2] breuia per que Matillis habuit seisinam suam, et quod Dom. Rex precepit ut eam in seisina sua manuteneret. Et ideo consideratum est quod Theobaldus et Matillis habeant seisinam suam de aduocacione et Thomas in misericordia etc.

1593. Kent. Nota[3]. Magna assisa uenit recognitura per Henricum de Cobbeham et plures alios etc. ad recognoscendum utrum Willelmus Briwere qui petit maius ius habeat in una carue. terre cum pert. in Newetona uel Galfridus de Lucy qui tenet, et si idem Willelmus unquam inde seisinam habuit ut de iure etc.

Juratores dicunt quod Roheysia de Douere filia Gaufridi de Lucy primogeniti filii Ricardi de Lucy habuit Newetonam scilicet predictam terram cum pert. ut hereditatem suam et eandem terram dedit Gaufrido de Lucy qui nunc tenet fratri suo pro homagio et seruicio suo et per cartam suam, et Gaufridus inde seisitus fuit diu quousque Dom. J. Rex eo quod iratus fuit cum eodem Gaufrido disseisinit eum de tota terra illa et de aliis terris suis, et quando disseisitus fuit uenit predicta Roeysia et finem fecit cum Dom. J. Rege pro habenda hereditate sua, et habuit per finem illum seisinam de predicta terra, et tunc ipsa et Nicholaus uir suus dederunt per cartam eandem terram predicto Willelmo Briwere etc.

[1] *Hechentun'*, B.
[2] *omnia* not *tria*, B.
[3] By the copyist.

bene dicunt quod ille cui factum fuit primum donum maius ius habet sicut eis uidetur etc. Dies datus est eis de audiendo iudicio suo coram capitali iusticiario et coram boronibus[1] etc.

Prior de Mertona summonitus fuit ad respondendum Surr. Priori Noui Hospitalis de Bissopesgate quod permittat eum presentare idoneam personam ad ecclesiam de Dittona que Nota[2]. uacat etc.

Et Prior[3] uenit et dicit quod iuste impedit eum presentare, quia Petrus de Talewrthe cuius hereditas terra illa in qua sita est ecclesia fuit, ecclesiam illam dedit ecclesie de Mertona, et inde profert cartam eiusdem Petri que testatur etc. Profert eciam multas cartas donum illud confirmantes etc.

Et Prior[4] dicit quod carta Petri non debet ei nocere quia idem Petrus reddidit se religioni in domo de Mertona, et si cartam illam fecit, illam fecit postquam reddidit se et postquam dimiserat se de tota terra illa et habitum religionis susceperat.

Et postea uenit Prior de Mertona et dicit quod ecclesia illa non uacat immo Hugo de Riches est inde persona ad presentacionem suam. Et Episcopus Wintoniensis[5] presens est et hoc recordatur in banco, et dicit quod eum iamdudum admisit ad presentacionem eiusdem Prioris Mertone. Et quia breue dicit quod ecclesia uacat, consideratum est quod Prior de Mertona eat inde sine die et Prior Noui Hospitalis in misericordia.

[6]Matillis que fuit uxor Ade Lond' petit uersus Rogerum Kent de Lenham quem Thomas de Grenecherste[7] uocauit ad warantum et qui ei warantizauit medietatem quatuor acrarum terre cum pert. in Offeham ut dotem suam etc. | [233 b.]

Et Rogerus uenit et dicit quod Adam uir suus adhuc uiuit et est in Terra Sancta in peregrinacione sua.

Et Matillis nullam sectam producit quod mortuus sit, set dicit quod audiuit dici quod mortuus est. Ideo dies datus est in aduentu iusticiariorum prece petentis et tunc produ-

[1] Corr. *baronibus*. This case seems reserved for a parliament, perhaps because it involves a disseisin done by King John.

[2] By the copyist.

[3] Prior of Merton.

[4] Prior of the Hospital.

[5] Peter des Roches.

[6] B. m. 14 d.

[7] *Grenestede*, B.

cati [1]ipsa sectam suam quod uir suus sit mortuus et Reginaldus similiter quod sit uiuus[1].

1596. Kent. Stephanus de Ulmis summonitus fuit ad respondendum Hugoni de Stanfordia et Johanne uxori eius quare ipse duxit in uxorem Johannam que fuit uxorem Gileberti de Tilmanestona que est de donacione ipsorum Hugonis et Johanne etc. et eadem Johanna uxor eiusdem Stephani eodem modo summonita fuit ad respondendum quare ipsum Stephanum cepit in uirum, et unde idem Hugo et Johanna dicunt quod Gilebertus predictus et Johanna uxor eius tenuerunt feodum suum in Sturmeye de eis et hac racione fuit ipsa Johanna de donacione eorum et sine eis non debent[2] maritari.

Et Stephanus et Johanna uenerunt et uocauerunt ad warantum Archiepiscopum Cantuariensem[3] quod per assensum eius et uoluntatem eius maritati sunt. Et Archiepiscopus per attornatum suum uenit et bene eis warentizat, quia Gilebertus predictus quondam uir Johanne et ipsa Johanna tenuerunt de eo predictum feodum suum et de predecessore suo Archiepiscopo Huberto[4], et ipse est in seisina de feodo illo et de seruicio illius feodi, et hac racione est eadem Johanna de donacione eius. Et Hugo et Johanna ueniunt et dicunt quod Archiepiscopus iniuste dicit quod Gilebertus tenuit de eo, quia tenuit de eis ut ille qui fuit filius postnate sororis matris predicte Johanne uxoris eiusdem Hugonis, et tenuit de eis sicut de illa Johanna que fuit filia primogenite sororis, et numquam seruicium fecit Gilebertus predicto Archiepiscopo, et inde ponunt se super iuratam[5]. Et attornatus Archiepiscopi dicit quod est in seisina de seruicio illo et de feodo suo et non uult ponere se super aliquam inquisicionem nisi curia considerauerit, set dicit quod Gilebertus fecit homagium Archiepiscopo Huberto et ei fecit seruicium suum tota uita sua, et postea fecit homagium predicto Archiepiscopo qui nunc est, et inde ponit se super iuratam. Et Hugo et Johanna similiter.

Et ideo fiat inde iurata et ueniat tali die ad recognoscendum

[1]-[1] *ipse sectam suam quod uiuus sit*, B. See as to the burden of proof, Br. f. 301 b.

[2] Sic.

[3] Stephen Langton.

[4] Hubert Walter, ob. 1205.

[5] As to the relation of [illegible] to the lord, see Br. f. 7[illegible].

dum si predictus Gilebertus tenuit tenementum suum de Sturemye de Archiepiscopo Huberto, et ei fecit homagium, et si post mortem eiusdem Huberti Archiepiscopi fecit homagium suum predicto Archiepiscopo Stephano et seruicium suum tempore pacis uel non.

7. [1]Durandus de Grenestona[2] queritur quod iter perexit uersus S. Jacobum et dimisit uxorem suam in domo sua apud Norwicum cum catallis suis scilicet xxx. marcis ad tres filias suas consulendas[3] et cum catallis suis talibus[4] etc. et armis talibus etc., ibi uenit Henricus de Ver cum ui sua et in pace Dom. Regis et in felonia abduxit uxorem suam quam habuit ex dono J. Regis et omnia predicta catalla asportauit, ita quod in reditu suo de peregrinacione sua inuenit ipsum Henricum seisitum de uxore sua in uigilia Circumcisionis Domini tali anno et apud talem locum[5] etc. et uidit[6] ipsum Henricum seisitum et alibi sepius seisitum de quodam ense etc. per quod intelligit quod habuit totum residuum predictorum catallorum, et hoc offert etc. sicut curia considerauerit. Et Henricus uenit et defendit pacem etc., et roberiam etc. et quod non abduxit uxorem suam et quod non uidit eum de ea uel de ense seisitum etc., et petit sibi allocari quod ipse[7] loquitur de uisu uel auditu roberie. Et Durandus quesitus quid fecit quando uidit Henricum seisitum de suo ense et de uxore sua, dicit quod nichil nisi tantum quod monstrauit ad comitatum. Et ideo quia non loquitur de auditu uel de uisu, consideratum est quod nullum est appellum, et Henricus inde sine die et Durandus pro falso clamore in misericordia etc.[8] Norf.

8. Laurencius de Mudefeldia petit uersus Abbatem de Bello j. mesuagium cum pert. in Bello et plures tales etc. tantum etc. Sussex.

Et Abbas uenit et petit curiam suam et profert cartas[9] antecessorum Dom. Regis per quas conceduntur ei omnia

[1] B. m. 15.
[2] *Gremeston'*, B.
[3] *maritandas*, B.
[4] Specified in B.
[5] *Wadenho*, B.
[6] Supply *ibi*, B.
[7] Supply *non*, B.
[8] This case is cited by Bracton, f. 141 b, where the appellor is called Durandus Scissor. It may be Fitz. *Trespass*, 244.
[9] See the Battle charters in Monast. vol. 3, p. 247.

iura et libertates infra leucam quas Dom. Rex habere possit, et quod Abbas eiusdem loci sit iudex de omnibus placitis infra leucam illam. Et ideo Abbas habeat curiam suam.

1599. Midd. [1]Decanus et Archidiaconus Londonie attachiati fuerunt ad respondendum Waltero de Turbereuilla quare contra etc. tenuerunt placitum in curia cristianitatis de catallis eiusdem [234.] Walteri que non sunt de testamento uel de matrimonio etc. Et Decanus et Archidiaconus ueniunt et defendunt contra eum et contra sectam suam, quod nunquam de aliquibus catallis suis tenuerunt placitum, set uerum uolunt dicere. Dicunt quod Prior Hospitalis Jerosolime in Anglia questus fuit coram eis auctoritate litterarum Dom. Pape quod predictus Walterus uenerat tempore pacis ad domum suam apud Hanestie[2] et ibi fregit portam suam et fratres eorum uerberauit et male tractauit et catalla sua asportauit de illo loco, desicut locus benedictus est sicut cimiterium, et de illa uiolencia plac'[3], ita quod Walterus uenit coram eis et sponte intrauit in responsum, et tandem attestaciones puplicate fuerunt et placitum finitum fuit priusquam unquam idem Walterus tulisset prohibicionem, set quia uidit quod sententia ipsum grauaret, ideo fecit de eis querelam. Et Walterus hoc totum cognoscit, et dicit quod apposuerunt feloniam et roberiam, et quod Walterus debuit uenisse cum equis et armis ad domum illam etc. Et alii hoc defendunt et dicunt quod nunquam apposuerunt feloniam nec huiusmodi immo de uiolencia illa etc. unde idem Prior probauit dampnum suum ad ualenciam lx. libr. etc. Et quia Walterus cognoscit quod de illa uiolencia sicut ipsi dicunt tractus fuit in causam, consideratum est quod iudices inde quieti et Walterus in misericordia etc.

1600. Buck. [4]Lucia que fuit uxor Henrici de la Sere appellat Colinum[5] de la Penne quod sicut Henricus uir suus iuit in pace Dom. Regis in campo de Benekefeldia[6] ad querendum equum suum tali die etc. circa mediam noctem, uenit predictus Colinus et

[1] B. m. 18. This is Fitz. *Prohibicion*, 30.

[2] *Hanestede*, B. There was a preceptory at Anstey in Wilts, another at Hampton in Middlesex.

[3] *tenent placitum*, B. [illegible] 107.

[4] B. m. 18.

[5] *Nicholaum*, B.

[6] *[illegible]*, B.

cum ui sua, et assultauit ipsum Henricum uirum suum, et nequiter et in felonia et in assultu premeditato eum prostrauit ad terram, et percussit eum quodam palo in capite unde obiit, et quod hoc fecit nequiter et in felonia et in pace etc. offert probare sicut curia considerauerit, sicut illa que interfuit et hoc uidit ita quod eum tenuit inter brachia sua etc.

Et Colinus uenit et defendit pacem Dom. Regis etc. et totum de uerbo etc., et ponit se super patriam suam de bono et de malo quod eum non occidit, nec interfuit ubi occisus fuit, nec in consilio uel auxilio, et quod non fuit occisus per eum.

Et eadem appellat tales[1] etc. de ui, quod fuerunt in forcia ubi uir suus occisus fuit, et hoc etc.

Et omnes appellati ueniunt et defendunt pacem Dom. Regis et totum etc. et ponunt se super patriam quod non sunt inde culpabiles. Et ideo mandatum est uicecomiti Hertfordie quia occisus fuit in comitatu illo iuxta comitatum Buckingham quod uenire faciat xij. etc. de proximo uisneto etc.[2] qui nec Colinum nec Luciam aliqua affinitate etc. et preterea de quatuor proximis uillatis de qualibet uillata sex legales etc. et prepositum ad certificandum iusticiarios die tali etc. de morte predicti Henrici unde Lucia eum appellat. Et preterea preceptum tali seruienti de comitatu[3] quod eodem modo faciat uenire ad diem illam xij. liberos etc. et quatuor uillatas. Et omnes appellati de ui committuntur in custodiam talium etc. habendi eos ad summonicionem Dom. Regis, et ipsi ceperunt in manum respond' de omnibus catallis dicti Colini, et Colinus committatur gaole[4] etc.

1. [5]Engelardus de Pratellis et Sibilla uxor[6] petunt uersus Deuon.
Reginaldum de Vautort[7] et Johannam uxorem eius terciam partem unius carue. terre cum pert. in Culintona ut dotem eiusdem Sibille, et uersus tales[8] etc. tantum etc. ut dotem etc.

[1] Six names, B. They are appealed as accessories.

[2] *uisneto de la Stoke*, B.

[3] *Willelmo Russel seruienti de Com. Bucking.* B.

[4] *de Flete*, B. It appears from B. m. 19, that Colin was found guilty and hanged.

[5] B. m. 16 d.

[6] Supply *eius*, B.

[7] *de Valle Torta*, B.

[8] Alice Malet, Gilbert Basset, Thomas Marcey. B.

Et omnes ueniunt et dicunt quod Walterus de Dunstan-uilla clamat[1] totum manerium illud uersus eos per breue Dom. Regis quod prius impetratum fuit et ideo nolunt ad duo breuia respondere nisi curia considerauerit. Et Engelardus et Sibilla hoc cognoscunt et dicunt quod Walterus est warantus eiusdem Sibille de dote sua. Et ideo consideratum est quod non respondeant ad hoc breue donec sciatur quid factum sit de Waltero, et ideo inde sine die etc.

1602. [2]Matheus filius Willelmi Marescalli petit[3] uersus Adam filium Iuonis de Brantestona duas uirg. terre et unum mesuagium et unum toftum cum pert. in Kinemundecota[4] ut ius suum etc. Et Adam post essonia sua facta uenit coram iusticiariis in banco et petit alium diem et habuit preparcium scilicet talem etc., et tunc non uenit etc. unde consideratum fuit quod terra caperetur in manum Dom. Regis et quod Adam summoneretur ad audiendum iudicium suum. Ad diem istum uenit Adam, et uicecomes mandauit quod ceperat terram in manum etc. Et Adam uoluit deaduocare terram et dixit quod fuit Iuonis patris sui, et Iuo presens est et hoc idem dicit, set numquam alias apparuit in curia nec clamium suum apposuit, nec aliquid aliud dicit nisi tantum quod terra filii sui sua est. Et ideo consideratum est quod Matheus recuperauit seisinam suam per defaltam, et Adam in misericordia etc. |

Leic.

Nota[5].

[234 b.]

1603. [6]Cristiana que fuit uxor Johannis filii Sowar'[7] petit uersus Abbatem de Eynesham unum mesuagium cum pert. in Oxonia ut dotem suam, unde Johannes uir suus eam dotauit nominatim.

Oxon.

Et Abbas uenit et dicit quod Johannes uir suus dedit illud mesuagium domui sue et profert cartam suam que donum illud testatur et uocat inde ad warantum Johannem filium et heredem predicti Johannis, qui presens est et infra etatem. Et Abbas petit quod illud ei warentizet. Et Johannes est infra etatem, et petit etatem suam. Et Cristiana quesita si habeat sectam quod inde dotata fuerit

[1] See above, Case 1581.
[2] B. m. 18.
[3] *petiit*. B.
[4] *Hunemundecota*. B.
[5] By the copyist.
[6] B. m. 18
[7] *Sewi*. B.

nominatim, dicit quod non habet nisi unum testem, set ponit se inde super iuratam[1]. Et Abbas dicit quod nescit si ita fuit dotata, nec ne. Postea ponunt se in iuratam hinc inde. Et ideo mandatum est uicecomiti quod diligenter inquirat qui interfuerunt ubi predictus Johannes desponsauit etc. et per eorum et aliorum sacramentum etc. diligenter inquirat si idem Johannes dotauit eam nominatim de predicto mesuagio uel non, et inquisicionem etc.

4. [2]Barbota que fuit uxor Manasseri de Hastinges petit uersus Robertum de Hastinges terciam partem unius caruc. terre cum pert. in Grench' et Gillingeham in com. Kancie et tantam terram etc. in com. Essexie ut dotem suam, et ut illam unde Manasserus uir suus fuit seisitus die quo obiit etc. Kent.

Et Robertus uenit et dicit quod non debet ei respondere quia ipsa habet uirum Petrum de Moneuilla[3] nomine et desicut de eo non fit mencio in breui de eo[4] non uult ei respondere nisi curia considerauerit.

Et Barbota defendit quod nullum habet uirum, set reuera predictus Petrus implacitat eam in curia cristianitatis et illam petit. Et Robertus dicit quod Petrus fuit cum ea sicut uir suus ad focum et locum etc. Et ideo datus est dies etc., et tunc producat Robertus sectam suam si uoluerit quod habet uirum et ipsa similiter etc.

5. [5]Preceptum est uicecomiti Wiltescire quod uenire faciat ad proximum comitatum suum coram G. le Sauage[6] et coram custodibus etc. Johannam que fuit uxor Jordani de S. Martino que se facit pregnantem coram eis et per discretos et legales milites et per discretas et legales mulieres faciat eam uideri et diligenter tractari a predictis mulieribus per ubera et per uentrem omnibus modis quibus melius poterint inde certiorari, utrum ipsa pregnans sit, nec ne. Et si G. predictus et predicti milites et mulieres uiderint quod pregnans sit, tunc per consilium Rogeri Marcel et Cristiane Wac committatur Wilt.

[1] See Br. f. 304 b.
[2] B. m. 18.
[3] *Memeuilla*, B.
[4] Om. *de eo*, B.
[5] B. m. 19.
[6] Geoffrey le Sauvage, for whom see Foss, *Judges of England*, vol. 2, p. 461, seems sent to preside as judge at this inquiry in the county.

alicui legali militi in custodiam, ita quod nulla domicella cum ea sit que pregnans sit, uel aliqua de[1] aliqua suspicio haberi possit alicuius falsitatis faciende, quia mittitur ibi predictus G. ut cum eo et per eum istud negocium perducatur ad effectum, etc.[2]

1606. Warr. [3]Willelmus de Stuteuilla et Margeria uxor eius petunt uersus Willelmum de Grenuilla quod reddant eis Cristianam filiam et heredem Jordani Pincerne cuius custodia pertinet ad eos racione feodi militaris quod idem Jordanus de eis tenuit in Dimescherche etc.

Et Willelmus uenit et defendit quod illam non habet nec habuit quando breue fuit inpetratum, nec antea nec postea nec aliquid clamat in ea, immo Walterus de Wardona illam habet.

Et Willelmus et Margeria ueniunt et dicunt reuera quod Walterus illam habet et per ipsum Willelmum de Grenuilla etc. et per balliam suam et inde producunt sectam etc.

Et Willelmus hoc defendit contra eos etc. Et ideo consideratum est quod Willelmus defendat se xij. manu, et
[illegible] ueniat cum lege tali die etc. |

PLACITA APUD WESTMONASTERIUM DE TERMINO PASCHE ANNO REGNI REGIS HENRICI FILII REGIS JOHANNIS SEPTIMO.

1607. Bed. [4]Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam de Abselegha, que uacat etc., cuius aduocacionem Falkesius de Breaute clamat uersus Priorem de Dunstaplia et Priorem de Nywenam, qui[5] uenerunt et bene concesserunt assisam. Postea quesitus Falkesius de cuius morte arainiauit predictam assisam, dicit quod de morte cuiusdam Nicholai clerici qui ultimo obiit persona in eadem ecclesia ad presentacionem cuiusdam Rogeri de Saleferdia, et presentacionem illam petit ipse.

[1] Supply *qua*. B.

[2] As to these precautions see Br. f. 69.

[3] E. m. 18 d.

[4] This case is cited by Bract. f. 55 b. [illegible] f. 241. See Ann. Dunstap. p. [illegible]

[5] *qui* MS.

Et Priores predicti cognoscunt quod predictus Rogerus presentauit ultimam personam scilicet predictum Nicholaum. Set Prior de Dunstaplia dicit quod idem Rogerus post presentacionem illam dedit ecclesie sue de Dunstaplia ecclesiam etc. in liberam etc., et inde profert cartam eiusdem Rogeri que donum illud testatur. Profert eciam cartam Simonis de Bello Campo capitalis domini feodi illius que etc. Profert eciam cartam Roberti quondam Lincolniensis Episcopi que etc., et hac racione petit ipse ecclesiam illam.

Et Prior de Nywenham quesitus quid iuris ipse clamat in ecclesia illa, dicit quod ex dono Widonis de S. Walerico et Albrede uxoris eius per cartam eorum quam profert, et que testatur quod ipsi Wido et Albreda concesserunt deo et ecclesie S. Pauli Bedefordie[1] et canonicis regularibus etc. ecclesiam de Abseleia cum etc. Profert eciam cartam Simonis de Bello Campo capitalis domini que donum illud eis confirmat. Profert eciam cartam Hugonis Lincolniensis Episcopi que donum illud eis confirmat.

Et Falkesius dicit quod carte Prioris de Dunstaplia non debent ei nocere, quia manerium de Aspeleia fuit dominicum predicti Simonis de Bello Campo, qui illud commisit predicto Rogero in ballia et tali condicione quod illud teneret quousque ei assignaret decem libratas terre. Interim uenerunt Wido et Albreda et implacitauerunt predictum Simonem de Bello Campo de tota terra sua et de predicto manerio de Abseleia, et in tantum processit loquela illa inter eos quod ipsi Wido et Albreda recuperauerunt manerium illud uersus eundem Simonem per concordiam inter eos factam, et idem Simon fecit escambium eidem Rogero de decem libratis terre secundum conuencionem, et desicut idem Rogerus non habuit inde nisi custodiam et predicto modo, petit iudicium si carta eiusdem Rogeri debeat ei nocere.

Et Prior uenit et dicit quod Rogerus predictus habuit manerium illud in feodo et non in ballia et in seisina fuit de aduocacione illa et inde petit iudicium etc.

Et Falkesius dicit quod non tenuit nisi per predictam

[1] The priory was removed from Bedford to Newenham. Monast. vol. 6, p. 372.

conuencionem sicut predictum est et inde petit iudicium etc.

Et quia predictus Rogerus de Salefordia nullam perpetuitatem[1] habuit in uilla de Aspeleia quia illam tenuit per condicionem quousque predictus Simon de Bello Campo dedisset ei x. libratas terre, et idem Simon ei fecit escambium in uilla de Stodfoldia secundum conuencionem predictam, et preterea Prior de Dunstaplia cui predictus Rogerus dedit aduocacionem illam non fuit in seisina aduocacionis illius quia ecclesiam illam nunquam dedit, consideratum est quod nichil potest clamare in aduocacione illa et ideo in misericordia pro iniusto impedimento.

Et quum Wido de S. Valerico et Albreda uxor eius recuperauerunt seisinam de uilla predicta uersus predictum Rogerum per concordiam factam in curia Dom. Regis et dederint[2] aduocacionem illam predicto Priori de Nywenham postquam recuperauerunt seisinam suam, [3]preterea Falkesius nichil clamat in aduocacione illa nisi ut firmarius uille predicte, quam habet de heredibus predictorum Widonis et Albrede, et nichil dicit contra donum quod idem Wido et Albreda fecerunt predicto Priori de aduocacione illa, consideratum est quod Prior de Newenham habeat seisinam suam et Falkesius in misericordia.

1608. Bed. Willelmus filius Warini pro se et Agnete uxore eius etc. petit uersus Godefridum de Linholt custodiam Agnetis unius

[235 b.] filiarum | et heredum Milonis de Bray et medietatis terre que fuit eiusdem Milonis et que ad ipsam Agnetem pertinet et cuius custodia ad eos pertinet ea racione quod idem Milo tenuit de Johanne de Wahulla fratre eiusdem Agnetis cuius heres ipsa est per seruicium militare etc., et quod ita ad eos pertinet custodia illa offert etc.

Et Godefridus uenit et defendit uim et iniuriam, et dicit quod predictus Milo in uita sua posuit eandem Agnetem filiam suam in religionem apud Alnestowe, ita quod ipsa se reddidit ibi in religionem per uoluntatem patris sui, et est ibi monialis et uelata, et hoc fuit tempore Johannis de Wahulla

[1] So Bracton, f. 55 b: quia perpetuitatem non habet.

[2] Sic.

[3] Supply et

sine contradiccione eiusdem uel alicuius alterius, et ideo non uult ei inde respondere nisi curia considerauerit. Dicit eciam quod per consilium tocius progeniei sue et patris sui et sine eo[1] facta fuit monialis.

Et Willelmus et Agnes dicunt quod Milo pater eiusdem Agnetis obiit per tres annos ante guerram tempore pacis, et eo defuncto uenit Johannes de Wahulla et recepit custodiam eiusdem domicelle cum terra sua et similiter sororis sue que nunc est uxor eiusdem Godefridi, et illam custodiam dedit Henrico de Wahulla fratri suo, et utramque domicellam commisit eidem Henrico cum terra earum et Henricus habuit inde seisinam usque ad guerram, et tunc uenit Godescallus qui habuit baroniam de Wahulla ex ballia Dom. Regis J. et per guerram abstulit eidem Henrico illas domicellas et illas commisit predicto Godefrido, et ille Godefridus illam Agnetem habuit in custodia sua semper quousque ipsi Willelmus et Agnes impetrauerunt breue suum de implacitando ipsum God'[2], et si ipsa est in Abbacia de Alnestowe hoc est per ipsum Godefridum ex ballia sua, et quod hoc est per eum offert etc.

Et Godefridus hoc defendit etc.

Et super hoc uenit Godescallus et dicit quod reuera habuit ipsam domicellam tempore guerre, set quia dictum fuit ei quod capta fuit de predicta Abbacia, ipsam reddidit progeniei sue ut eam reponerent in Abbaciam, scilicet talibus etc. Et ideo Godefridus et Godescallus inde sine die, et Abbatissa de Alnestowe summoneatur quod sit tali die etc. ostensura quo waranto ipsam Agnetem in domo sua recepit, que esse debuit in custodia eiusdem Willelmi et Agnetis, et similiter tales etc. ad ostendendum quid fecerunt de ipsa Agnete quam Godescallus eis commisit etc.

9. [3]Nicholaa que fuit uxor Thome de Gastineys petit uersus Thomam de Arderna terciam partem feodi dimidii militis cum pert. in Prestona ut dotem suam etc. Et Thomas uenit et dicit quod non debet ei ad hoc breue respondere quia uir Sussex.

[1] Without *Godfrey's* having anything to do with it.

[2] *Godefridum* or *Godescallum*, probably the former.

[3] Cited by Bracton, f. 433 b.

suus nunquam tenuit de eo nisi quartam partem j. militis cum pert. et desicut petiit terciam partem feodi dimidii militis, non uult ei ad hoc breue respondere nisi curia considerauerit. Et attornatus Nicholae dicit quod predictus uir suus tenuit per feodum dimidii militis et petit terciam partem tocius terre unde Thomas uir suus fuit seisitus die quo obiit etc. Et ideo consideratum est quod Thomas nichil dixit quare ipsa non habeat dotem suam, eo quod Thomas non est inde nisi custos, et ideo ipsa habeat seisinam suam de terra unde uir suus fuit seisitus die quo etc., et Thomas in misericordia.

1610. Kent. Robertus de Turry petit uersus Sibillam de la Westlande quod reddat ei xv. marcas quas ei debet et iniuste etc. ut dicit, unde idem Robertus ostendit quod ipsa commisit ei quamdam terram suam quam ipsa tenuit in dotem per cartam suam tenendam tota uita eiusdem Sibille, et ipse fuit in seisina de terra illa, et illam excoluit et marlauit et apposuit ibi boues suos et alia aueria, et ipsa postea eiecit eum de tota terra illa, et abstulit ei xv. acras terre seminatas frumento et boues suos et alia aueria ad ualenciam predictarum xv. marcarum, et inde profert cartam suam que dimissionem illam testatur, et producit sectam quod ita ei abstulit predicta catalla etc.

Et Sibilla uenit et defendit contra eum et contra sectam suam quod nullum denarium ei debet. De carta illa uel de conuencione nullum diem habet uel summonicionem, et ideo non uult inde respondere nisi curia considerauerit, set predictum debitum precise defendit. Et ideo consideratum est quod non respondeat ad hoc breue et ideo sine die et Robertus in misericordia etc.[1]

1611. Bed. [2]Gilebertus Marescallus et Cecilia uxor eius petunt uersus Alanum de Hida terciam partem duarum uirg. terre cum pert. in Chautona ut dotem eiusdem Alicie[3]. Et Alanus uenit et uocauit inde ad warantum Willelmum Marescallum [illegible] Comitem Penbrok, | ita quod Comes summonitus fuit ad certum tali die etc., et tunc se essoniauit de Hibernia, et attorn' fuit

[1] It seems that Robert should have brought *Covenant*, not *Debt*.

[2] Cited, Br. f. 251.

[3] Sic.

esson' ad esson' de malo ueniendi[1], et datus fuit ei dies per essoniatorem suum ad talem diem. Et tunc iterum se essoniauit se de malo ueniendi, et essonium non iacuit, et ideo consideratum est quod terra eiusdem Comitis capiatur in manum Domini[2] ad ualenciam etc., et ipse summoneatur quod sit tali die etc.

2. Willelmus de Bello Campo optulit se quarto die uersus Amabilem de Bidona de placito quod esset auditura recognicionem magne assise quam ipse aramiauit uersus eam de consuetudinibus et seruiciis que idem Willelmus exigit ab ea de quatuor hidis terre cum pert. in Latebyria quas eadem Amabilis de eodem Willelmo etc., unde eadem Amabilia que tenens est posuit se in magnam assisam Dom. Regis et petit recognicionem fieri utrum ipsa maius ius haberet tenendi predictam terram cum pert. per seruicium dim. militis tantum sicut ipsa ei cognoscit, uel per seruicium quatuor parcium unius militis, unde quinque partes faciunt feodum unius militis sicut idem Willelmus ab ea exigit etc. Et Amabilis non uenit et habuit diem in banco postquam xij. milites summoniti fuerunt, et ideo predictum seruicium quatuor parcium j. militis unde quinque etc. capiatur in manum Dom. Regis, et ipsa summoneatur quod sit tali die etc. auditura etc. Buck.

3. Abbas de Bruera[3] optulit se quarto die uersus Ricardum de Bartona de placito quod warentizaret ei dim. uirg. terre cum pert. in Parua Wlwardia quam Willelmus de Campedena et Estrilda uxor eius clamant ut ius suum uersus eundem Abbatem, et unde idem Abbas in eadem curia uocauit eundem Ricardum ad warantum uersus eos etc. Et Ricardus non uenit etc. et capta fuit de terra sua ad ualenciam predicte terre pro defectu suo uersus eos quem fecit tali die etc. Et super hoc uenit Thomas de Arderna et dicit quod Ricardus essoniatus est de malo lecti de alio placito uersus Walterum Balam et habet diem talem etc. et nondum uisus est. Et hoc idem inuentum est in rotulis. Et ideo per consilium Warr.

[1] *attornatum fuit essonium ad essonium de malo ueniendi*. See Br. f. 351. The essoin of absence in Ireland is not treated as an essoin *de ultra mare*; it is accepted as an essoin *de malo ueniendi*.

[2] Supply *Regis*.

[3] Bruern Abbey, Oxfordshire.

curie idem dies datus est partibus in eodem statu quo nunc est, et ad diem illum allocetur defalta eisdem Willelmo et Elstride si que fuerit etc. Et sciendum quod Thomas de Arderna peciit terram predicti Ricardi per pleninam infra quindenam, etc.[1]

1614. Hertford. Preceptum fuit uicecomiti quod coram eo uenire faceret iuratores assise noue disseisine que summonita et capta fuit coram iusticiariis ultimo itinerantibus apud S. Albanum inter Henricum de Hastinges et Radulfum de Cublicota et Galfridum de Pichelesthorna de tenemento in Parua Tr[illegible] et per eorum sacramentum diligenter inquireret si tres acre terre et dim. in eadem uilla unde contencio fuit inter ipsos Gaufridum Radulfum et Henricum sint de tenemento uel de pertinenciis illius tenementi quod idem Henricus recuperauit per assisam illam uel non, et inquisicionem illam scire faceret etc. Ad diem illum ueniunt tales cum inquisicione que talis est, quod due de predictis tribus acris terre et dim. pertinent ad illud tenementum unde assisa etc., et tercia acra non pertinet ad illam terram. De dimidia uero dicunt quod nesciunt si pertineat uel non. Et ideo consideratum est quod Henricus habeat seisinam suam de predictis duabus acris, et alii in misericordia, et Henricus in misericordia pro falso clamore, etc.

1615. Wilts. Abbas de Maumesbiria petit uersus Abbatem Glastonie quod faciat ei sectas et consuetudines ad hundredum suum de Maumesbiria quas ei facere debet et solet de manerio suo de Cristemeleffordia etc.

Et Abbas uenit et defendit uim et iniuriam et dicit quod habet inde quietanciam per Dom. Bathoniensem Episcopum et inde uocat eum ad warantum. Habeat eum tali die per auxilium curie etc.

1616. Heref. Warinus Bostarde petit uersus Leticiam que fuit uxor Ricardi de Chieluesleslegha quod faciat ei consuetudines et recta seruicia que ei facere debet de libero tenemento suo quod de eo tenet in Chieueslegha, unde idem Warinus ostendit quod ipsa debet ei de tercia parte uille predicte per annum xvj. sol. et viij. den. et aretro sunt ei de duobus annis

[1] Br. f. 346.

et dimidio etc. et petit arreragium illud. Et Leticia dicit quod nichil tenet nec unquam tenuit de predicto Henrico[1], et ideo non uult respondere nisi curia considerauerit. | [226 b.]

Et Warinus dicit quod ipsa iniuste dicit quod non tenet de eo, quia Willelmus de Cheueleswella qui fuit warantus eiusdem Leticie de terra illa quam ipsa tenet in dotem ex dono Ricardi uiri sui patris eiusdem Willelmi, fecit quoddam escambium cum eodem Warino de tota terra sua de Cheueleswella pro una hida terre cum pert. in Garfordia quam idem Warinus dimisit eidem Willelmo et pro decem marcis quas ei dedit simul cum illa hida terre, et profert quoddam cyrographum confectum inter eos quod testatur, quod idem escambium ita factum est inter eos tali modo quod idem Willelmus ex assensu et uoluntate Willelmi de Senecurt capitalis domini sui ex toto se dimisit de terra sua de Cheueleswella et eam Warino Bostard et heredibus suis uel assignatis concessit in perpetuum, tenendam de Willelmo de Senecurt et de heredibus suis per idem seruicium quod antecessores sui de Willelmo Senecurt et de antecessoribus suis tenuerunt, reddendo per annum tantum etc. pro omni etc., et pro hac dimissione etc. idem Warinus dedit eidem Willelmo etc. decem marcas etc. et unam hidam terre in Garsfordia etc. tenendam sibi et heredibus suis de eodem Warino etc. reddendo per annum etc. xl. den. Adicitur eciam in cyrographo quod nec idem Willelmus nec aliquis heredum suorum in posterum aliquid in prefata terra de Cheueleslegha nec in seruicio eiusdem terre aliquid exigere potest. Profert eciam cartam predicti Willelmi de Senecurt capitalis domini quod[2] confirmat eidem Warino secundum predictum cyrographum escambium illud, et que testatur[3] idem Willelmus de Cheueleslega una cum homagio suo dimisit se de terra illa, et illam resignauit in manum suam, et quod post resignacionem illam recepit homagium predicti Warini de eadem terra, cum omnibus etc. tenend' etc. de eo etc. per xl. sol. Unde idem Warinus ostendit quod per cartas illas est ipse in seisina de predicta terra de Cheueles-

[1] Corr. *Warino*.
[2] Corr. *que*.
[3] Supply *quod*.

wella et predictus Willelmus de terra de Garfordia, et ipsa Leticia attornata fuit de dote sua eidem Warino et ei fecit seruicium suum, ita quod recepit de ea pro seruicio suo et nomine seruicii sui tantum etc., et hoc bene patet, quia ipsa aliquando questa fuit quod ei defuit de dote sua in Cheuelesewella ita quod ipsa impetrauit breue Dom. Regis de recto directum eidem Warino quod ei plenum rectum teneret de decem et septem acris terre etc. cum pert. in Cheuelesewella quas clamat pertinere ad dotem suam quam tenuit de eodem Warino in eadem uilla etc. Et profert breue illud de recto quod idem testatur. Unde idem Warinus dicit quod per breue illud fecit ei dotem suam in curia sua, et inde producit sectam etc.

Et Leticia uenit et defendit quod nunquam aliquid de eo tenuit nec aliquid seruicium ei fecit etc. De breui dicit quod nunquam illud tulit in curia sua et hoc offert defendere sicut curia etc. Et Warinus dicit quod iniuste dicit quod non tenuit de eo et quod seruicium predictum ei non fecit, quia per breue illud facta fuit summonicio in curia sua, et summoniti fuerunt tenentes et se essoniauerunt, et post essonia facta comparuerunt et finem fecerunt cum ea scilicet talem etc., et inde uocat curiam suam ad warantum, ubi finis ille factus fuit.

Et Leticia dicit quod nichil clamat in terra illa, nec in dominico, nec in seruicio, quia Henricus de Scaccario illam tenet. Et quesita si illam umquam tenuit, et qualiter illud tenuit, et qualiter Henricus illam habet, dicit quod reuera aliquando illam tenuit in dotem et inde dimisit se et illam reddidit Willelmo filio et heredi suo, qui inde fecit quod uoluit. Et Henricus dicit quod ipse Willelmus illam terram ei dedit.

Et Warinus dicit quod ipse tunc non potuit terram illam dare quia prius ei dederat totam terram suam de Cheuelesewella et seruicium predicte dotis, et ipsam Leticiam ei attornauit de predicto seruicio, et si ipsa postea dimisit se et exheredacionem hoc non debet ei nocere.

Et Henricus dicit quod ipse est in seisina de terra illa ex dono predicti Willelmi heredis eiusdem Leticie qui presens est et donum illud ei warentizat.

Et Warinus dicit quod iniuste ei warentizat quia ipse ei dedit terram illam et ipsam Leticiam ei attornauit de seruicio suo sicut predictum est, et ipse in seisina fuit, et petit inde iudicium si idem Willelmus terram illam ei war'.

Et Willelmus dicit quod nullum diem habet respondendi ad cartas et petit iudicium.

Et Warinus similiter petit inde iudicium, quia dicit quod si ipse et Leticia hoc donum fecerunt Henrico, hoc fecerunt iniuste et postquam idem Willelmus warantus eiusdem Leticie fecit predictum escambium cum eo, et postquam ipsam Leticiam attornauerat eidem Warino ad seruicium suum faciendum de terra et dote sua, et postquam idem Willelmus de tota terra illa et seruicio se | dimisit sicut pre- [237]
dictum est, et postquam ipse receperat de eadem Leticia seruicium predictum etc. sicut predictum est. Et de omnibus hiis ponit se super patriam. Et Leticia similiter. Et ideo fiat inde iurata et ueniat tali die ad recognoscendum si idem Warinus fuit in seisina de seruicio eiusdem Leticie de tercia parte uille predicte ex dono Willelmi filii sui, et si eadem Leticia aliquo tempore fecit eidem Warino seruicium per attorn'[1] eiusdem Willelmi de eodem tenemento etc.

Post uenit Henricus de Scaccario et petit licenciam recedendi de breui suo de recto, et habet, et uult sequi per breue de assisa noue disseisine, et ideo Warinus inde sine die etc.[2]

[3]Cecilia de Sanfordia attachiata fuit ad respondendum Johanni de Sanfordia quare contra prohibicionem etc. fecit uastum et exilium etc. de boscis et molendinis[4] et uiuariis que ipsa tenet in dotem de hereditate ipsius Johannis in talibus uillis etc., unde idem Johannes queritur quod ipsa penitus uastauit boscum, ita quod ubi bene potuit habere in bosco illo cc. porcos non dimisit ibi nisi tantum xxx. quercus, et molendinum omnino desiccatum est et fractum et uiuarium similiter, et petit inde iudicium etc. Essex.

Et Cecilia uenit et defendit contra eum etc. quod nullam fecit etc. nec uastum etc., set reuera Matheus *Mauncel* quon-

[1] Probably *attornamentum*.
[2] Probably Henry of the Exchequer has brought a writ of right against Warin.
[3] This is Fitz. *Wast*, 141.
[4] or *molendino*.

dam uir suus tempore J. Regis per preceptum Dom. J. Regis fregit uiuarium illud et cepit totum piscem ad opus Dom. Regis, et ipsa postea refecit uiuarium sicut potuit. De molendino dicit quod non est uastatum, quia in hyeme potest bene molere, set in estate non pro defectu aque. De bosco dicit quod tempore guerre uicini essartauerunt boscum illum per guerram ita quod post guerram cepit Dom. Rex totam terram in manum suam et ipsi finem fecerunt pro habendis terris suis, set per eam nullum factum est dampnum uel uastum et hoc offert defendere sicut curia considerauerit etc.

Et Johannes producit sectam etc. quod ipsa post prohibicionem fecit uastum etc., et ideo fiat inde iurata et ueniat tali die et *unus* ueniat etc.

1618. Norf. Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit etc. ad ecclesiam S. Adelberti de Mundham, que uacat etc., cuius aduocacionem Ricardus de Seinges clamat uersus Rannulfum de Sheltona, qui uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia aduocacio illius ecclesie remansit eidem Rannulfo et Roberto patri suo per finem factum in curia Regis R. etc. per cyrographum factum inter eosdem Robertum et Rannulfum petentes et Alanum de Mundham etc., et profert cyrographum quod hoc testatur, unde dicit quod idem Ricardus fuit tunc presens apud Gipewicum ubi finis ille factus fuit et non contradixit, et ideo petit iudicium si super hoc ei debeat respondere. Profert eciam cartam J. quondam Norwicensis Episcopi que testatur quod ipse ad presentacionem Roberti de Sheltona admisit Henricum capellanum ad ecclesiam S. Adelberti, et hac racione clamat ipse Rannulfus aduocacionem illam, et petit seisinam suam etc.

Et Ricardus dicit quod cirographum illud non debet ei nocere quia postquam illud factum fuit presentauit Willelmum filium suum ad eandem ecclesiam qui ultimo obiit inde persona, et bene defendit quod Henricus non fuit inde persona et inde ponit se super iuratam.

Et Rannulfus dicit quod finis ille factus fuit presente ipso Ricardo et non contradicente, et post finem illum presentauit Robertus pater suus predictum Henricum sicut predictum est, et petit quod finis teneatur, et bene dicit quod ecclesia

illa sita est in feodo dim. militis cum pert. in Mudham, quod predictus Alanus tenuit et unde finis ille factus fuit inter eos, et inde ponit se super iuratam. Et Ricardus dicit quod sita est in feodo suo quod tenet in maritagium cum Matillide uxore eius et non in feodo unde finis factus fuit inter predictos Robertum et Rannulfum, et inde ponit se super iuratam. Et Rannulfus similiter. Et ideo procedat iurata per uerba illa, set ponitur in respectum usque ad talem diem etc. nisi M. de Patteshulla prius uenerit in partes illas, et si prius etc. tunc coram eo et duobus sociis etc., pro defectu recognitorum, quia nullus eorum uenit etc. [237 b.]

PLACITA DE TERMINO S. MICHAELIS ANNO REGIS HENRICI FILII REGIS JOHANNIS SEPTIMO INCIPIENTE OCTAVO[1].

[2]Warinus Hanetone petit uersus Henricum le Euesk dim. hidam terre cum pert. in Meldeburnia in quam ipse Henricus non habet ingressum nisi per Osbertum le Euesk patrem suum cui Warinus Maunsel auus ipsius Warini Hanetone cuius heres ipse est illam dimisit ad terminum qui preteriit ut dicit etc. Cantebr.

Et Henricus uenit et defendit ius suum et quod nullum talem ingressum habet in terram illam, quia predictus Warinus eandem terram concessit et quietam clamauit Osberto patri suo in curia ipsius Osberti, ita scilicet quod idem Osbertus peciit consuetudines et seruicia uersus eundem Warinum auum eiusdem Warini de predicta dim. hida terre que seruicia idem Warinus eidem Osberto dedixit, et in tantum processit loquela inter ipsos in curia eiusdem Roberti[3] apud Merlawe[4] quod duellum uadiatum fuit et armatum in eadem curia inter eos per Alexandrum le Poer hominem eiusdem Osberti et parem ipsius Warini campionem eiusdem Osberti, et per ipsum Warinum qui se defendidit per corpus Libertas Eliensis[5].

[1] For this term A=Coram Rege Roll No. 17.
[2] A. m. 1.
[3] Corr. *Osberti*, A.
[4] *Meldreie*, A.
[5] This is on the roll; it is part of the marginal venue.

suum. Et tandem concordati sunt tali modo quod idem Warinus reddidit et quietum[1] clamauit eidem Osberto illam dim. hidam terre cum pert. pro l. marc. quas idem Osbertus dedit eidem Warino, et inde profert cartam eiusdem Warini que hoc idem testatur, et quod ita sit ponit se super curiam suam ubi hoc factum fuit.

Et Warinus uenit et defendit quod nunquam per concordiam illam habuit Osbertus seisinam illam, nec per duellum illud, et hoc offert defendere sicut curia etc. Et ideo preceptum est uicecomiti quod precipiat milites et libere tenentes de curia eiusdem Henrici de Melreie quod ad certum diem quem eis etc. fieri faciant recordum in curia sua de loquela que fuit etc. inter etc. de consuetudinibus etc. que idem Osbertus peciit uersus eundem Warinum de predicta dim. hida terre cum pert. etc., unde idem Henricus uersus quem etc. dicit quod terra illa remansit eidem Osberto per concordiam factam inter eos per finem duelli pro l. marcis quas idem Osbertus etc., et unde predictus Warinus dicit quod etc., et recordum illud ueniat tali die etc. per iiij. milites etc.

1620. [2]Henricus de Bukeswortlhe summonitus fuit ad capiendum
Cantebr. homagium Johannis le Gowiz de libero tenemento suo quod de eo tenet et de eo tenere clamat in Bukeswortlhe, unde idem Johannes dicit quod Andreas pater suus obiit seisitus de terra illa et ipse illam tenet de Henrico eodem et petit quod capiat homagium suum inde etc.

Et Henricus uenit et dicit quod reuera Andreas obiit inde seisitus set in infirmitate sua unde obiit dixit eidem Henrico quod tempore quo fuit persona ecclesiarum[3] habuit ipse quamdam amicam de qua habuit predictum Johannem et postea duxit uxorem et cepit se ad laicum feodum et habuit de uxore illa unum filium qui est infra etatem et in custodia sua[4] post mortem eiusdem Andree cum terra illa per j. annum ante ultimum aduentum iusticiariorum in partes illas. Tunc[5] uenit Johannes predictus et tulit assisam noue

[1] Sic.
[2] A. m. 1.
[3] Sic A.
[4] The text has a full stop here. The following has been omitted:—*et dixit ei quod ille puer [illegible] suus et rectus heres eius quia [illegible] remansit in custodia sua, A.*
[5] Henry's plea continues.

antecessoris de eadem terra uersus ipsum Henricum, ita quod ipse comparuit coram iusticiariis apud Cantebrigiam, et ostendit iusticiariis qualiter ipse habuit inde custodiam cum filio predicti Andree, ita quod per iudicium curie remansit ipse Henricus in seisina de custodia sua, et super hoc uenit predictus Johannes ad annum[1] proximum transactum et ui et armis intrusit se in terram illam et abstulit ei blada sua. Et petit hoc sibi emendari quia deterioratus est etc.

Et Johannes uenit et cognoscit bene quod tulit breue de assisa mortis antecessoris uersus ipsum Henricum, et quod per iudicium curie remansit idem Henricus in seisina sua etc. Et quesitus per quem habet seisinam de terra illa, dicit quod posuit se in terram illam, et non defendit intrusionem sicut idem Henricus ei imponit. Et ideo datus est dies etc. ut interim loquatur cum iusticiariis qui tunc fuerunt in partibus illis qualiter assisa illa remansit, et preceptum est uicecomiti quod capiat terram illam in manum Dom. Regis etc. Ad diem illum[2] quia Johannes cognoscit intrusionem et quod Henricus remansit in seisina per iudicium curie, consideratum est quod Henricus rec'[3] etc., et Johannes in misericordia, et si Nota[4].
ius habeat perquirat se uersus filium Andree qui est infra etatem cum etatem habuerit. | [238.]

[5]Robertus de la Mare petit[6] Ricardum Shifrewast terciam Buck.
partem feodi dim. militis cum pert. in Cristesham ut ius suum, unde Robertus de Shifrewast auus suus fuit seisitus ut de feodo et iure et in dominico tempore etc. et de ipso Roberto descendit ius terre illius Emme filie sue, et de Emma huic Roberto ut filio etc.

Et Ricardus uenit et defendit ius suum sicut defendere debebit, set dicit quod terra illa ei remansit per finem factum in curia Dom. Johannis Regis inter Osbertum de la Mare patrem eiusdem Roberti et ipsum Robertum petentes et ipsum Ricardum tenentes[7] per cyrographum quod profert et que[8] hoc testatur etc., unde idem Ricardus dicit quod per

[1] The word in A is defaced but is not *annum*.

[2] A postea from the morrow of S. Martin in the ninth year. The text agrees substantially but not verbatim with A.

[3] *recuperauit*, A.

[4] By the copyist.

[5] A. m. 1 d.

[6] Supply *uersus*, A.

[7] Corr. *tenentem*, A.

[8] Corr. *quod*, A.

cirographum illud habet ipse terram illam, et ideo non debet ei inde respondere.

Et Robertus dicit quod cirographum illud non debet ei nocere quia Osbertus pater suus non habuit de terra illa nisi custodiam cum Emma matre sua et preterea idem Robertus tunc fuit infra etatem, et ideo non debet ei illud cirographum nocere, et quod ita sit offert probare sicut curia etc., et petit inde iudicium. Et Ricardus similiter[1]. Et quia Robertus cognoscit finem, consideratum est quod finis teneatur et ideo Ricardus teneat in pace et Robertus in misericordia.

1622. Stafford. [2]Abbas de Cumbremere summonitus fuit ad ostendendum quod seruicium debet Fromundo de Tarente de tenemento quod de ipso tenet in Erlide, unde Walterus de Baskereuilla de quo predictus Fromundus tenet tenementum illud, ut dicitur, dicit quod ei aretro sunt seruicia de v. annis.

Et Abbas uenit et dicit quod Walterus de Baskereuilla pater predicti Walteri dedit tenementum illud domui sue in elemosinam reddendo per annum xl. sol. eidem Waltero et heredibus suis, et idem Walterus dedit redditum illorum xl. sol. predicto Fromundo pro seruicio suo reddendo inde eidem Waltero etc. unum esperuorium[3] sorum, et inde profert litteras eiusdem Walteri patentes hoc idem testantes etc.

Et Walterus de Baskereuilla per attornatum suum hoc idem cognoscit. Et quia Fromundus multociens fecit defaltam et testatum est quod est peraltatus[4] et quod predictum seruicium eidem Waltero aretro est, consideratum est quod Abbas decetero respondeat eidem Waltero et heredibus suis annuatim de uno esperuario precii ij. sol. quousque Fromundus uel heredes sui uenerint et aquietauerint eundem Abbatem de redditu illo, et Abbas similiter satisfaciat eidem Waltero de reragio v. annorum. Et Walterus tenuit se inde paratum. Et Abbas retineat tantum de redditu Fromundi. Et uicecomes faciat habere Waltero seisinam de reragio et Fromundus in misericordia etc.

1623. Buck. [5]Hugo de Bathonia uicecomes summonitus fuit ad

[1] Supply *et Robertus offert domino Regi xx. sol. pro habenda inquisitione si eo die quo finis etc. fuit infra etatem uel non*, A.

[2] A. m. 2.

[3] *esperuarium*, A.

[4] Sic A.

[5] A. m. 2.

spondendum Willelmo de Kenewell'[1] quare cepit aueria sua et iniuste[2] etc., unde idem Willelmus queritur quod desicut tulit eidem uicecomiti breue Dom. Regis de aueriis suis replegiandis, ipse non obstante mandato illo retinuit tantum etc. et adhuc detinet, per quod per hoc deterioratus est etc.

Et Hugo uenit et defendit iniustam capcionem et detencionem etc., set uerum uult dicere. Ipse est balliuus Falkesii[3] qui est uicecomes Dom. Regis, et ipse Hugo sicut balliuus Dom. Falkesii tenuit hundreda per comitatum, ita quod ad unum hundredum dictum fuit[4] quod idem Willelmus habuit aueria aduenticia que pertinebant ad Dom. Regem, scilicet unam suem cum porcellis et unum porcum masculum, ita quod manducauerat porcum illum, et suem habuit in domo sua. Et cum idem Willelmus inculpatus esset in hundredo, tandem finem fecit pro misericordia sua et pro habendis porcis illis pro xx. sol., et inde inuenit plegios sufficientes et habuit diem reddendi denarios illos, ad quem non reddidit. Et quia cognouit debitum illud in pleno comitatu post diem statutum de denariis reddendis, cepit ipse aueria sua et illa commisit cuidam Johanni qui per feodum uendit huiusmodi aueria[5], et tunc mandauit eidem Willelmo quod acquietaret aueria sua et noluit, ita quod remanserunt in custodia Johannis per xx. septimanas in hyeme, et quia noluit acquietare aueria sua per consuetudinem comitatus uendidit predictus Johannes aueria illa pro xv. sol. ad opus uicecomitis et pro una marca ad opus eiusdem Johannis pro custodia sua, et hoc totum factum fuit priusquam suscepisset litteras Dom. Regis etc. De equo dicit quod cepit ipsum pro v. sol. residuis de xx. sol. et pro aliis denariis quos debebat etc., et inde ponit se super comitatum[6]. Et Willelmus hoc totum defendit. Et ideo mandatum est militibus de comitatu quod coram custodibus etc. recordentur si predictus Willelmus finem[7] fecerit cum ipso uicecomite pro predictis aueriis[8] etc. et si predicto modo ceperit equum uel non, et

[1] *Kenebell*, A.
[2] Supply *detinuit*, A.
[3] Fawkes of Breauté.
[4] Supply *ei*, A.
[5] It was his office, his fee, to sell beasts so seized.
[6] This clause is but an abridgement of the record.
[7] *finem* repeated.
[8] Supply *aduenticiis*, A.

ueniat recordum tali die etc. Ad quem diem uenit recordum quod in omnibus concordat predicto Hugoni, et ideo Hugo [238 b.] sit inde quietus, et Willelmus in misericordia etc. |

1624. Norf. [1]Gaufridus, Godefridus et alii tales[2] summoniti fuerunt ad respondendum Priori de Radham quo iure communam exigunt in terra ipsius Prioris in Estrudham desicut ipse Prior nullam communam habet in terra ipsorum Godefridi et aliorum etc. nec ipsi seruicium faciunt eidem Priori quare in terra sua communam habere debeant, unde idem Prior queritur quod per hoc quod iniuste exigunt communam illam deterioratus est etc.

Et Gaufridus etc. ueniunt et dicunt quod iuste communicant in terra eiusdem Prioris et antecessores sui a conquestu Anglie communicauerunt, et idem Prior communicat cum eis in terra sua, et hac racione communicant cum eodem Priore, etc.

Et Prior dicit quod iniuste hoc dicunt, quia ipse nullam communam habent[3] in terra ipsorum, nec ipsi aliquod seruicium ei faciunt [4]per communam in terra sua[4] et preterea terra illa unde contencio est de pastura, est in Estrudham ubi alii homines de Westrudham nullam communam habent, uel habere possunt, et ideo ipsi iniuste communam clamant, etc.

Et Gaufridus et alii dicunt quod de iure communam habere debent et habere solent ipsi et antecessores sui, et inde ponunt se super patriam. Et quesiti de qua predictarum uillarum sit predicta pastura, dicunt quod pertinet ad utramque uillam.

Et Prior dicit quod ipse et predecessores sui semper potuerunt et possunt ibi edificare et fodere turbas et arare terram et claudere sine alicuius contradiccione.

Et Gaufridus et alii hoc totum cognoscunt et dicunt quod nichil clamant nisi herbam.

Et quia cognoscunt quod Prior terram illam claudere potest et edificare et arare quando uoluerit, consideratum est

[1] A. m. 2 d. This case is cited ...usly by Bracton, f. 230 b.
[2] ...e others, A.
[3] Corr. *habet*, A.
[4—4] *per quod communam in terra sua habere debeant*, A.

quod ipsi nullam communam habere possunt in terra illa et sint in misericordia pro falso clamore[1] etc.

5. [2]Willelmus Rainguillun essoniator Hugonis Grandin attornati Henrici de Clanuilla[3] optulit se uersus Henricum de Naffordia et Matillidem uxorem eius de placito audiendi eleccionem[4] de terra de Aspeleia etc. Et Henricus et Matillis non uenerunt etc. et fuerunt petentes et habuerunt diem in banco, et ideo essoniator sine die et Henricus de Naffordia in misericordia. Bed.

6. [5]Robertus de Coleuilla et Radulfus de Walesham essoniatores Agnetis de Grentingham optulerunt se uersus Rogerum de Mohaut de placito audiendi eleccionem de aduocacione ecclesie de Grentingham etc. Et Rogerus non uenit, et fuit petens, et ideo essoniator sine die et Rogerus et plegii sui de prosequendo in misericordia. Postea tulit Rogerus breue Dom. Regis de warentia illius defalte quia fuit in seruicio Dom. Regis in Wallia, et ideo resummoneatur Agnes etc. quod sit tali die etc. Suff.

7. [6]Assisa uenit recognitura si Johannes de Cnoushale auunculus Henrici fuit seisitus in dominico suo etc. de xij. acris terre etc. in tali uilla, die etc., quam terram Jacobus de Tohulla et Alditha uxor eius tenent. Qui ueniunt et dicunt quod ipsi prius uocauerunt ad warantum Adam capellanum de Cnoushale et ipse mortuus est, et ideo uocant inde ad warantum Thomam personam de Cnoushale, quia tenent terram illam de eo. Staff.

Et Henricus dicit quod warentia non iacet, quia ipse aliquando tulit breue de assisa mortis antecessoris super predictum Adam, ita quod Adam uenit coram iusticiariis etc. et dixit quod ipse non tenuit terram illam immo predicta Alditha illam tenuit in feodo de eo, per quod ipse impetrauit breue super ipsam, ita quod ipsa uenit et hoc cognouit et uocauit inde ad warantum predictum Adam. Et Jacobus et Alditha quesiti quomodo teneant terram illam de predicto Thoma, dicunt quod ad uoluntatem eiusdem Thome et non

[1] Corr. *pro iniusta detencione*, A.
[2] A. m. 2 d.
[3] *Glanuilla*, A.
[4] To hear the election of recognitors.
[5] A. m. 3.
[6] A. m. 3.

in feodo. Et quia prius dixerunt quod tenuerunt in feodo de Ada capellano et nunc dicunt quod tenent ad terminum, et preterea predictus Adam dixit quod ipsi tenuerunt terram illam de eo in feodo, Consideratum est quod warantia non iacet et ideo assisa capiatur per defaltam etc., set ponitur in respectum etc. pro defectu recognitorum, quia tantum tres uenerunt et uicecomes habeat corpora aliorum etc.[1]

1628. Wigorn. [2]Abbas de Persore summonitus fuit ad respondendum Abbati de Westmonasterio quo iure communam exigit in terra et in bosco ipsius Abbatis Westmonasterii in Persore desicut idem Abbas de Westmonasterio nullam habet communam in terris et boscis ipsius Abbatis de Persore, nec ipse Abbas de Persore seruicium eidem Abbati Westmonasterii facit quare communam habere debeat in terra ipsius Abbatis Westmonasterii ut dicit etc. | [239.]

Et Abbas de Persore uenit et dicit quod iuste habet communam in terris et boscis illis, quia Rex Edgarus auus S. Edwardi qui fundauit ecclesiam suam dedit[3] ecclesie sue terram illam quam habent cum communa in illa terra et boscis, et semper a tempore illo usque in hunc diem sine calumpnia uel impedimento alicuius habuerunt communam illam, et priusquam ecclesia Westmonasterii aliquam terram haberet in eadem uilla et semper postea, et idem Abbas Westmonasterii habet communam per totum[4] in terra eiusdem ecclesie de Persore, et quod ita sit ponit se in magnam assisam Dom. Regis.

Et Abbas Westmonasterii dicit quod in terra sua arabili nullam communam habere debet quia illam excolere et claudere potest quandocunque uoluerit. De boscis dicit quod in bosco suo de Tedehee[5] nullam communam habere debet, nec unquam habuit nisi per viij. annos proximo transactos et hoc per escapium.

Et Abbas de Persore dicit quod in bosco illo et in omnibus aliis et in omnibus terris suis post bladum asportatum et pratum leuatum semper habuit communam et adhuc habet

[1] This seems the case cited by Bracton, f. 390 b, anonymously, as of Hil. A. R. 8.
[2] A. m. 3.
[3] Edgar's charter, Cod. Dip. Sax. dlxx.
[4] Sic A.
[5] Or *Tede*[illegible] A.

et de omnibus hiis ponit se in magnam assisam de iure. Et quia est in una uilla communi[1] et de eodem feodo, et Abbas Westmonasterii nichil ostendat[2] quod Abbas non habeat seisinam etc., consideratum est quod magna assisa fiat inter eos,[3] ad recognoscendum utrum idem Abbas de Persore maius ius habeat in communa illa in predicto bosco et in terra arabili post bladum asportatum et in pratis post fena leuata, an idem Abbas Westmonasterii habendi boscum illum et terras et prata sine communa quam idem Abbas de Persore de iure habere debebit, etc.

[4] Willelmus filius Willelmi attachiatus fuit ad respondendum Amicie que fuit uxor Henrici de Witenesse quare ipse intrusit se in terciam partem dim. uirg. terre cum pert. in Witnesse quam ipsa Amicia tenuit in dotem de hereditate Hugonis filii Henrici occasione terre quam idem Willelmus recuperauit uersus predictum Hugonem coram iusticiariis ultimo itinerantibus apud Salopiam per finem factum inter eosdem Willelmum et Hugonem, desicut eadem Amicia non fuit implacitata de illa tercia parte nec aliquam inde summonicionem habuit ut dicit. Warr.

Et Willelmus uenit et cognoscit finem et quod habet terciam partem predicte dim. uirg. terre eo quod uicecomes fecit ei inde seisinam, et bene cognoscit quod ipsa non fuit inde implacitata, set dicit quod predictus Hugo concessit ei terram illam quam ipse tenet. Et ideo preceptum est uicecomiti quod habeat corpus eiusdem Hugonis ad talem diem etc. ad ostendendum quare decepit curiam Dom. Regis de fine quem cepit[5] cum eodem Willelmo de terra predicte Amicie, desicut ipsa non fuit implacitata etc. nec summonita etc. et quod habeat cirographum suum quod fecit de eadem terra etc.

[6] Willelmus de Dena et Florencia uxor eius petunt uersus Willelmum Walensem dim. hidam terre cum pert. in Waffordia ut ius suum, unde Willelmus Walensis auus eiusdem Florencie fuit seisitus ut de feodo etc. capiendo etc., et Hertford.

[1] Perhaps *communa*, A.
[2] Corr. *ostendit*, A.
[3] See Br. f. 230, 230 b.
[4] A. m. 3 d.
[5] Corr. *fecit*, A.
[6] A. m. 4. This is Fitz. *Droyt*, 63.

de ipso Willelmo descendit ius terre illius Roberto filio suo et de Roberto ipsi Florencie etc. et hoc offert etc.

Et Willelmus Walensis uenit et defendit ius suum et seisinam aui eiusdem Florencie et totum et ponit se etc. in magnam assisam Dom. Regis et petit recognicionem fieri quis eorum maius ius habeat.

Et Willelmus et Florencia dicunt quod assisa non iacet quia ipsi parentes sunt de uno stipite et ipsa Florencia exiit de primogenito fratre et Willelmus de postnato et ideo non iacet assisa.

Et Willelmus dicit quod nichil clamat ex parte antecessorum eiusdem Florencie, quia quidam Gilebertus Fa[illegible] dedit terram illam Willelmo patri suo, et ponit se in magnam assisam sicut prius etc. Et ideo consideratum est quod fiat assisa inter eos.

1631. Norf. [1]Alanus et Johannes filius[2] Radulfi filii Siredi attachiati fuerunt ad respondendum Alano de Crespinges quare non tenent ei finem factum in curia Dom. Regis J. coram iusticiariis apud Westmonasterium inter Walterum de Crespinges patrem ipsius Alani cuius heres ipse est petentem et predictum Radulfum patrem ipsorum de xij. acris terre cum pert. in Elingeham, unde idem Alanus profert cirographum quod testatur quod predictus Walterus concessit predicto Radulfo et heredibus suis totam predictam terram habendam et tenendam de se et heredibus suis in perpetuum per liberum

[[illegible] b.] seruicium ij. sol. pro omni seruicio etc. saluo forinseco etc. |

Et Alanus et Johannes ueniunt et cognoscunt finem [illegible] set dicunt quod ipsi et omnes antecessores sui tenuerunt terram illam semper per seruicium duorum solidorum pro omni seruicio etc. et nunquam antecessores sui aliud fecerunt et bene defendunt quod aliud seruicium non debent et ponunt se in magnam assisam Dom. Regis et petunt recognicionem fieri utrum ipse[3] maius ius habeant tenendi terram illam de ipso Alano per predictum seruicium duorum solidorum tantum sicut ei cognoscunt, uel per illud seruicium quod ei cognoscunt et preterea faciendo forinsecum seruicium

[1] A. m. 4.
[2] fil'. A; probably *filii*
[3] Corr. *ipsi*, A.

scilicet sextam partem feodi dim. militis et preterea sextam partem feodi dim. militis et sextam partem xl. den. ad wardam de Norwico sicut ipse clamat. Et Alanus nichil scit dicere quare assisa remaneat. Dies datus est in aduentu iusticiariorum etc.

[1]Gilebertus de Kenteuilla optulit se quarto die uersus Galfridum de Percehale de placito quod faciat ei consuetudines et recta seruicia que ei etc. de libero tenemento quod de eo tenet etc. Et Galfridus non uenit et attachiatus fuit ita quod primi plegii eius tales etc. summoniti fuerunt. Et ideo plegii illi in misericordia, et uicecomes non omittat propter libertatem S. Eadmundi quin ponat eum per meliores plegios quod sit etc., unde mandauit quod precepit senescallo S. Eadmundi qui nichil inde fecit. Et summoneat balliuos S. Eadmundi quod sint etc. Suff.

[2]Willelmus filius Benedicti de Londonia optulit se uersus Philippum Utdeners de placito quod warentizaret ei tantam terram etc. quam tenet et de eo tenere clamat et unde cartam suam habet etc. Et Philippus non uenit et habuit diem per essoniatorem suum postquam attachiatus fuit. Et ideo ponatur per meliores plegios quod sit tali die etc., et essoniator Philippi capiatur etc. et in prisona etc. Surr.

[3]Vitalis Eugaune optulit se quarto die uersus Galfridum de Fercles de placito aduocacionis ecclesie de Cotes quam idem Vitalis clamat uersus eum ut ius suum etc. Cantebr.

Et Gaufridus non uenit etc. et aduocacio capta fuit in manum Dom. Regis pro defectu quem fecit in crastino etc., quia ad diem illum se essoniauit Gaufridus de malo lecti, unde Vitalis peciit iudicium de hoc quod illi essoniatores non uenerunt tercio die ante placitum per quod essoniatores non potuerunt sanare defaltam, unde tunc consideratum fuit quod aduocacio caperetur in manum Dom. Regis etc., et quod idem Gaufridus summoneretur quod esset ad hunc diem auditurus iudicium suum. Et Galfridus uenit primo die placiti et uisus fuit in banco, et recessit sine licencia, et ideo

[1] A. m. 5.
[2] A. m. 5.
[3] A. m. 5. This seems to be the second of the two cases about Vitalis cited by Bracton, f. 349.

tam pro prima defalta quam pro hac ultima, consideratum est quod Vitalis recuperauit seisinam suam per defaltam et Galfridus in misericordia. Et sciendum quod idem Galfridus posuerat se in magnam assisam Dom. Regis de eadem aduocacione antequam fecit defaltam ita quod iiij. milites summoniti fuerunt ad eligendum xij. etc.

1635. Somers. [1]Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit etc. ad ecclesiam de Suttona que uacat etc., cuius aduocacionem Willelmus filius Drogonis de Monte Acuto clamat uersus Matheum de Cliuedona, qui uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia bene cognoscit quod Willelmus de Monte Acuto auus predicti Willelmi presentauit ultimam personam scilicet talem etc., set postea dedit idem Willelmus aduocacionem eiusdem ecclesie cum aliis terris Gileberto de Say in liberum maritagium cum Matillide nepte sua filia eiusdem Mathei, et inde profert cartam eiusdem Willelmi que donum illud testatur. Et Matillis presens est et hoc idem dicit.

Et Willelmus uenit qui est infra etatem et dicit quod carta illa non debet ei nocere, quia predictus Gilebertus uel ipsa Matillis nunquam seisinam habuerunt per cartam illam de aduocacione illa nec de aliqua terra uel seruicio contento in carta illa, et inde ponit se super iuratam. Et Matheus et Matillis similiter. Et Matillis quesita si unquam presentauit clericum suum, dicit quod non, nec mencio fit de ea in breui, nisi tantum de Matheo qui cognoscit per attornatum suum quod ipse[2] presentauit clericum suum et post cognoscit quod nichil clamat in illa aduocacione. Et ideo consideratum est quod Willelmus recuperauit seisinam suam et Matheus in in misericordia etc.

1636. Linc. [3]Petrus de Kyrkeby optulit se etc. uersus Johannem Wastineis de placito pacis domini Regis etc.[4] unde eum appellat etc. Et Johannes non uenit et attachiatus fuit per tales etc. et ideo ponatur per meliores etc. quod sit

[240.] etc. |

[1] A. m. 6.

[2] Sic. A; possibly non or nunquam should be supplied.

[3] A. m. 5.

[4] et roberie, A.

7. [1]Willelmus de Coleuilla optulit se etc. uersus Willelmum de Fortibus Comitem Albemarlie de placito terre quam idem Comes clamat uersus eum etc. Et Comes non uenit etc. et fuit petens, ita quod Robertus de Burtona attornatus eiusdem Comitis se essoniauit ad alium diem de malo ueniendi, ita quod Johannes de Fuleuilla fuit plegius essoniatoris habendi warantum suum ad talem diem etc. Et tunc non uenit Comes nec attornatus suus. Set quinto die placiti se essoniauit attornatus de seruicio Dom. Regis. Et Willelmus peciit inde iudicium. Et ideo consideratum est quod Willelmus eat inde sine die et Comes et plegii sui de prosequendo in misericordia quia non est prosecutus. Et similiter Johannes predictus in misericordia quia etc.[2] Leic.

[3]Johannes filius Ricardi et Alicia uxor eius optulerunt se quarto die uersus Huwardum de Bikelegha et Orgoillusam uxorem eius de placito unius caruc. terre cum pert. in Opilande et in Ere et unius caruc. terre cum pert. in Ernebergo et lx. acrarum terre cum pert. in Bea*nn*', quas ipsi clamant ut ius eiusdem Alicie uersus eos. Et Huwardus et Orguillusa non uenerunt etc., et uicecomes mandauit quod antequam idem Johannes tulisset pone suum recessit Huwardus sine die ad comitatum talem etc. eo quod Johannes et Alicia non uenerunt ad comitatum illum, et ideo nulla est summonicio facta quia nullum placitum fuit tunc inter eos. Et ideo Johannes perquirat sibi nouum breue si uoluerit etc.[4] Kent.

[5]Vitalis Enganne petit uersus Margeriam de Crescy terciam partem duarum caruc. terre cum pert. in Bliburgo etc. ut ius suum, unde Willelmus de Chednay auus suus fuit seisitus etc. tempore etc. capiendo etc., et de illo Willelmo debuit tota terra predicta descendere tribus filiabus suis, scilicet, Margerie primogenite, et Clemencie sorori sue, et Sarre matri eiusdem Vitalis, unde ipse clamat terciam partem Suff.

[1] A. m. 5. The marginal venue should be Lincoln.

[2] *quia non habuit quem plegiauit*, A. See Br. f. 337 b, 351 b. This may be the case cited on f. 351 b. *Martinus in banco anno septimo* held that while the essoiner of one who is under baronial rank must pledge his oath, the essoiner of a baron must find a surety for the forthcoming in due time of the essoinee.

[3] A. m. 9.

[4] See Br. f. 332 b.

[5] A. m. 9 d.

ut in proparte sororum, que ei descendere debet de matre sua, et quod idem Willelmus ita fuit seisitus et quod ei ita debet descendere, offert probare sicut curia etc.

Et Margeria uenit et defendit ius suum etc. et dicit quod ipse nullum ius habere poterit in terris illis, quia Sarra mater eiusdem Vitalis cuius heres ipse est remisit et quietum clamauit totum ius suum quod ipsa habuit in terra Willelmi de Chednay patris sui coram Dom. H. Rege suo etc. pro terra de Colum quam ipsa recepit ad partem suam. Et profert cartam eiusdem H. Regis in hec uerba[1], H. dei gracia etc. salutem. Sciatis quod hic est finis et hec conuencio facta coram me apud etc. inter Hugonem de Crescy et Margeriam uxorem[2] et Sarram sororem ipsius Margerie, uidelicet quod ipsa Sarra recepit Colum[3] cum Sardesleya cum omnibus pertinenciis etc. pro parte sua terre patris sui, ita quod totam reliquam partem clamauit quietam Margerie et heredibus suis etc. Hiis testibus etc. Et hac racione dicit ipsa quod ipse nullum ius habet in terra illa et petit sibi allocari quod ipse adhuc tenet Colum sicut eidem Sarre remansit per finem illum etc.

Et Vitalis uenit et dicit quod carta illa de Dom. Rege non debet ei nocere nec Margerie ualere, quia carta illa facta fuit et conuencio, si umquam facta fuit, fuit facta tempore quo Sarra mater sua fuit in custodia Dom. Regis et infra etatem, et preterea ipsa Sarra nunquam fuit in seisina de predicta terra de Colum secundum conuencionem illam post cartam illam factam ante tempus quo ipsa Sarra per Dom. Regem maritata fuit Ricardo patri suo, set tunc Dom. Rex per uoluntatem suam tradidit Ricardo uiro suo terram illam de Colum, quia Hugo de Crescy et ipsa Margeria semper prius fuerunt in seisina de tota baronia integre et de Colum et de aliis terris usque eadem Sarra fuit maritata, et petit iudicium desicut ipsa nichil habet de ipsa Sarra de quieta clamancia nisi tantum testimonium Dom. Regis, si ea occasione debeat hereditatem suam perdere, presertim desicut tunc fuit infra etatem et in custodia. Et Margeria dicit quod ipsa Sarra

[1] The note-book omits formal parts which are found in the roll.

[2] Supply *eius*, A.

[3] Colne Engaine, Essex.

tunc habuit etatem et non intelligit quod Dom. Rex tale testimonium perhiberet nisi ipsa etatem haberet. Judicium ponitur in respectum usque ad etatem Dom. Regis quando ei placuerit et[1] quod iudicium inde fiat per preceptum Dom. Regis et consilii, et tunc resummoneatur loquela in eodem statu quo nunc est etc., et ideo sine die etc.

[2]Simon[3] de Londonia et plures tales summoniti fuerunt ad ostendendum quare non faciunt auxilium burgensibus Dom. Regis de Bedefordia ad firmam de Bedefordia faciendam, desicut ipsi participes sunt libertatum quas predicti burgenses habent per cartam Regis[4] etc. | Bed. [240 b.]

Et omnes ueniunt et dicunt quod semper solent dare ad firmam illam unam marcam et adhuc illam dant nec plus dare debent, set cum Dom. Rex auxilium posuerit super uillam ipsi libenter auxiliabuntur ad illud auxilium et non alio modo quia tenent de libera elemosina prebende pertinentis ad ecclesiam Lincolnie. Et Thomas Bascot attornatus burgensium dicit quod ipsi sunt ad scot et ad loht in eadem uilla et ea racione debent auxiliari ad omnes firmas et ad omnimoda auxilia et hoc probabit ad diem etc. Et quia burgenses predicti nichil ostendunt quare aliud facere debeant, consideratum est quod Sampson et alii inde sine die et faciant seruicium quod cognoscunt, et uadia eorum capta etc. deliberentur etc.

[5]Hugo de Lectona petit uersus Robertum de Suttona quod reddat ei tantum etc. quos etc. et ei iniuste detinet[6], quia Radulfus Bacun denarios illos comodauit eidem Roberto per plegagium[7] ipsius Hugonis ita quod idem Hugo per districcionem illos reddidit eidem Radulfo pro eodem Roberto, et hoc probare offert etc., unde deterioratus est etc. Et Robertus uenit et defendit contra eum etc. quod nunquam eum plegiauit, nec aliquid ei debet, nec idem Hugo pro eo denarios reddidit, et hoc offert defendere etc. Et ideo con- Essex.

[1] Omit *et*, A. This judgment is somewhat abridged.
[2] A. m. 10.
[3] Corr. *Samson*. Twenty-one persons named in A.
[4] *Ricardi auunculi domini Regis*, A.
[5] A. m. 11.
[6] *vij. lib. xiiij. sol. viij. den quos ei debet et iniuste detinet*, A.
[7] Sic, A; *pl'* in MS.

sideratum est quod defendat se xij. manu et ueniat tali die etc. cum lege sua etc.

1642. Deuon. [1]Reginaldus de Punchardun etc. iiij. milites missi ad Walterum de Sonewella qui languidus etc. ad audiendum si ipse concessit quod misit Robertum filium suum ad respondendum pro eo de loquela que est in eadem curia inter Willelmum Paynel petentem et ipsum Walterum tenentem de dim. uirg. terre cum pert. in Broc et de uno ferlingo terre cum pert. in Smithenecota etc. Et ipsi ueniunt et dicunt quod ratum habuit responsum suum quod fecit pro eo, et quod attornauit eundem loco suo etc. in eadem loquela etc. Et sciendum quod idem misit ipsum Robertum ut responsalem suum postquam essoniauit se de malo lecti, etc.

1643. Hertford. [2]Hugo filius Walteri petit uersus Falkesium de Breaute et Margeriam uxorem eius quos Walterus le Frere uocauit ad warantum et qui ei etc. dim. uirg. et tres acras terre cum pert. in Sabrictewrthe ut ius suum, unde ipse Hugo fuit seisitus tempore Regis J. etc. Et Falkesius et Margeria ueniunt et dicunt quod ipse nullum ius clamare potest in terra illa, quia ipse Hugo eandem terram dimisit et concessit et quietam clamauit Warino filio Geroldi, cuius heres ipsa Margeria est, per cartam suam quam proferunt et que hoc idem testatur etc.

Et Hugo concessit[3] cartam et concessionem, set dicit quod hoc fecit per districcionem quam predictus Walterus le Frere ei fecit, quia ipse fuit balliuus predicti Gwarini et obsedit eum in cimiterio de Sabrictewrthe, ita quod non potuit exire antequam fecisset cartam illam. Et quesitus quanto hoc fuit, dicit quod tempore J. Regis xx. annis transactis etc.

Et quia idem Hugo cognoscit cartam suam, nec aliquam districcionem ostendit que ei facta fuerit, nec alicui tunc ostendit districcionem illam, consideratum est quod Falkesius et Margeria inde quieti sint et Hugo in misericordia pro falso clamore[4].

1644. Kent. [5]Preceptum fuit uicecomiti quod uenire faceret coram

[1] A. m. 41 d.
[2] A. m. 12 d.
[3] Corr. [illegible], A.
[4] See [illegible] f. 16 b.
[5] A. m. 13. This seems to be the case about Thomas of [illegible] cited by Bracton, f. [illegible], [illegible] term. But the [illegible] looks like a [illegible] that the [illegible] called [illegible] judicial [illegible]

legales milites ad faciendum simul cum iusticiariis iudicium
itrum secundum legem Kantie Alicia que fuit uxor Thome
de Nessendona qui fuit suspensus pro felonia unde conuictus
fuit debeat dotem habere de terra quam idem Thomas tenuit
n gauelekinde uel non, quia B.[1] Roffensis Episcopus et pro
e et pro Priore de Roffa uersus quos ipsa clamat dotem etc.
posuit se super iudicium illud. Et tales[2] milites etc. ueniunt Nota uxor suspensi debet habere dotem si teneat in Gauele-kynde.
et dicunt quod numquam uiderunt aliquem militem suspensum
de comitatu suo nisi predictum Thomam, set bene sciunt
quod de tenemento quod est gauelekynde debet uxor suspensi
secundum legem Kantie habere debet[3] dotem, et filius
hereditatem, unde dicitur Anglice fader to þe bowe, þe sune
to þe lowe[4]. Et ideo ipsa recuperauit dotem suam etc.

[5]Magna assisa inter Ceciliam matrem Gaufridi petentem Suth.
et Petrum de Molendino tenentem de duabus uirg. terre | et [241.]
uno molendino in Essenedona ponitur in respectum usque ad
talem diem pro defectu recognitorum, quia tantum octo
uenerunt quibus[6], et uicecomes distringat tales etc. per terras
et catalla etc., et quia tales etc. obierunt elegat[7] uicecomes
etc., et ideo uicecomes uenire faciat etc. ad recognoscendum
etc. utrum Cecilia maius ius habeat in terra etc.

[8]Prior de Derherst petit uersus Editham de Ramescia Oxon.
tantam terram etc. in la More ut ius ecclesie sue etc. et
uersus tales etc. tantas terras etc. in eadem uilla ut ius etc.

Et Editha uenit et dicit quod tenet terram suam in dotem
unde omnes tales predicti sunt waranti de dote sua, et inde
uocat eos ad warantum, et ipsi ei warentizant, et petunt de
tota illa terra uisum. Habeant etc.

[9]Thomas de Gerbodesham et Maria uxor eius attachiati Suff.
fuerunt ad respondendum Thome filio Salomonis quare non
tenent ei finem factum coram iusticiariis ultimo itinerantibus
etc. inter eosdem Thomam et Mariam et predictum Thomam

[1] Benedict.
[2] Names in A.
[3] Omit *debet*, A.
[4] Sic A. See the Prerogativa Regis, Statutes of the Realm, vol. I. p. 227, and Consuetudines Kantiae, ibid. p. 223. This case is Fitz. *Prescription*. 60.
[5] A. m. 13.
[6] Supply *etc.*, A.
[7] Sic. This is but an abridgement carelessly made of the entry on the roll.
[8] A. m. 13.
[9] A. m. 14 d.

filium Salomonis de duabus partibus unius carue. terre cum pert. in Wepstede unde cirographum etc. quod idem Thomas profert etc., que[1] testatur etc., unde idem Thomas filius Salomonis queritur quod desicut ipse tenet terram illam per finem illum uenerunt idem Thomas et Maria et implacitauerunt eum de eadem terra per breue de recto contra finem illum, et inde producit sectam etc.

Et Thomas et Maria ueniunt et cognoscunt finem et defendunt contra eum etc. quod nunquam implacitauerunt eum per breue de recto post finem illum, et offerunt etc. Consideratum est quod uterque defendat se xij. manu etc.

1648. Suff. [2]Salomon de Wepstede petit uersus Thomam de Gribodesham et Mariam uxorem eius quod warentizent ei x acras terre cum pert. in Whepstede, quas tenet et de eis tenere clamat, et unde cartam Johannis de Whepstede patris predicte Marie cuius etc. quam profert etc. et que donum illud testatur etc. unde idem Simon[3] queritur quod contra cartam illam implacitant eum de eadem terra, per breue de recto in comitatu etc.

Et Thomas et Maria ueniunt et cognoscunt cartam, set dicunt quod non debent illam ei warentizare, quia idem Salomon nunquam habuit per cartam illam seisinam de terra illa immo seisinam habuit per Alanum fratrem eiusdem Johannis, et preterea carta facta fuit eo tempore quo Johannes fuit leprosus extra communam gencium, quo nullam terram dare potuit, et inde ponunt se super patriam. Et Salomon quesitus per quantum tempus tenuit terram illam, dicit quod xx. annis et eo amplius transactis. Et Thomas et Maria dicunt quod non tenuit eam nisi xij. annis transactis uel minus. Et quesiti quando Johannes positus est extra communam gencium, dicunt quod bene x. annis transactis et tunc habuit Alanus seisinam hereditatis eiusdem Johannis etc.

Et Salomon petit sibi allocari quod ipsi cognoscunt quod idem Salomon tenuit terram illam xij. annis transactis et Alanus non habuit hereditatem nisi ix. uel x. annis etc.

[1] Corr. quod. A.
[2] A. m. 14 d.
[3] Corr. Salomon. A.

defendit quod nullum habuit ingressum in terram illam per Alanum, et inde ponit se super iuratam. Et Thomas et Maria similiter. Et ideo fiat inde iurata et ueniat in aduentu iusticiariorum ad recognoscendum si idem Salomon habuit terram illam antequam predictus Johannes positus fuit extra communam gencium etc., et si ipse habuit terram illam per ipsum Johannem uel per predictum Alanum etc.[1]

[2]Gunnora de Bendenges que fuit uxor Johannis filius Herts.
Hugonis optulit se uersus Eliam de Pokeslegha et Matillidem uxorem eius de placito quod essent audituri recordum et iudicium suum de loquela que fuit inter eos de tercia parte tercie partis duarum caruc. terre etc. in Thedemerse quam eadem Gunnora clamat in dotem uersus eos, et unde ipsa Matillis obiecerat eidem Gunnore quod non debuit inde dotem habere quia ipsa Gunnora nunquam fuit Johanni desponsata. Et Elias et Matillis non uenerunt etc. et summonicio etc. set uisi fuerunt in banco die precedenti ita quod optulerunt se et recesserunt sine licencia. Et ipsa Gunnora protulit litteras etc. quod ipsa fuit desponsata etc. Et ideo consideratum est quod ipsa recuperauit seisinam de dote sua et alii[3] in misericordia. | [241 b.]

[4]Emma que fuit uxor Eustachii de la Berne attachiata Surr.
fuit ad respondendum Willelmo Pentecoste quare contra finem factum in curia Dom. J. Regis anno tali[5] etc. inter eundem Willelmum et Petrum de Cudintona de dim. hida terre in Cherlewode trahit ipsa ipsum Willelmum in placitum in comitatu per breue de recto de eadem terra, desicut predictus Petrus qui eandem terram peciit uersus eundem Willelmum remisit totum clamium suum et ius suum per predictum finem sine clamio quod ipsa apposuit.

Et Emma uenit et dicit quod finis ille non debet ei nocere quin clamare possit ius suum, quia ipsa nichil clamat per ipsum Petrum, immo per Willelmum Coquum patrem suum, et preterea die quo finis ille factus fuit ipsa habuit uirum

[1] This case is cited by Bracton anonymously, f. 12, as proving that a leper cannot make a gift.
[2] A. m. 15 d. See Br. f. 298, 306 b, and Cases 1120, 1176, 1573. This dubious marriage caused much litigation.
[3] *Elias et Matillis*, A.
[4] A. m. 13 d.
[5] *anno primo etc.*, A.

sibi desponsatum scilicet predictum Eustachium in cuius potestate fuit[1].

Et Willelmus dicit quod ipsa est uillana etc., set non uult hoc probare, et ideo consideratum est quod ipsa sequatur placitum in comitatu non obstante[2] illo, et habeat breue ad uicecomitem quod non obstante fine illo procedat in placito illo etc.

1651. Glouc. [3]Radulfus le Moynne summonitus fuit ad respondendum Abbati de Cyrencestria quare ipse leuauit furcas et tumberellum in Shiptona contra libertates quas idem Abbas habet per cartas antecessorum[4] etc. cum omnimoda iusticia et omnibus libertatibus, et ipse Radulfus contra libertates illas leuauit furcas et tumberellum et in curia sua abscidit cuidam femine aurem suam pro latrocinio, et inde habet sectam etc.

Et Radulfus uenit et dicit quod iuste leuauit furcas et tumberellum et bene cognoscit quod fecit iusticiam de predicta femina, et inde profert cartam H. Regis que testatur[5] etc. unde idem Radulfus dicit quod per cartam illam fuerunt antecessores sui et ipse semper in seisina de libertate illa, et hac racione renouauit ipse furcas illas.

Et Abbas dicit quod carta illa non debet ei nocere, quia idem Radulfus uel antecessores sui nunquam habuerunt seisinam de illis libertatibus per cartam illam, immo Dominus Rex Ricardus postea fuit in seisina de libertate illa ita quod tempore suo fuit quidam Rogerus captus in eodem manerio cum latrocinio[6] etc. et iudicatus fuit in hundredo Abbatis ita quod amisit aurem, et inde ponit se super iuratam. Et Radulfus similiter, quia dicit quod Gaufridus predictus predecessor suus leuauit ibi quasdam furcas que adhuc stantes sunt.

Et Radulfus quesitus quando leuauit tumberellum et per quod warantum, dicit quod de nouo et ea occasione quod habet tumberellum in quodam manerio suo in comitatu

[1] Br. 136 f.

[2] Supply *fine*, A.

[3] A. m. 15 d.

[4] Supply *Dom. Regis*, unde ipse *Abbas dicit per attornatum suum quod* [illegible] *ipse habet* [illegible] *de Cirencestria per cartam Dom. Regis*, A.

[5] Grant of manor of Shipton [illegible] *sac et soch et tol et theam* [illegible] and all other liberties [illegible] the land, A.

[6] [illegible]

Essexie, et bene putauit quod per libertatem illam illum leuare potuit. Et quia nulla fuit mencio in carta Dom. Regis de tali libertate, consideratum est quod tumberellus prosternatur et Radulfus in misericordia. Et[1] de furcis fiat iurata et ueniat tali die etc. ad recognoscendum si furce leuate fuerunt in Shiptona per antecessores predicti Radulfi post[2] etc., et si quidam Rogerus captus etc. in predicto manerio iudicatus fuit in hundredo Cirencestrie etc., et si antecessor predicti Radulfi habuit libertatem iudicandi latrones captos in eodem manerio[3] etc.

[4]Ida de Lingwode attachiata fuit ad respondendum Ade Norf.
de Berlingeham quod teneat ei finem factum etc. in curia etc. inter eundem Adam et Willelmum Colet fratrem predicte Ide cuius heres etc. de una caruc. terre cum pert. in Estona unde cyrographum etc. quod profert etc.[5], unde idem Adam ostendit quod desicut ipsa est heres predicti Willelmi et terram ei debet warentizare etc. per predictum seruicium, ipsa non uult seruicium suum recipere nec eum aquietare uersus capitales dominos etc. per quod deterioratus est etc. Et Ida uenit et cognoscit finem et cirographum et quod ipsa est heres predicti Willelmi, set dicit quod nichil habet de hereditate predicti Willelmi de feodo illo, set aliam terram tenet ipsa per predictum Willelmum, scilicet de perquisito suo. Et ideo consideratum est quod ipsa teneat finem illum et quod ipsa per finem illum ei warentizet terram illam et sit in misericordia etc.[6] Et sciendum quod ipsa cepit homagium suum.

3. [7]Assisa uenit recognitura ex consensu parcium quis aduocatus tempore pacis presentauit etc. ad ecclesiam de Gunetorpe que uacat etc., cuius aduocacionem Henricus de Bouilla clamat uersus Jacobum le Sauage, qui uenit et bene cognoscit[8] assisam, etc. Rotel.

Juratores dicunt quod ecclesia de Gunetorpe est capella de Hocham, set Alexander de Bouilla auus predicti Henrici

[1] In A. this precedes the passage about the tumbrel.
[2] *primam coronacionem Dom. R. Regis*, A.
[3] *cum latrocinio etc. uel non*, A.
[4] A. m. 10.
[5] William recognizes the land as that of Adam and his heirs, A.
[6] Br. f. 388 b.
[7] A. m. 16.
[8] *concessit*, A.

presentauit quemdam Reginaldum capellanum ad capellam illam qui ad presentacionem suam fuit admissus ad eandem et tenuit capellam illam tota uita sua, set in extremis diebus suis quando senex fuit et impotens sui uenit Henricus capellanus qui fuit filius eiusdem Reginaldi et deseruiuit capelle predicte[1], et ita per ipsum Reginaldum et per pre-
[242.] dictum Alexandrum qui hoc permisit habuit | idem Henricus capellam illam semper usque ad tempus quo Herebertus le Poure fuit persona ecclesie de Hocham, et idem Herebertus implacitauit ipsum Henricum ita quod Henricus satisfecit ei tali modo quod remansit in capella illa tota uita sua, ut firmarius, quia capella illa prius reddidit predicte ecclesie tantum[2] etc. et tunc reddidit ipse Henricus pro concordia illa tantum[3] etc. et minutas obuenciones, unde dicunt quod ob.it firmarius et non persona. Et quesitus[4] utrum Henricus presentatus fuit tempore guerre uel tempore pacis, dicunt quod melius credunt quod tempore guerre, et bene credunt quod Henricus nunquam fuit admissus per episcopum uel officialem. Et ideo Henricus nichil capiat per hanc assisam et sit in misericordia pro falso clamore etc.

1654. Linc. [5]Agnes que fuit uxor Galfridi filii Gyue optulit se etc. uersus Alexandrum filium Gyue de placito dotis scilicet de tanta terra etc. quam ipsa clamat in dotem etc. Et Alexander non uenit etc. et summonicio etc. ita quod ipse prius [illegible] ei quod non fuit desponsata etc. et ideo tercia pars capiatur in manum Dom. Regis etc. et ipse summoneatur quod sit ibi auditurus etc.[6]

1655. Salop. [7]Dies datus est Egidio de Erdintona et Elene de Leweline tenenti que est infra etatem de audiendo iudicio suo de assisa mortis antecessoris, et dictum est custodi dicte Elene quod tunc sit ibi predicta Elena eo quod ipsa est infra etatem etc.

1656. Norf. [8]Ricardus de Hyfordia petit uersus Robertum de Hy[illegible] quod teneat conuencionem inter eos factam etc. de [illegible]

[1] *capellam illam*, A.
[2] *xxx. trauas* (?) *bladi*, A.
[3] *xx. sol. et ceraquum*, A.
[4] Corr. *quesiti*, A.
[5] A. m. 17.
[6] The little caps. [illegible] A's [illegible] has already appeared [illegible]
[7] A. m. 19.
[8] A. m. 19.

erre etc. in Hyfordia, unde quoddam scriptum factum est nter eos, unde idem Ricardus dicit quod per conuencionem llam debuit ipse habere unum mesuagium etc.

Et Robertus uenit et cognoscit conuencionem illam et licit quod in nullo est contra conuencionem illam. Et Ricardus quesitus si habuit seisinam de mesuagio illo, dicit quod habuit et quod inde disseisitus est per ipsum Robertum. Et ideo perquirat sibi per breue de noua disseisina si uoluerit, t sit in misericordia quia impetrauit aliud breue quam ecundum legem terre etc.

[1]Eliena que fuit uxor Walteri de Stepinges petit uersus Sumers. Linc.
Hugonem de Burgo Justiciarium redditum x. marcarum cum pert. in Wechefordia et Billebroke in comitatu Sumersetie. Et Justiciarius uocauit inde ad warantum Gilebertum de Baningewrthe qui antequam warentizaret obiit, et Justiciarius per Warinum filium Johelis uocat inde ad warantum Willelmum filium et heredem predicti Gileberti, qui presens est et licit quod nullum diem habet inde. Et ideo datus est dies etc.

[2]Magna assisa inter Ricardum filium Simonis petentem Hunt.
t Aliciam Comitissam de Augo de aduocacione ecclesie de Bukeswrthe ponitur in respectum usque ad talem diem eo quod attornatus Comitisse obiit, et dictum est tali etc. quod cire faciat Comitisse etc.

[3]Henricus de Sandwico petit uersus Johannem de Reples Kent.
quod warentizet ei feodum j. militis cum pert. in Riple xceptis etc.[4] quod tenet et de eo tenere clamat, et unde artam Thome patris eiusdem Johannis cuius heres etc. habet ut dicit, unde idem Henricus dicit quod desicut habet artam suam de feoffamento Thome patris sui per quam idem Johannes debet terram illam ei warentizare, mater eiusdem Johannis per defaltam ipsius Johannis recuperauit terciam partem eiusdem terre in dotem uersus eum, ita quod ubi ipse lebuit per annum reddere xl. sol. de redditu pro terra illa, pse distringatur ad reddendum illos xl. sol. adeo plenarie icut fecit quando totam terram integre tenuit, et preterea

[1] A. m. 20 d.
[2] A. m. 20 d.
[3] A. m. 24 d.
[4] Except the advowson and certain lands, A.

multa alia dampna ei fecit contra cartam illam per quod deterioratus est et dampnum habet etc. Et Johannes uenit et defendit cartam et sigillum et totum etc. et quod Thomas pater suus nunquam illam fecit, et inde ponit se super iuratam et super testes etc. Et Henricus uenit et dicit quod paratus est illam probare sicut curia consideraueri[t] per collacionem sigillorum et alio modo sicut curia conside-rauerit, et dicit quod Eadmundus de Northburgo habet cartam de eodem sigillo et plures tales[1] etc. Et ideo ipsi omnes summoneantur quod sint etc. et habeant omnes cartas quas habent sub nomine predicti Thome. Ad quem diem uenerunt omnes et proferunt cartas etc. et omnia sigilla concordant[2] etc. et ideo sine die etc.

1660. [illegible] [3]Roges filius Simonis summonitus fuit ad respondendum Dom. Regi quare deforciat ei custodiam Geruasii filii et heredis Roberti de Tintagel cuius custodia ad ipsum etc. eo [illegible] quod idem Robertus tenuit de Dom. Rege. |

Et Roges uenit et dicit quod defendit uim et iniuriam, set dicit quod Baldewinus filius Gaufridi cui Henricus filius Comitis dedit custodiam illius heredis, eandem custodiam dedit eidem Roges, et conuencio facta fuit inter Dom. Regem et predictum Henricum[4] talis scilicet quod omnia dona que idem Henricus dederit de custodiis uel maritagiis remanerent inconcussa et firma, et inde factum fuit quoddam cirographum inter Dom. Regem et predictum Henricum. Et profert cartam eiusdem Henrici que testatur quod ratam et gratam habuit concessionem et assignacionem terre et heredis Roberti de Tintagel cum maritagio heredum dicti Roberti; quam quidem custodiam dedit et fecit Baldewino filio Gaufridi; et idem Baldewinus fecit et cognoscit[5] Roges filio Simonis militi suo, et hac racione habet ipse custodiam heredis, et bene cognoscit quod Robertus tenuit de Rege etc.

Et Philippus de Pirie pro Dom. Rege dicit quod [illegible]

[1] [illegible] A.
[2] [illegible] A. [illegible]
[3] A m. [illegible]
[4] [illegible]
[5] [illegible] A.

idem Baldewinus habuit custodiam terre et heredis predicti Roberti ex dono predicti Henrici et inde profert cartam eiusdem Henrici que donum illud testatur. Profert eciam cartam eiusdem Baldewini que testatur quod ipse dedit eidem Philippo[1] heredes predicti Roberti de Tintagel ad maritandum et custodiam tocius terre que fuit eiusdem Roberti, unde idem Philippus dicit quod Baldewinus nunquam habuit seisinam de ipso herede, set idem Philippus habet custodiam terre eiusdem Roberti, et hac racione clamat custodiam heredis ad opus Dom. Regis.

Et Roges dicit quod Baldewinus reuera nunquam habuit seisinam de herede, nec aliquid profert de Baldewino, per quod warentum habeat de custodia illius heredis etc.

Et quia uterque eorum cognoscit quod Baldewinus nunquam habuit seisinam de custodia eiusdem heredis, consideratum est quod Dom. Rex habeat seisinam suam de herede illo, et preceptum est eidem Roges quod habeat illum heredem liberandum Dom. Regi tali die etc.

[2]Gilebertus de Couelindena et plures alii[3] summoniti fuerunt ad respondendum Priori de Mertona domino suo quare non faciunt eidem Priori consuetudines et seruicia que ei facere etc. de tenementis que de eo tenent in uillenagio ut dicit, unde idem Prior dicit quod debent ei per annum tantum etc. Surr.

[[4]Unde idem Prior dicit quod debent ei per annum sine firma sua quam reddunt, scilicet unusquisque debet in autumpno uenire ad precariam que appellatur alebedripe cum tota familia sua excepta uxore sua et excepto bercario suo et habere semel ad manducandum cum ceruisia et iterum sine ceruisia, et dare vj. den. ad quandam domum quolibet anno faciendam que uocatur sumerhus, uel illam domum simul cum aliis[5] ad eleccionem eiusdem Prioris, et mittere unum hominem ad precariam in autumpno usque ad nonam sine cibo, et quod unusquisque eorum intersit in propria persona ad magnas precarias cum tota familia sua exceptis uxore et pastore suo, et bis manducabit sine ceruisia et sero cum ceruisia, et quod prosternant claus-

[1] Supply *de Pirie*, A.

[2] A. m. 25 d. Across the roll the hand of the person who made the 'scoring' has written in large letters what I read as *Loquatur mecum de hoc capitulo.* The case is long and is to be abbreviated by omissions, so the copyist must have a talk with me before he sets to work on it.

[3] There are thirty-five defendants.

[4] The note-book does not describe the services, but they are so interesting that I supply them from the roll within [ ].

[5] Supply *facere* (?).

turam in bosco in Shelwude, et clausturam illam uenire faciant apud [illegible]wurthe proprio custu suo, et claudant apud Ewelle unam rodam circa [illegible] de Ewelle, et habebunt ueterem sepem, et mittat unum hominem de [illegible] sua ad prata sua de Ewelle leuanda donec plenarie leuentur, et arare [illegible] in hieme et iterum in quadragesima ad cibum Prioris, et det pannagium de porcis siue persona fuerit in bosco siue non, ita scilicet quod si habeat decem porcos, dabit decimum, si uiginti, duos, et ita deinceps, si minus quam decem, pro quolibet, j. den., et non potest maritare filium suum uel filiam suam sine licencia Prioris, et quod unusquisque uiuente uxore dabit j. den. S. Petri, uxore defuncta, j. ob., et quod unusquisque ad summonicionem ballivi de Eswelle ueniat ad curiam de Ewelle, et ibi per curiam suam [illegible]cetur, et quod ei det auxilium quando alii pares sui de Ewelle dant auxilium, nec possunt bouem uel equum masculum uendere sine licencia, et preterea idem Prior habere debet meliorem bouem de testamento, uel equum si habuerit, nec possunt secare aliquam quercum in bosco sine licencia.]

Et predictus Gilebertus et omnes alii ueniunt et dicunt[1] et defendunt quod nullam terram tenent de eo in uillenagio, immo libere tenent et defendunt omne uillenagium. De predictis consuetudinibus dicunt quod reuera[2] terra quam ipsi tenent reuera[2] est quoddam membrum de Ewelle quod fuit dominicum manerium Dom. Regis H. etc. qui illud dedit domui de Mertona, et bene cognoscunt quod quelibet uirgata terre debet per annum v. sol. scil. v. hide c. sol. De auxilio per annum bene cognoscunt quod quando Prior habuerit opus pro necessitate ecclesie sue, libenter ei racionabiliter auxiliabuntur, non racione uillenagii set de gracia. De pannagio bene cognoscunt quod illud debent etc. scilicet decimum porcum tali tantum modo quod ipsi primo eligere debent duos porcos et ballivus Prioris tercium de residuis, uel de quolibet porco j. den. ad eleccionem Prioris. Et preterea ad summonicionem Prioris uel ballivi sui uenire debent ad curiam de Ewelle ad iudicia facienda cum opus fuerit, ut liberi homines[3]. De aliis consuetudinibus dicunt quod illas precise defendunt omnibus modis quibus debebant, quod nunquam illas facere debuerunt nec fecerunt, et ponunt se in magnam assisam Dom. Regis etc. Et quesiti si homines de Ewelle sint uillani, dicunt reuera quod quidam eorum sunt uillani etc.

Et Prior uenit et dicit quod iniuste dicunt quod [illegible]

[1] Omit *et dicunt*, A.
[2] Sic A.
[3] Supply *De denar'* S. [illegible], A.

uillani et uilenagia tenent, quia manerium de Ewelle cuius membra [1]sunt tales terre quas predicti[1] homines tenent, est uillenagium, et ipsi hoc cognoscunt, unde petit iudicium si membra possint esse liberiora quam capud, et preterea quidam predictorum hominum scilicet Simon le Dene tulit aliquando assisam mortis antecessoris super Willelmum le Dene in curia Dom. Regis, et assisa remansit eo quod terra fuit de uillenagio Dom. Regis. Et ipsi Simon et Willelmus hoc cognoscunt.

Post uenerunt predicti homines et offerunt Dom. Regi tantum[2] etc. pro habenda inquisicione quas consuetudines antecessores sui fecerunt tempore H. Regis etc. Et fiat inquisicio, et ueniat tali die etc. ad recognoscendum que seruicia et consuetudines homines predictarum uillarum[3] fecerunt de terris suis[4] anno et die quo Dom. Rex[5] dedit dictum manerium prioratui de Mertona etc. | [243.]

[6]Assisa uenit recognitura si Petrus de Goldintona et tales[7] etc. iniuste etc. disseisiuerunt Ricardum de Beseuilla et Johannam uxorem eius de libero tenemento suo in Rauenestorpe infra assisam etc. Norht.

Et ipsi omnes ueniunt et cognoscunt quod tenementum illud est liberum tenementum ipsorum Ricardi et Johanne, set non potuerunt tenementum illud excolere eo anno quo campus uersus tenementum illud iacuit ad waractum, et quia ipsi contra consuetudinem uille tenementum illud coluerunt, ipsi pauerunt bladum postquam ingerminatum fuit. Et ideo consideratum est quod ipsi Ricardus et Johanna remaneant in seisina sua et Petrus et alii in misericordia etc.[8]

[1-1] Corr. *cuius membrum terre de Fifhida et de Shelwode sunt quas predicti*, A.

[2] Five marks, A.

[3] *homines Prioris de Shelwude et de Fifhide fecerunt*, A.

[4] The text has *sui*.

[5] *Dom. H. Rex auus Dom. Regis*, A.

[6] A. m. 30. A small membrane appended to the roll has this one case and no others. It is the record of an assize before Pateshull and Hareng, A. R. 7. Probably the assize was taken at Northampton.

[7] Thirty-seven defendants.

[8] Seemingly it is held either that the alleged restrictive custom is bad, or that at any rate the defendants could not enforce it by turning their beasts into Joan's land to eat the crop.

PLACITA APUD WESTMONASTERIUM DE TERMINO S. MICHAELIS ANNO REGIS HENRICI NONO ET INCIPIENTE DECIMO[1].

1663. Norf. [2]Walterus de Fisinges[3] petit uersus[4] Rogerum de Fisinges[3] terciam partem lx. sex acr. terre cum pert. in Fisinges[3] ut ius suum etc., et ut racionabilem partem suam que eum contingit de hereditate Ricardi patris eorum etc. sicut de terra partibili etc.

Et Rogerus uenit et defendit ius suum quando etc., et dicit quod non debet ad hoc breue respondere, quia Ricardus habuit plures filios et maxime quemdam Johannem qui mortuus est et qui habuit filium qui adhuc superstes est. Et Walterus hoc defendit etc.

Et Rogerus defendit quod terra non est partibilis, nec partiri debet, quia antecessores sui feoffati fuerunt de terra illa per seruicium militare faciendum, et semper fecit seruicium militare quousque Prior de Lewes capitalis dominus posuit seruicium militare ad denarios, ita quod modo reddit xl. sol. pro tercia parte feodi unius militis quam inde solebat percipere.

Et Walterus dicit quod iniuste hoc dicit quia terra illa est partibilis, et hoc bene patet, quia Paganus antecessor suus primo feoffatus habuit duos filios, Gilibertum et Warinum, inter quos terra illa partita fuit, et Gilibertus habuit quatuor filios inter quos similiter partita fuit terra ipsius Giliberti, et inde ponit se super patriam etc.

Et Rogerus uenit et dicit quod terra illa non est partibilis, quia dicit quod idem Paganus tenuit terram illam integre et feoffauit eundem Warinum de quadam parte eiusdem terre. Mortuo Pagano, Gilibertus habuit residuum eiusdem terre sine parte quam Warinus habuit, et idem Warinus fuit persona. Et bene dicit quod terra illa numquam partita fuit.

[1] For this term A = Coram Rege Roll No. 19; B = Coram Rege Roll No. 23; C = Tower Roll No. 3, which [illegible]

[2] A m. 2; B. m. 1 d; C m. 2 [illegible]
[3] So A, C; [illegible] B.
[4] [illegible]

nec est partibilis, quia nunquam partita fuit inter aliquos qui essent de uno stipite, et inde ponit se super patriam. Et Walterus similiter. Et ideo fiat iurata, et ueniat tali die ad recognoscendum si predicta terra sit partibilis et si umquam partita fuit[1].

[2]Hugo de Sanfordia queritur quod Thomas de Rupe sicut ipse Hugo custodiuit terram Archidiaconi Cantuariensis domini sui apud Eluertona tali die etc. uenit idem Thomas in pace Dom. Regis etc. et in felonia et in roberia abstulit ei de blado domini sui fabas de uno sellione et auenam de alio etc. qui remansit eidem Archidiacono per finem factum in curia Dom. Regis, et hoc uidit Robertus de Cliue qui uenit cum eo ad utesium et qui hoc offert probare per corpus suum sicut curia etc. Wigorn.

Et Thomas uenit et defendit roberiam etc., et petit sibi allocari quod idem Hugo alias appellauit eum in comitatu Wigornie de eodem facto per corpus suum et nunc appellat eum per predictum Robertum. De blado dicit quod reuera asportauit quasdam garbas fabarum et alterius bladi sicut de terra sua propria et non de terra Archidiaconi, et petit iudicium si de tali blado suo debeat eidem Roberto respondere per hoc appellum.

Et Hugo dicit quod nunquam appellauit eum in comitatu de blado illo, set reuera appellauit eum de roberia unius eque unde attachiamentum factum est coram iusticiariis ad omnia placita.

Et quia Hugo et Robertus appellant eum de alterius catallis quam suis nec de suo proprio aliquid loquitur[3], nec de plaga, nec de alia re, consideratum est quod[4] nullum est, et ideo Thomas inde sine die et Hugo et Robertus in misericordia. |

[5]Prior de Wimundeleia petit uersus Philippum de Wlie quod warentizet ei tantam terram cum pert. in Dinesl', et tantam terram etc. in Chiuelefordia et tantam terram cum pert. in Graual', quas tenet etc., et unde cartam patris sui [243 b.] Essex.

[1] This case is Fitz, *Prescription*, 61.
[2] A. m. 2 d; B. m. 3; C. m. 2. Bracton, f. 146, cites this case.
[3] Corr. *loquuntur*, A, B.
[4] Supply *appellum*, A, B.
[5] A. m. 3 d; B. m. 2 d.

Thome cuius heres ipse est habet ut dicit, quas profert et que donum illud testatur[1] reddendo per annum tantum[2] etc. pro omni seruicio, unde idem Prior queritur quod desicut continetur in cartis quod idem Thomas et heredes sui acquietare debent terras illas uersus omnes homines de omnibus seruiciis per predictos denarios etc., ipse distringitur pro scutagio Dom. Regis pro defectu ipsius Philippi per quod deterioratus est et dampnum habet etc.

Et Philippus uenit et dicit quod non debet terras illas ei warentizare et maxime terram de Dinesl', quia idem Prior non tenet terram illam de eo, nec tenere potest, quia quidam Willelmus Pollard tenuit terram illam et aliam ex dono Dom. J. Regis per cartam suam reddendo x. capones Dom. Regi, et idem Willelmus uendidit eidem Thome patri suo quamdam partem et aliis quamdam partem sine licencia Dom. Regis, et iuit in terram sanctam. Postea uero idem Thomas dedit predicto Priori predictam terram in Dinesl' per seruicium v. sol., et cum hoc audiretur ad scaccarium Dom. Regis, Dom. Rex precepit capere in manum suam totam terram quam predictus Willelmus dedit de seriancia sua ita quod Prior disseisitus est de terra illa in dominico, et ipse disseisitus est de seruicio suo, et omnes alii ita feoffati, et petit iudicium si contra Dom. Regem in tali casu warentiam facere debeat.

Et Prior dicit quod si non potest terram illam warentizare uidetur ei quod debeat ei escambium facere desicut continetur in cartis quod debet terram illam ei contra omnes homines warentizare.

Et barones de scaccario hoc totum recordantur et warentizant. Et ideo Prior et Philippus inde sine die, et terra et seruicium quod fuit Willelmi predicti remanet[3] in manu Dom. Regis.

1666. Cornub. [4]Radulfus Lowis summonitus fuit ad respondendum Dom. Regi quo aduocato se tenet in personatum[5] ecclesie de Eglesago, et Johannes Wac eodem modo summonitus est

[1] A and B give *cartam quas testantur.*

[2] Five shillings, A, B.

[3] *remaneat*, A.

[4] A. m. 5; B. m. 5 d.

[5] *personato*, B.; [illegible]

respondendum quo aduocato se tenet in uicaria eiusdem ecclesie etc.

Et Radulfus uenit et dicit quod habuit personatum per Henricum filium Comitis dum habuit terram Cornubie, et Dom. Rex per finem quem idem Henricus fecit cum eo concessit quod omnes donaciones quas fecerat clericis essent stabiles[1], et nunc aduocat se per Dom. Regem et dicit quod admissus fuit per presentacionem predicti Henrici, et dicit quod ad presens nichil clamat nisi personatum duarum marcarum.

Et Ricardus de Elmham dicit pro Dom. Rege quod non potest esse persona per Henricum filium Comitis, quia Johannes de Plesetto fuit inde persona ex dono Dom. Regis J., et inde profert etc., que testatur etc., et idem Johannes obiit nondum anno uno completo etc.

Et Radulfus dicit quod Johannes nunquam inde persona fuit, nec aliquid inde percepit, immo Henricus de Marisco obiit inde persona de dono Comitis Reginaldi[2], et inde ponit se super iuratam.

Et Johannes Wac non uenit, et preceptum fuit pluries Episcopo Exoniensi quod distringeret eum et haberet illum. Et Episcopus uenit et non habet eundem Johannem quia non est residens in episcopatu suo, set dicit quod cepit beneficium suum in manum suam etc.

[3]Assisa uenit recognitura si Abbas de Bello iniuste etc. disseisinit Ricardum Lucet de libero tenemento suo in Dingelmareis post ult' etc. Et Abbas uenit et dixit coram iusticiariis itinerantibus quod assisa non debuit inde fieri, quia de eadem terra implacitauit idem Abbas eundem Ricardum in curia Dom. Regis apud Westmonasterium per breue de recto, et terram illam recuperauit uersus eundem Ricardum per iudicium curie per defaltam ipsius Ricardi, et inde uocauit curiam ad warantum. Kent.

Et Ricardus uenit et dicit quod de eadem terra non potuit nec debuit eum implacitare, quia ante breue illud

[1] As to the proceedings of Henry Fitz Count, see Case 1512.

[2] Henry Fitz Count was a bastard son of Reginald, Earl of Cornwall, a bastard son of Henry I.

[3] A. m. 11; B. m. 9.

de recto per duos annos et eo amplius disseisiuerat eum idem Abbas de eadem terra, et Abbas tunc fuit in seisina, ita quod ipse nichil inde tenuit, et postea dum idem Ricardus fuit in peregrinacione sua apud S. Jacobum[1] impetrauit
[214.] idem Abbas breue | illud de recto de terra quam idem Abbas tenuit in manu sua, et inde ponit se super iuratam.

Et Abbas dicit quod idem Ricardus fuit in Anglia et in partibus illis quando placitum suum motum fuit et quando recuperauit seisinam per defaltam, et idem Ricardus tenet fuit in seisina, ita tamen quod per superhabundacionem maris fuit terra illa uastata, et nunquam eum inde disseisiuit.

Et Ricardus quesitus qua hora et quo anno iuit in peregrinacionem suam, dicit quod in Quadragesima tribus annis transactis et quod nunquam aliquam summonicionem habuit nec habere potuit eo quod terram illam non tenuit, quia die et hora qua eum implacitauit fuit idem Abbas in seisina de eadem terra et semper postea, et inde ponit se super iuratam.

Et Abbas hoc totum defendit et dicit quod idem Ricardus tenuit fere totum manerium illud ad firmam de domo sua, et quamdam partem habuit per donum Abbatis Johannis et consensu Conuentus, et bene defendit quod antequam recuperauit seisinam per defaltam nullam inde disseisinam fecerat, et inde ponit se super iuratam. Et Ricardus similiter. Et ideo procedat assisa ad recognoscendum quis fuit in seisina quando Abbas implacitauit Ricardum.

Juratores dicunt quod Ricardus reuera tenuit tenementum illud ut suum liberum tenementum, et tunc uenit mare et fregit walliam et mare superhabundauit ita quod terra submersa fuit, set postea cepit Abbas totum comodum de terra illa sicut de herbagio, quia cepit denarios de herbagio de aueriis alterius quam Abbatis et hominum suorum, et hoc totum fuit antequam Abbas implacitaret eum in curia Domini Regis apud Westmonasterium. Et ideo consideratum est quod Ricardus recuperauit seisinam suam et Abbas in misericordia etc.

[1] Compostella.

[1]Alexander de Walepol et Grecia uxor[2] petunt uersus Johannem filium Roberti medietatem septem acr. terre cum pert. in Wretinges ut dotem suam etc., unde Willelmus de Wadehulla quondam uir suus eam dotauit etc. Suff. De dote.

Et Johannes alias uocauit inde ad warantum Warinum filium et heredem predicti Willelmi, qui est infra etatem et in custodia Roberti de Clare, ita quod Johannes peciit auxilium curie ad summonendum eum, et non est secutus auxilium suum. Et quia per eum stetit quod War'[3] non uenit, consideratum est quod Alexander et Grecia recuperauerunt seisinam suam per defectum waranti et Johannes in misericordia et habeat tale recuperare etc.

[4]Alicia que fuit uxor Jacobi de Cardunuilla petit uersus Hugonem Lincolniensem Episcopum terciam partem duarum caruc. terre cum pert. in Chiselhamtona etc. ut dotem suam etc., unde predictus Jacobus eam dotauit die quo eam desponsauit etc. Oxon. De dote.

Et Episcopus uenit et dicit quod non intelligit quod debeat inde dotem habere, quia ipsa nunquam fuit desponsata in facie ecclesie, set reuera bene potest esse quod ipse affidauit eam in egritudine sua unde obiit et in domo sua, set bene scit quod dum ipse fuit sanus et itinerans semper tenuit eam in suncecagio ut amicam suam, et petit iudicium si pro tali fide data debeat ei dotem facere.

Et Alicia dicit quod reuera desponsata fuit eidem Jacobo in domo illa in egritudine sua, ita quod ipse imposuit ei anulum digito, et postea conualuit et fuit itinerans de loco in locum, et dicit quod sponsalia denunciata fuerunt ad tres uicinas ecclesias per tres dominicas antequam eam desponsauit, et eam predicto modo in domo sua desponsauit in crastino[5] S. Georgii et obiit postea die[6] Natiuitatis B. Johannis Baptiste, et petit similiter iudicium si debeat inde dotem habere uel non. Et quia ipsa cognoscit quod ipsa non fuit desponsata ad hostium ecclesie nec ibi dotata, consider-

[1] A. m. 13. Bracton, f. 396 b, cites this case.
[2] Supply *eius*, A.
[3] Sic, A. *Warinus* or *warantus*.
[4] A. m. 1 d; B. m. 3. Bracton, f. 304, cites this case. It is Fitz. *Dowere*, 200.
[5] 21 April.
[6] 21 June.

atum est quod Episcopus sit inde quietus et Alicia in misericordia, et nullam inde dotem habeat, eo quod fidem quam idem Jacobus dedit, fecit pro salute anime sue et pro periculo mortis.

1670. Wilt. [1]Henricus de Bello Quercu petit uersus Willelmum de Leueriz j. hidam terre cum pert. in Cuneleffeldia ut ius suum etc., unde Walterus Balde antecessor suus fuit seisitus ut de feodo et iure et in dominico tempore H. Regis aui etc., et de Waltero descendit ius terre illius Henrico filio suo, et de Henrico Cecilie filie sue, et de Cecilia ipsi Henrico ut filio et heredi suo etc.

Et Willelmus uenit et defendit ius suum quando etc., et dicit quod tenet terram illam de Dom. Rege in capite per seruicium capiendi lupos in foresta Dom. Regis, et Dom. Rex est in seisina de seruicio illo sicut Hugo de Neuilla capitalis forestarius testatur, et ideo petit Willelmus iudicium si debeat sine Dom. Rege respondere.

Et Henricus dicit quod clamat tenere de Dom. Rege per seruicium quinte partis j. militis. Et ideo loquatur cum Dom. Rege[2], et W. recedat sine die quia noluit mutare

[244 b.] seruicium. |

1671. Ebor. [3]Ricardus persona de Mapeltona attachiatus fuit ad respondendum Hugoni filio Keeel et aliis etc. quare contra prohibicionem etc. secutus est placitum in curia cristianitatis de catallis que non sunt de testamento etc. unde ipsi queruntur quod ipse exigit ab eis in curia cristianitatis tantum[4] etc. per quod deteriorati sunt et maximum dampnum habent etc.

Et Ricardus uenit et defendit quod de catallis non tradit eos in placitum set de decimis suis, ita quod ipse uendidit Comiti Albemarlie xl. marc. de blado suo de decimis, et noluit ei bladum dimittere nisi predicti homines et alii manucepissent pro Comite quod redderent ei illas xl. marcas de redditu eorum de mundinis S. Botulphi[5], et ad hoc faciendum iurauerunt tactis sacro sanctis, et quia Comes non reddidit ei denarios illos ideo illos ab eis exigit.

[1] A. m. 6; B. m. 5; C. m. 3.
[2] B [illegible].
[3] A. m. 14; B. m. 12. Bracton, f. 107, cites this case.
[4] [illegible], A. P.
[5] [illegible]

Et quia cognoscit quod Comes est principalis debitor et satis habet unde tantam pecuniam soluere possit, consideratum est quod Ricardus capiat se ad Comitem si uoluerit, et quod non sequatur hoc placitum in curia cristianitatis et sit in misericordia quia secutus est contra prohibicionem, et faciat eos absoluere eo quod dicit quod excommunicati sunt. Et sciendum quod Ricardus cognouit quod primo implacitauit eos in curia Dom. Regis apud Eboracum coram Simone de Hales et ibi non potuit denarios illos uersus ipsos recuperare.

Postea cognoscunt Burg'[1] quod nolunt inde placitare in curia Dom. Regis[2] et ideo datus est eis dies etc.

[3]Preceptum fuit uicecomiti quod recordari faceret in comitatu suo loquelam que fuit in eodem comitatu inter Agnetem de Hustona petentem et Abbatem de Eynesham tenentem de una uirgata terre cum pert. in Hustona unde duellum uadiatum fuit inter eos et unde idem Abbas questus fuit etc. quod falsum etc. Et Galfridus de Caxtona etc. iiij. milites cum recordo ueniunt et recordantur pro comitatu quod Agnes peciit in comitatu unam uirg. terre cum pert. in Hustona uersus eundem Abbatem ut ius suum, ita quod post uisum terre petitum et post omnia essonia facta uenit Agnes et peciit uersus eum terram illam ut ius suum, et ut illam unde Salomon auus suus fuit seisitus etc., et de ipso Salomone descendit ius etc. Matillidi filie sue, et de Matillide ipsi Agneti ut filie etc., et hoc optulit probare per corpus Roberti de Wylburham cui Adam pater suus precepit ut hoc testificaret etc. sicut curia etc. sicut de uisu suo et precepto patris sui. Cantebr.

Et Abbas per quemdam Johannem attornatum suum uenit et defendit ius suum et seisinam Salomonis et totum etc. per corpus Petri de Hoylande, et sic Petrus dedit uadium defendendi et inuenit plegios, et Robertus dedit uadium disracionandi et inuenit plegios, et datus fuit eis dies ad proximum comitatum. Ad quem diem uenit Agnes cum campione suo Roberto armato, et Petrus campio Abbatis

[1] *Burgenses*, B. The various plaintiffs seem burgesses of York.

[2] *in curia cristianitatis*, B.

[3] A. m. 14; B. m. 12. Bracton, f. 344, cites this case.

armatus se optulit et Johannes attornatus Abbatis essoniauit se de malo ueniendi per talem etc., et datus fuit eis dies ad proximum comitatum etc. Ad quem diem uenit Agnes cum campione suo armato, et Johannes attornatus Abbatis uenit et optulit se et Petrus campio Abbatis essoniauit se de malo ueniendi per talem etc., et Agnes opposuit sibi et dixit quod essonium illud non iacuit nec debuit allocari, quia ipsa nichil clamat uersus eundem Petrum. Unde dictum fuit partibus quod retraherent se quousque comitatus plenius conueniret. Postea comitatu congregato, uenit Agnes et optulit se cum campione suo, et attornatus Abbatis quesitus et sepius uocatus non uenit, et dictum fuit Agneti quod adhuc expectaret, et ipsa expectauit usque fere ad finem comitatus et ultra horam nonam, et tunc tercio se optulit, et peciit iudicium de defalta desicut idem Johannes prius comparuit et optulit warentizare essonium suum et sine die recessit, et Johannes semel, secundo, tercio et sepius uocatus non uenit nec aliquis pro eo, et sic per defaltam ipsius Johannis adiudicata fuit seisina predicte Agnetis[1] de illa uirgata terre cum pertinenciis etc.[2]

Et Abbas et Johannes qui tunc fuit attornatus Abbatis ueniunt et dicunt quod in parte bene recordantur et in parte male, quia usque ad ultimum comitatum in omnibus bene recordantur, set ad diem illum reuera uenit Johannes attornatus Abbatis et optulit se et Petrus campio suus se essoniauit, et in presencia Johannis pro defectu campionis quia essoniauit se et[3] iudicatum fuit in pleno comitatu quod de campio[4] nullum iacuit essonium, et pro defalta illa factum fuit iudicium per quod Abbas amisit seisinam, et non per defaltam Johannis, quia Johannes semper presens fuit, et quod per tale recordum fecerunt iudicium et non pro defalta Johannis offert disracionare per corpus etc. qui interfuit ad comitatum etc. uel defendere quod per aliud[5] recordum non fuit iudicium factum sicut curia consideraverit etc. |

[1] Corr. Agnetis, B: Agn', A.
[2] Record of county ends.
[3] Sic, A: omit et.
[4] Corr. campione, A, B.
[5] Corr. aliud, A, B.

Et predicti iiij. milites pro comitatu hoc precise defendunt et dicunt quod recordum predictum[1], et per defaltam Johannis sicut predictum est etc., et offerunt probare etc. uel defendere etc. Et quia comitatus recordatur quod per defaltam Johannis et Abbatis factum fuit iudicium et non per defaltam campionis, et Abbas nichil aliud ostendit nisi quod simpliciter hoc defendit, Consideratum est quod Abbas non potest hoc dedicere et ideo Abbas in misericordia et comitatus inde quietus etc. [215.]

8. [2]Jurata uenit recognitura de consensu parcium si Robertus de Bosco quondam uir Matillidis die quo eam desponsauit tenuit xl. acr. terre cum pert. in Sturstona in feodo uel non, unde contencio est inter Radulfum de Bray et Aliciam uxorem eius querentes et predictam Matillidem de Bosco de qua predictus Radulfus et Alicia questi fuerunt quod Matillis iniuste occupauerat terram illam eo quod Willelmus de Bosco auunculus predicti Roberti tunc tenuit illas xl. acr. terre in feodo et non Robertus, sicut prius in recordo de uno mense post festum S. Hillarii, quia Radulfus et Alicia questi fuerunt quod occupauit iniuste terram illam occasione dotis quam ipsa recuperauit uersus eos. Norf.

Juratores dicunt quod Robertus de Bosco senex tenuit illas xl. acr. terre cum pert. ut ius suum et inde dotauit Mabiliam uxorem eius, et habuit de ea duos filios Gilibertum et Willelmum, et Gilibertus post mortem Roberti patris sui in seisina fuit de hereditate patris sui, et totam terram de Stertona assignauit Mabilie matri sue in dotem suam, et Mabilia tenuit terram illam et dedit inde Willelmo suo filio predictas xl. acr. terre cum pert., et postea post mortem ipsius Mabilie tenuit Willelmus terram illam per donum matris sue, et Gilibertus frater suus hoc bene permisit tota uita sua, et Gilibertus habuit unum filium Robertum nomine quondam uirum ipsius Matillidis, et post mortem Giliberti habuit idem Robertus hereditatem suam, et duxit ipsam Matillidem in uxorem, et bene permisit Willelmum auunculum suum tenere terram illam sicut prius tenuit, ita quod die quo

[1] Supply *uerum est*, B; but A has not these words.

[2] A. m. 14; B. m. 12. See above Cases 187, 968.

Robertus eam desponsauit et per decem annos postea tenuit Willelmus illas xl. acr. terre, et postea cecidit in etatem et fuit impotens sui et tunc posuit se in custodiam Roberti nepotis sui cum terra illa. Et ideo consideratum est quod Matillis nichil capiat per hanc iuratam, et quod iniuste occupauit terram illam, et quod Radulfus et Alicia habeant seisinam suam quam cito idem Radulfus purgauerit se de apello unde Ricardus filius Nigelli eum appellat de predicione corporis Dom. Regis[1], et interim remaneant terre ille in manu Dom. Regis. Postea quietus est de appello illo et idem habeant seisinam etc.

1674. Norf. [2]Robertus de Bosco petit uersus Matillidem de Bosco quod faciat ei consuetudines et seruicia que ei facere debet de libero tenemento suo quod de eo tenet in Sterstona, unde idem Robertus queritur quod defendit ei scutagium de Bedefordia[3] desicut ipsa recuperauit terram illam in dotem per warentiam eiusdem Roberti.

Et Matillis uenit et defendit uim et iniuriam et dicit quod reuera tenet terram illam in dotem, set non per warantiam ipsius Roberti, quia Robertus uir suus terram illam dedit Willelmo filio suo primogenito qui inde fuit seisitus et obiit seisitus et habuit unam filiam Johannam nomine, que ut ei uidetur debet esse waranta sua, et Robertus de Bosco pater attornauit eundem Willelmum ad faciendum seruicium capitali domino, et ipsa postea per defectum ipsius Johanne et per defectum eiusdem Roberti fecit seruicium illud et per districcionem quam Comes Bigod capitalis dominus ei fecit.

Et Robertus dicit quod Willelmus nichil inde habuit nisi de ballia Roberti patris sui ad se sustentandum quamdiu ei placeret, et idem Willelmus semper fecit seruicium suum Roberto patri suo, et Robertus obiit seisitus de seruicio illo et ideo petit seisinam suam de eodem seruicio desicut ipse est heres predicti Roberti et habet hereditatem suam.

[1] To this appeal Bracton alludes on f. 141; but the names of the parties are sadly distorted in the printed book; an account of it will be found in Ann. Monast. vol. 3, p. 97; the record is on the rolls for this term.

[2] A. m. 14; B. m. 12 d. See last case and Case 487, [illegible].

[3] Scutage for the [illegible] of Fawkes of Breauté.

Et Matillis dicit quod non aduocat eundem Robertum ad warantum, nec de eo tenere clamat, immo tenet filiam Willelmi primogeniti filii predicti Roberti ad warantum, et petit inde iudicium desicut Robertus cognoscit quod Willelmus inde[1] obiit inde seisitus[2]. Et quia Matillis deaduocat eundem Robertum ad warantum et idem Robertus cognoscit quod Willelmus frater suus primogenitus obiit inde seisitus et habet heredem scil. predictam Johannam que est heres eiusdem Willelmi, et quia Matillis nichil recuperauit per warentiam ipsius Roberti, consideratum est quod Matillis teneat se ad warentiam predicte Johanne usque ad etatem ipsius Johanne, et quod Robertus interim nichil capiat uersus eam de illo seruicio etc. et Robertus sit in misericordia pro iniusta exaccione etc. |

5. [3]Henricus de Braybroc et Cristina uxor eius petunt uersus Radulfum de la Bruera unam caruc. terre cum pert. in Hulmo ut ius eiusdem Cristine, unde Elias Foliot antecessor eiusdem Cristine fuit seisitus in dominico etc., capiendo inde etc., et de Elya etc. descendit ius terre illius Roberto fratri suo, et de Roberto Ricardo filio suo, et de Ricardo Margarie filie sue, et de Margaria ipsi Cristine ut filie et heredi sue, et quod ita sit offert etc. per corpus cuiusdam liberi hominis sui Willelmi filii Rogeri le Champenays, qui hoc offert etc. per corpus suum sicut de uisu et precepto Rogeri patris sui, et si de eo etc. [246 b.] Linc.

Et Radulfus uenit et uocat ad warantum inde Gilibertum de Gaunt, qui uenit per attornatum suum per summonicionem ei factam et ei warentizat etc.

Et Henricus et Cristiana petunt uersus eum per eadem uerba que prius etc.

Et Gilibertus per attornatum suum uenit et defendit eorum ius etc. et seisinam Elie et totum de uerbo in uerbum per corpus cuiusdam liberi hominis sui Gaufridi le Criur, qui hoc offert defendere per corpus suum sicut curia considerauerit.

Consideratum est quod duellum sit inter eos etc. Dies

1 Om. *inde*, A, B.
2 B stops.
3 A. m. 18; B. m. 15.

datus est etc. et tunc ueniant armati. Pro tempore legis duellum percussum fuit post quindenam Pasche, et Gaufridus uictus est et ideo Gilibertus in misericordia, et fiat escambium Radulfo etc. ad ualenciam etc.

1676. Ebor. [1]Robertus de Buterwico petit uersus Rogerum Abbatem de Witeby centum acras terre cum pert. in Hakene ut ius suum per breue de recto.

Et Abbas uenit et dicit quod habet libertates per cartas antecessorum Dom. Regis[2] quod placitet ad hostium ecclesie de Wyteby et quod omnia placita de omnibus tenuris suis ibi teneantur, et hac libertate semper usus est, ita quod iusticiarii sepius uenerunt apud Wyteby pro placitis tenendis, et petit libertatem suam. Et curia hoc idem recordatur, et ideo Robertus redeat ad curiam de Witeby etc.

1677. Buck. De dote. [3]Alicia que fuit uxor Johannis de Horsendona petit uersus Henricum de Braybroke terciam partem manerii de Horsendona ut dotem suam, unde predictus Johannes eandem inde dotauit etc.

Et Henricus uenit et defendit quod non debet inde dotem habere, quia predictus Johannes habuit unam uxorem Erneburgam nomine que uixit cum eo sicut cum uiro suo et in Hibernia et in Anglia per xxv. annos et eo amplius, et in uita ipsius Erneburge dedit ipse Johannes totam terram illam Roberto de Braybroc patri suo, ita quod nunquam post mortem Erneburge terram habuit unde ipsam Aliciam dotare posset, et hoc offert etc.

Et Alicia dicit quod hoc iniuste dicit quia Erneburga que se facit[4] uxorem Johannis non fuit uxor eius, et hoc bene patet quia ipsa Alicia peciit ipsum Johannem in uirum in curia cristianitatis apud S. Paulum Londonie, et ibi eam per sentenciam disracionauit et in presencia Erneburge et hoc offert etc.

Et Henricus dicit quod Erneburga semper fuit cum eodem Johanne ut cum uiro suo et obiit ut uxor sua et nunquam in uita sua aliqua mencio fuit de ipsa Alicia.

m. 18; B. m. 15.
arters in Monast. vol. 1. p.

[3] A. m. 20; B. m. 17.
[4] *fecit*, A, B.

Et Alicia quesita quando desponsata fuit, et ubi, dicit quod eo anno quo Dom. Archiepiscopus consecratus fuit, et quod hoc fuit in ecclesia tali etc., et nichil ostendit quod eam[1] recuperauit in uirum, nec scriptum iudicum nec aliud etc.

Dies datus est eis de audiendo iudicio suo tali etc. ut ipsa tunc ostendat scriptum uel aliud per quod sciri possit si ipsam[2] recuperauit in uirum uel non etc.

8. [3]Ricardus de Puteo petit uersus Robertum de Puteo xxx. acras terre cum pert. in Rugeleslegha ut ius suum etc. unde Ricardus auunculus suus fuit seisitus in dominico suo etc., et de Ricardo descendit ius terre illius Rogero fratri suo eo quod Ricardus obiit sine herede de se, et de Rogero huic Ricardo ut filio suo et heredi suo etc., et quod ita sit etc. Staff.

Et Robertus uenit et defendit ius suum et seisinam predicti Ricardi et totum etc. per corpus suum sicut curia considerauerit.

Et Ricardus dicit quod non uidetur ei quod per duellum se[4] debeat se defendere, quia quidam Willelmus de Puteo habuit tres filios Rogerum, Ricardum et Reginaldum. Et Ricardus qui fuit medius adquisiuit predictam terram et obiit sine herede de se, et debuit terra reuerti ad Rogerum primogenitum fratrem suum et patrem ipsius Ricardi. Et Reginaldus postnatus filius fuit pater ipsius Roberti per quem Robertus habet ingressum. Et Ricardus obiit seisitus de terra illa et ideo ad eum debet reuerti ut ad filium primogeniti fratris sui, et si curia considerauerit quod super hoc debeat duellum fieri, offert probare seisinam Ricardi per corpus Johannis filii Nigelli etc. qui hoc offert etc. sicut de uisu et precepto Nigelli patris sui etc. |

Et Robertus uenit et cognoscit parentelam, set dicit quod nichil clamat hereditarie per Ricardum auunculum suum, set idem Ricardus reuera terram illam dedit Reginaldo patri suo[5] et attorniauit eundem Reginaldum ad faciendum seruicium suum Dom. Regi, et bene defendit quod Ricardus non [216.]

[1] Sic, A; corr. *eum*, B.
[2] Sic, A; corr. *ipsum*, B.
[3] A. m. 21; B. m. 19 d.
[4] Om. *se*, A, B.
[5] Father of Robert the tenant.

obiit seisitus, et quod ita sit offert disracionare sicut curia considerauerit per corpus suum quod predictus Ricardus terram illam dedit Reginaldo patri suo, uel defendere quod Ricardus non obiit seisitus et quod idem Ricardus nullum ius habet.

Et Ricardus dicit quod Ricardus auunculus suus obiit inde seisitus et quod tale est ius suum, et hoc offert etc. sicut prius, et offert unam marcam pro habenda inquisicione si Ricardus obiit seisitus uel non etc. Et ideo fiat iurata etc. Veniat tali die ad recognoscendum si predictus Ricardus auunculus ipsius Ricardi fuit seisitus ut de feodo de terra illa cum pert. anno et die quo obiit uel non, unde placitum etc.

1679. Stafford. [1]Walterus Huse attachiatus fuit ad respondendum Andree Blundo quare occasione cuiusdam assise noue disseisine capte coram iusticiariis ultimo itinerantibus in comitatu Salopie, per quam assisam recuperauit xliij. sol. redditus per annum tantum in Coulegha uersus Hugonem de Neouilla et Iohannem de Mora, exigit de hominibus de Coulegha consuetudines et alia seruicia quam ipse recuperauit per eandem assisam etc.

Et Walterus uenit et dicit quod nichil occupauit plus quam recuperauit, quia recuperauit xliij. sol. redditus de hominibus predictis qui de eo tenuerunt tenementa sua, et preterea recuperauit dim. uirg. terre et unam marcatam redditus, et inde ponit se super recordum etc.

Et curia hoc idem recordatur. Et preterea Andreas cognoscit quod nunquam aliquam seisinam inde habuit nec eo tempore quo Walterus inde disseisitus fuit et in disseisina eiusdem Walteri, et quod Walterus recuperauit talem seisinam qualem idem Andreas inde habuit. Et ideo consideratum est quod Walterus eat inde quietus, et Andreas in misericordia etc.

1680. Idem. [2]Philippus de Arderna clericus attachiatus fuit ad respondendum Johanni filio Roberti quare trahit eum in placitum in curia cristianitatis de laico feodo ipsius Johannis de Rabiria contra prohibicionem etc., unde idem Johannes

[1] A. m. 21; B. m. 18 d. [2] A. m. 21 d.; B. m. 19.

queritur quod idem Philippus trahit eum in placitum de bosco de Lee et de mora de Wittona, et similiter de hoc quod ubi ipse Johannes et homines sui capiunt uadia hominum ipsius Philippi pro deterioracione bladi et prati et aliorum dampnorum, de illa capcione trahit idem Philippus eum in placitum, per quod deterioratus est etc.

Et Philippus uenit et dicit quod non debet eidem Johanni de aliquo placito respondere, quia ipse excommunicatus est, et inde profert litteras Dom. Archiepiscopi Eboracensis patentes que hoc idem testantur etc.[1], et ideo Philippus non uult ei respondere nisi curia considerauerit.

Et Johannes dicit quod de placito coram illis iudicibus non queritur, quia de decimis fenorum et molendinorum quas ibi exigebat libenter faciet quod de iure debebit, set de laico feodo suo predicto et preterea de quodam hermitagio et de decima bestia foreste sue eum implacitauit contra prohibicionem coram talibus iudicibus[2], et inde habet sectam etc., et bene concedit ei et ecclesie sue decimas feni et molendinorum et de pannagio.

Et Philippus hoc totum defendit nisi tantum de decima bestia quam exigit et unde ecclesia sua fuit seisita, et dicit quod ipse et homines sui semper habuerunt pasturam suam per totum in foresta, et idem Johannes et homines sui capiunt homines suos et auferunt ei pasturam suam et communam etc. Et quia nichil ostendit[3] per citaciones uel alio modo quod idem Philippus aliquod placitum secutus fuerit in curia cristianitatis de aliquo laico feodo, consideratum est quod Philippus eat inde quietus, et Johannes in misericordia, et prohibitum est Philippo ne sequatur placitum etc.

[4]Mandatum fuit iusticiariis itinerantibus in comitatu Essex.
Essexie quod caperent magnam assisam inter Thomam de Wodefordia petentem et Johannem de la Hille tenentem de una uirg. terre et dim. cum pert. in Wodefordia. Et dicti

[1] Letters recited in A, B.

[2] Treasurer and penitentiary of York; judges other than those to whom the above mentioned letters are addressed. A, B.

[3] Br. f. 410.

[4] A. m. 21 a, a small interpolated membrane, apparently from the county.

Johannes et Thomas uenerunt coram iusticiariis apud Chelmerefordiam et optulerunt se, et balliuus Abbatis de Wautham uenit et dicebat utrumque esse uillanum et petentem et tenentem, et tenementum illud esse uillenagium Abbatis et ideo non debet inde assisa procedere. Quesitum fuit a tenente utrum uillanus esset necne, dicebat quod sic asserens quod dictum tenementum fuit uillenagium ipsius Abbatis.

Et Thomas uenit[1] quod hoc non debet ei nocere, quia [246 b.] cum implacitasset predictum | Johannem in curia Dom. Abbatis per breue Dom. Regis nulla fiebat mencio per ipsum Abbatem neque per ipsum Johannem quod tenementum illud fuit uillenagium nec quod idem Johannes esset uillanus, set quia Abbas defecit ei de recto in curia sua, idem Thomas accessit ad comitatum et questus fuit in comitatu quod Dom. Abbas defecit ei de recto in curia sua, et Abbas super hoc summonitus non uenit, et in tantum processit loquela in comitatu quod tenens peciit uisum terre et habuit. Postea[2] posuit se in magnam assisam utrum eorum maius ius haberet in predicta terra sine aliqua calumpnia ipsius Abbatis uel ipsius Johannis de aliquo uillenagio. Et hoc peciit sibi allocari.

Et balliuus Abbatis uenit et totum istud defendit preter curia Dom. Regis considerauerit. Et dicebat quod Abbate nesciente, et curia sua ei de recto non deficiente, deducta fuit loquela illa in comitatum, et hoc petit sibi allocari. Et propter istud dubium datus fuit dies partibus apud Westmonasterium etc. Et quia Abbas permisit Johannem implacitari in curia sua primo et postea in comitatu quousque posuit se in magnam assisam sine clamio quod Abbas apponeret, consideratum est quod assisa procedat.

1682. Leic. [3]Hilda filia Rogeri petit uersus Petrum de Crabbedene et Aliciam uxorem eius custodiam terre et heredis Giliberti filii Rogeri in Haffordeby que ad eam pertinet eo quod predictus Gilibertus tenuit in socagio, et eo quod ipsa Hilda propinquior est heredi ipsius Giliberti ut dicit etc.

[1] Supply *et dicit*, A.
[2] The plea of Thomas continues.
[3] A. m. 23. B. m. 29 d.

Et Petrus et Alicia ueniunt et dicunt quod non debent ei inde respondere quia terra illa data fuit Rogero auo predicti heredis et patri predicti Giliberti, et si heredes ipsius Giliberti[1] mortui essent, predicta Hilda esset heres eiusdem Giliberti, et ei posset terra illa descendere ut heredi Giliberti, et ideo petit[2] iudicium si debeat inde ei respondere.

Et Hilda cognoscit, set dicit quod Gilibertus habet tres pueros et non possunt ita de facili mori[3].

Et quia ipsa cognoscit quod est soror Giliberti, et terra descendit heredi ex parte Giliberti, consideratum est quod ipsa non potest custodiam petere[4]. Et ideo custodia puerorum et terre remaneat Petro et Alicie quousque aliquis ex parte matris de parentibus custodiam petat. Et Petrus faciat cartam quod inueniat necessaria pueris secundum quantitatem terre usque ad etatem suam uel quousque aliquis per parentes[5] ex parte matris custodiam petat, et hoc mandatum est uicecomiti etc.

[6]Leticia que fuit uxor Gaufridi de Wenhale peciit uersus Thomam de Stokes quem Johanna de Stokes et tales[7] etc. uocauerunt ad warantum et qui eis warentizauit etc. tantam terram etc. cum pert. et uersus Ricardum Decanum de Offecherche tantam terram etc. ut dotem suam etc. et uersus Robertum Molendinarium tantam terram etc. Warr. De dote.

Et Thomas, Ricardus et Robertus ueniunt et uocant inde ad warantum Gaufridum filium et heredem predicti Gaufridi, qui presens est et dicit quod nullam terram habet de hereditate patris sui, set uerum uult dicere. Ricardus de Wlenhale emit de Gaufrido patre suo lx. acras terre cum pert. in Wlenhale et illam tenuit per v. annos et postea illam terram ei dedit in maritagium cum filia sua.

Et Thomas et alii cognoscunt quod reuera Ricardus emit terram illam ad opus[8] ipsius Gaufridi ut ei daret filiam suam.

[1] Heirs of Gilbert's *body*.
[2] Sic, A.
[3] Therefore the chance of Hilda inheriting is but small.
[4] Br. f. 87 b.
[5] Sic, A; *de parentibus*, B.
[6] A. m. 23 d; B. m. 19 d.
[7] Robert son of Gervase, Ralph son of Saber, Andrew of Stoke, A.
[8] Notice this purchase by one to the use of another, seemingly as the machinery of a marriage settlement whereby a warranty is rendered of no effect.

Et quia Thomas et alii hoc cognoscunt et quod nichil habet de hereditate patris sui, consideratum est quod Lewis recuperauit seisinam suam de omnibus predictis terciipartibus, et alii in misericordia, et Gaufridus quietus de warantia etc.

1684. Stafford. [1]Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam de Erlegha, que uacat etc., cuius aduocacionem Thomas de Burgo clamat uersus Magistrum Willelmum Decanum et Capitulum Lichefeldie.

Et Magister Willelmus uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia continetur in breui quod ecclesia illa uacat, et non uacat quia ipse et Capitulum suum sunt inde persona et in possessione illius ecclesie, et ideo non uult ad hoc breue respondere. Et profert cartam Ade de Portu et Sibille uxoris eius que testatur quod dederunt ei aduocacionem illius ecclesie etc. Profert eciam cartam Episcopi que hoc etc. Et ideo non uult ad hoc etc.

Et Thomas de Burgo uenit et dicit quod hoc non debet ei nocere, quia post cartas illas fuit Rex H. auus etc. seisitus de aduocacione illa et presentauit clericum suum, et post eum Rex Johannes presentauit talem[2] etc. et petit seisinam Dom. Regis sicut ille cui Dom. Rex dedit terram illam etc. |

[247.] Et Decanus dicit quod hoc non debet ei nocere, quia de seisina Archidiaconi etc. qui presentatus fuit per Dom. Regem non potest idem Thomas assisam petere de ultima presentacione, quia postquam Archidiaconus consecratus fuit in Archiepiscopum presentauit idem Decanus et Capitulum etc. quendam Philippum de Bray qui ad presentacionem eorum fuit admissus ad eandem ecclesiam et obiit persona et tenuit ecclesiam per xiiij. annos, et inde ponit se super iuratam.

Et Thomas dicit quod idem Philippus nunquam fuit ibi persona immo firmarius et inde ponit se super assisam et non procedat assisa, set ponitur in respectum usque ad talem diem pro defectu recognitorum etc.

[1] A. m. 25; B. m. 23; C. m. 17.
[2] The Archdeacon of Stafford who now is Archbishop of Dublin. [3] B, C.

[1]Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit etc. ad ecclesiam de Hethfeldia que uacat etc. cuius aduocacionem Adam de Nouo Mercato clamat uersus Willelmum Comitem Warenne et Priorem de Lewes. Ebor.

Et Prior uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia aduocacio illius ecclesie ad eum spectat, et profert cartam Willelmi Comitis Warenne senis que dat eis plures ecclesias inter quas[2] etc. Profert eciam cartas[3] Regum, Com' Warenne et Archiepiscoporum donum illud confirmantes. Profert eciam cartam cuiusdam Mabilie de Tylle etc., que etc., unde idem Prior dicit quod predicta Mabilia fuit auia ipsius Ade, et ipse est heres eius et ideo debet donum illud ei warentizare si ab aliis implacitaretur etc.

Et Adam dicit quod carte Comitum non debent ei nocere, quia in nulla nominatur ecclesia de Hethfeldia nec ecclesia illa pertinet ad ecclesiam de Cuningeburgo[4]. De Mabilia dicit quod carta sua non debet ei nocere quia si illa facta fuit hoc fecit tempore Odonis de Tylli uiri sui dum fuit sub uirga, et ipsi Odo et Mabilia per xx. annos ante obitum eorum dederunt manerium de Hethfeldia cum omnibus pert. suis Henrico de Nouo Mercato patri suo in maritagium cum filia eorum, et in eodem statu quo illam terram tenuerunt cum aduocacione ecclesie dederunt illam Henrico in maritagium, et inde petit assisam.

Et Prior dicit quod Mabilia nunquam fuit in seisina de aduocacione illa ita quod presentaret clericum, set ante donum illud et post donum illud fuit Prior et domus de Lewes in seisina de aduocacione illa per donum antecessorum Comitis Warrenne, et inde uocat Comitem Warenne ad warantum.

Et Adam dicit quod Comes non debet esse warantus suus quia Comes summonitus est per idem breue et alias fecit defaltam, et resummonitus est, et preterea idem Comes nun-

[1] A. m. 25 d; B. m. 21; C. m. 17.

[2] Supply *nominat ecclesiam de Cuningeburgo*, A.

[3] Charters of a second William of Warenne, Hamelin of Warenne, Isabella of Warenne; the second mentioning the church of Hatfield; also of Archbishop Walter and King Henry II. A. See Monast. vol. 5, p. 12.

[4] Hatfield lies a few miles northwest of Conisborough.

quam fuit in seisina de illa aduocacione, nec Prior est inde persona[1] in seisina, et ideo non debet Comes expectari, quia ipse Adam est inde seisitus, et de seisina sua petit assisam.

Et quia Prior cognoscit quod Mabilia non fuit in seisina de illa aduocacione et clamat aduocacionem ex dono antecessorum Comitis Warenne et predictus Adam tulit assisam tam super Comitem quam super Priorem, et Comes bis fecit defaltam, et preterea idem Adam dicit quod antecessor suus presentauit Hugonem qui ultimo obiit persona, consideratum est quod assisa procedat.

Juratores dicunt quod Willelmus filius Ranene antecessor predicti Ade presentauit Hugonem de Hethfeldia qui ultimo etc. Et quesiti quomodo Adam sit heres ipsius Willelmi dicunt quod Willelmus habuit unam filiam Mabiliam predictam, et Mabilia habuit unam filiam Dionisiam nomine, et Dionisia fuit mater Ade, unde dicunt quod Willelmus fuit auus Dionisie matris Ade, et Willelmus dedit terram illam in maritagium cum ipsa Mabilia Odoni uiro suo, et ipsi Odo et Mabilia candem terram dederunt in maritagium cum ipsa Dionisia Henrico de Nouo Mercato. Et dicunt quod Mabilia per longum tempus maritata fuit ante mortem Willelmi predicti, et Henricus et Dionisia fuerunt in seisina de eadem terra cum pert. bene per xx. annos in uita Odonis et Mabilie. Et ideo consideratum est quod Adam recuperauit seisinam suam de aduocacione illa, et Prior et Comes in misericordia etc.[2]

1686. Ebor. [3]Eadem assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit etc. ad ecclesiam de Herthulle que uacat etc. cuius aduocacionem idem Adam[4] clamat uersus Hubertum de Burgo, Willelmum Comitem Warenne et predictum Priorem.[4] Et Comes non uenit et fuit resummonitus etc. et ideo [illegible] eum capiatur assisa per defaltam.

Et Prior uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri quia Elias de Boesenilla qui ultimo presentauit clericum et eandem ecclesiam post presentacionem illam dedit [illegible]

[1] Om. *personam*, A, B.
[2] Bracton, f. 54 b, cites this case, and f. 246 b. discusses it at length.
[3] A. m. 25 d., C. m. 17.
[4] See last case.

aduocacionem illius ecclesie et profert cartam etc. | et ideo dicit quod idem Adam debet donum illud warentizare etc. [26 b.]

Et super hoc uenit Hubertus et cognoscit quod Elias presentauit clericum qui ultimo obiit, set idem Elias post presentacionem illam dedit manerium illud cum omnibus pert. suis Reginaldo de Warenna qui per donum illud tenuit tota uita sua, et post eum Willelmus de Warenna filius Reginaldi tenuit tota uita sua, et post eum Beatricia filia Willelmi que fuit uxor eiusdem Huberti et de qua habet prolem racione cuius ipse clamat illam aduocacionem ut ille qui per legem terre tenet terram illam tota uita sua etc.

Et Adam cognoscit quod Elias re uera presentauit clericum qui ultimo obiit persona, set Reginaldus non habuit terram illam nisi ad firmam et inde petit assisam suam etc.

Et super hoc uenit Prior et dicit quod Hubertus nichil clamare potest in illa aduocacione, quia placitum fuit in curia Dom. Regis Ricardi de eadem aduocacione inter Priorem de Lewes et predictum Willelmum de Warenna per cyrographum quod profert, et quod testatur quod idem Willelmus quietam clamauit aduocacionem illam de se et heredibus suis Priori et conuentui in perpetuum, et ideo Hubertus nichil clamare potest.

Et Adam dicit quod cyrographum illud non debet ei nocere quin habeat seisinam suam etc.

Et quia Adam cognoscit quod Reginaldus obiit seisitus de terra illa ad quam aduocacio pertinet, et post eum Willelmus de Warenna filius suus similiter, et post eum Beatricia, consideratum est quod Adam nichil clamare potest in illa aduocacione quousque terram recuperauerit, et sit in misericordia pro iniusta exaccione.

Postea quia finis factus est in curia Dom. Regis quem idem Hubertus cognoscit et Willelmus Ardulph[1] nullam cartam ostendit contra finem illum, consideratum est quod Prior recuperauit seisinam suam et alii in misericordia. Et Prior habeat breue ad Archiepiscopum Eboracensem, quod propter reclamaciones ipsorum Comitis, Huberti uel Ade non omittat etc.

[1] Corr. *Bardulph.* Heir of Beatricia. Dug. *Bar.* vol. 1, p. 83, 681, 699.

1687. WILT. [1]Willelmus Blundus petit uersus Rogerum Gernun quod faciat ei consuetudines etc. que ei facere debet de libero etc. in Lauintona, unde idem Willelmus dicit quod tenet de eo feodum j. militis et petit quod faciat ei homagium etc. et releuium de morte uxoris sue cuius hereditas terra illa fuit et quod reddat ei scutagium de Mungumery et de Bedeford et Byham[2], quia omnes antecessores sui semper fuerunt seisiti de feodo illo et seruicio etc. usque ad tempus guerre, et post guerram fuit ipse Willelmus in seisina de primo scutagio[3] quod datum fuit tempore H. Regis qui nunc est, et hoc offert etc. per corpus cuiusdam[4] etc.

Et Rogerus uenit et defendit quod nichil tenet de eo nec unquam tenuit, immo tenet de Willelmo Bruwere ut terram illam quam habuit cum uxore eius que obiit et cuius heredes sunt infra etatem, quia Willelmus de Egewrthe quondam uir uxoris sue obiit in guerra, et ipso mortuo Willelmus Briwere cepit terram illam in manum suam et dedit ei maritagium uxoris sue, et inde uocat eum ad warantum quia fecit ei homagium suum.

Et Willelmus dicit quod non debet inde warantum habere, quia idem Rogerus per manum suam reddidit predicto[5] Gaufrido seruienti suo scutagium duarum marcarum ad hostium ecclesie de Chirchesint primo anno post guerram finitam, et quod idem Rogerus nequiter et in felonia defendit ei seruicium suum et ad exheredacionem suam fecit alii homagium de feodo suo offert disracionare uersus eum per corpus[6] etc. qui hoc offert etc. sicut ille qui etc. illos denarios recepit, uel per corpus talis[7] qui hoc idem uidit sicut curia etc.

Et Rogerus hoc defendit et dicit quod reuera Robertus Creuequeor tunc uicecomes districxit eum per aueria sua pro illo scutagio per preceptum Dom. Regis, ita quod uicecomes ille uendidit aueria sua, et nescit si reddidit eidem Willelmo denarios illos, set bene scit quod postea eosdem denarios

[1] A. m. 26; B. m. 23 d.
[2] Scutages for Welsh war, for suppression of Fawkes of Breauté, and suppression of William of Albemarle.
[3] Scutage of 1218.
[4] Gaufridi, A.
[5] The champion [illegible].
[6] eiusdem Gaufridi, A. [illegible] stops.
[7] [illegible], A.

reddidit Willelmo Briwere et inde uocat eum ad warantum etc. Et ideo habeat eum ad warantum etc. tali die etc.

[1]Henricus de Oilly petit uersus Willelmum Basset feodum dim. militis cum pert. in Hispedena ut ius et hereditatem suam etc., quia quedam Matillis de Oylli illud feodum tenuit tempore H. Regis patris Imperatricis, capiendo inde expleta etc., et de ipsa Matillide debuit predictum feodum descendere cuidam Roberto de Oylli sicut propinquiori heredi suo eo quod nullum heredem habuit de corpore suo et de ipso Roberto Henrico de Oylli patri istius Henrici, et de ipso Henrico isti Henrico etc., et hac racione petit ipse predictum feodum etc. et hoc offert etc. | Oxon.

Et Willelmus Basset uenit et defendit ius suum et dicit quod Briennius filius Comitis predictum feodum dim. militis dedit cuidam Osemundo Basset auo istius Willelmi Basset, qui ipsum feodum tenuit, et de ipso Osemundo descendebat ius illius feodi dim. militis Johanni Basset patri istius Willelmi Basset qui ipsum feodum tenuit etc., et de ipso Johanne Basset descendit ius ipsius feodi isti Willelmo Basset sicut filio et heredi suo, et inde profert cartam ipsius Brienni filii Comitis que hoc testatur. Profert eciam confirmacionem [2]Regum H. aui etc. et Regis Johannis[2] que testatur etc., et hac racione uidetur ei quod non debet ei respondere, et si hoc non sufficit, dicet aliud. [248.]

Et Henricus uenit et dicit quod carta illa et confirmaciones Regum non debent ei nocere, quia predictus Briennus filius Comitis ipsum feodum dim. militis dare non potuit, quia ipse nunquam feodum illud tenuit nisi per Matillidem de Oylli que fuit uxor sua et cuius hereditas ipsum feodum erat, et petit consideracionem curie utrum ipsum donum stabile debeat esse nec ne. Et profert cartam H. Regis patris Imperatricis in qua continetur quod ipse concedit conuencionem factam inter Matillidem de Oylli uxorem Brienni filii Comitis et Robertum de Oylli de

[1] A. m. 29.

[2] [2] *Regis Henrici aui scil. Dom. Regis Henrici filii Regis Johannis.* This is recited and there follows a confirmation by John. A.

calumpnia quam erga eum habuit de terra Roberti de Oylli in Ispedena etc. in seruicio militum scil. talium[1] etc. ita quod si predicta Matillis obierit sine herede predicta terra et seruicium militum ad Robertum de Oylli uel ad heredes suos redibit. Et desicut ipsa Matillis nullum heredem habuit de predicto Brienno petit illud feodum ad se reuerti sicut debuit reuertisse Roberto de Oylli auo suo etc. Et Willelmus quesitus si ipse Briennus aliquod ius habuisset in feodo illo dim. militis donando nisi per Matillidem de Oylli uxorem suam cuius hereditas ipsum feodum erat, dicit quod hoc credit quod non.

Postea Willelmus quesitus si quid aliud uellet dicere, dicit quod desicut ipse inde habet confirmacionem Regum Henrici et Johannis inde uocat ad warantum Dom. Regem etc.

Et quia conuencio predicta quam predictus Henricus profert facta fuit ante diem et annum quo Rex H. senex obiit[2], et conuencio illa nunquam assecuta fuit, et preterea carte Regum H. aui etc. et Johannis etc. precise confirmant eidem Willelmo et antecessoribus suis predictam terram, consideratum est quod Henricus nullum clamium habere potest in terra illa, et ideo Willelmus inde quietus et Henricus in misericordia etc.

1689. Gilibertus de Hastingel' petit uersus Willelmum de Say
Sutht. dim. hidam terre cum pert. in Bera ut ius suum, unde antecessores sui fuerunt seisiti etc.

Et Willelmus uenit et uocauit inde ad warantum P. Episcopum Wintoniensem[3] qui per summonicionem uenit per attornatum suum et dicit quod non debet ei terram illam warentizare, quia continetur in breui quod warentizet ei terram illam quam tenet de eodem Episcopo et ipse Willelmus nullam terram tenet de eo, et preterea ipse Episcopus contulit eidem Willelmo ecclesiam de Hentona et in terra de Bera et in omnibus aliis pertinenciis suis sicut clerico et persone, et ideo non uult ei warentizare nisi curia consideraverit.

[1] Ralph and Gilbert Basset. A. [illegible] is the period of limitation.
[2] The day of the death of Henry I.
[3] Peter des Roches.

Et Willelmus profert cartam Episcopi Godefridi[1] que testatur quod ipse ad resignacionem Gaufridi de Sowy clerici concessit et dedit Willelmo de Sowy clerico ecclesiam de Hentona cum terra de Bera etc.

Et Episcopus per attornatum suum petit iudicium si debeat de warentia respondere, et si debeat, dicet aliud.

Et Willelmus uenit postea et ponit se in magnam assisam Dom. Regis, et petit recognicionem fieri utrum ipse et ecclesia sua maius ius habeant, an predictus Gilibertus.

Et Gilibertus petit iudicium si assisa debeat inde fieri super hoc quod uocauit warantum et warantus suus ei defecit.

Et quia Episcopus dedit ei ecclesiam illam ut Episcopus et aduocatus et non feoffauit eum, consideratum est quod Episcopus non tenetur ei warentizare, et quia Willelmus uocauit warantum et non habet eum, consideratum est quod Gilibertus recuperauit seisinam suam, et Willelmus in misericordia etc.

0. [2]Thomas filius Gaufridi attachiatus fuit ad respondendum Warr.
Geue uidue quare non tenet ei finem factum coram iusticiariis apud Westmonasterium inter predictum Gaufridum patrem predicti Thome cuius heres etc. et ipsam Geuam de sex sol. redditus cum pert. in Couentria unde cirographum etc. et unde eadem Geua queritur quod contra finem illum detinet ei idem Thomas redditum illum etc., | et offert tantum[3] etc. [218 b.]
per sic quod pes cirographi queratur, quia dicit quod Swanus uir suus reddidit et uendidit eidem Thome suam partem[4] cirographi cum eo redditu etc.

Et Thomas uenit et defendit finem et cirographum et uocat inde ad warantum Adam de Couintria et Mabiliam uxorem eius etc.

Et pes quesitus est et inuentus et testatur quod predictus Gaufridus et heredes sui teneant unum mesuagium cum pert. in Couintria de ipsa Geua tota uita ipsius Geue reddendo eidem Geue tota uita sua sex sol. nomine dotis. Et ideo consideratum

[1] Godfrey Lucy, 1189—1204.
[2] A. m. 32; B. m. 25; C. m. 19 d.
[3] Half mark, A.
[4] Parts of the indenture are delivered to the parties; the foot remains with the court.

est quod eadem Geua recuperauit seisinam suam de reddito illo, et Thomas in misericordia.

1691. Hertford. Corona. [1]Willelmus de la Mare et alii tales etc. xij. liberi homines de hundredo de Odesle summoniti ad certificandum iusticiarios de quo retto ipsi indictauerunt Henricum Rumbalde coram Simone de Hales et sociis suis, ueniunt et dicunt quod nichil sciunt de eo nisi per uillatas que dixerunt quod male credebant eum de morte cuiusdam hominis occisi ad 'crucem Roys'. Et curia recordatur quod homo ille occisus fuit ante aliud iter iusticiariorum, et quod ad illud iter de omnibus placitis non fuit indictatus de aliqua morte, nisi de latrocinio, unde postea uenit coram M. de Patteshulla et sociis suis et inuenit plegios standi inde recto. Et predicti iuratores nichil sciunt de eo, et ideo omnes in misericordia, quia coram predicto Simone de Hales eum indictauerunt de morte de qua nichil sciunt et quam mortem prius esse celauerunt. Et ideo Henricus quietus de morte illa, et sit sub plegio de latrocinio sicut prius fuit etc.[2]

DE TERMINO S. HILLARII ANNO REGIS HENRICI FILII REGIS JOHANNIS DECIMO[3].

1692. Corona. Robertus Plantefolie probator cognoscens se esse latronem appellat Henricum de Staffordia quod ipsi ubi hospitati fuerunt apud S. Edmundum furati fuerunt pannos, unde idem Henricus habuit ad partem suam v. sol. Et Henricus uenit et defendit totum etc. et quod nunquam fuit socius suus. Et Robertus dicit quod fuit socius suus fere per duos annos. Et prius dixit quod nunquam fecit latrocinium nisi post festum S. Jacobi illius anni proximo elapsi. Et quia nichil certum dicit nec ostendit quid furati fuerint, consideratum est quod appellum factum nullum est, et ideo suspendatur. Et Henricus remittitur gaole ut plenius inquiratur de eo etc.

[1] m. 32.
...on, f. 116 b, 141, twice cites

[3] For this term B = Coram Rege Roll, No. 21.

[1] Willelmus le Veill' petit uersus Warinum de Bassinge-burnia quod reddat ei xij. marc. quas ei debet etc. de debito Weymeri patris sui cuius heres etc., unde idem Willelmus dicit quod idem Weymerus cepit de eo pannos ad ualenciam l. marcarum, et inde producit sectam que hoc testatur etc. Cantebr.

Et Warinus uenit et dicit et defendit etc., et petit quod secta Willelmi audiatur. Et audita est secta sua, et recognitum est per sectam suam quod nichil inde sciunt set diuersi sunt in omnibus rebus[2], et non habet talliam nec cartam nec aliud ostendit. Et ideo consideratum est quod Warinus eat inde quietus et Willelmus in misericordia.

[3] Thomas filius Stephani petit uersus Radulfum filium Stephani lx. acras terre cum pert. in Berkinges et uersus Custodem Leprosorum de Illefordia x. acr. terre etc. in eadem uilla ut ius suum, unde Stephanus frater suus fuit seisitus ut de feodo et iure etc., et de Stephano quia obiit sine herede de corpore suo descendit ius terre illius ipsi Thome ut fratri et heredi suo et hoc offert etc. Essex.

Et Custos per attornatum suum uenit et uocat inde ad warantum predictum Radulfum, qui ei warentizat et de tota terra defendit ius ipsius Thome et seisinam Stephani fratris ipsius Thome, et ponit se in magnam assisam Dom. Regis | et petit recognicionem fieri utrum ipse maius ius habeat tenendi terram illam in dominico an idem Thomas tenendi de eo. [249.]

Et Thomas dicit quod Stephanus frater suus tenuit terram illam ut illam quam Stephanus pater suus ei dedit de perquisito suo tenendam de eodem Stephano et heredibus suis, et quia idem Radulfus est heres Stephani patris eorum non potest esse inde dominus et heres.

Et Radulfus dicit quod Stephanus pater eorum obiit seisitus de terra illa ut de feodo et quod Stephanus frater eorum nunquam seisinam inde habuit, et inde ponit se in magnam assisam uel aliam iuratam sicut curia consideraerit etc.

[1] B. m. 1 d. [3] B. m. 1.
[2] No further particulars in B.

Post uenit Thomas et offert tantum[1] etc. pro habenda inquisicione si Stephanus frater suus die quo Stephanus pater eorum obiit saisitus fuit de terra illa ut de feodo suo, uel si Stephanus pater eorum die quo obiit fuit saisitus de terra illa ut de feodo suo etc. Et iurata ueniat ad die etc.

1695. [illegible] [2]Ricardus le Gol optulit se uersus Rogerum de S. Edwardo et Leticiam uxorem eius de placito medietatis unius uirg. terre cum pert. in Pidele quam clamat uersus eos ut ius suum.

Et Rogerus et Leticia non ueniunt, et Rogerus essoniauit se de malo lecti et essonium non iacet[3] quia uocauerunt Abbatem de Hida ad warantum et essoniauit se primo de malo ueniendi et postea comparuit. Et ideo consideratum est quod medietas illa capiatur in manum Dom. Regis et quod ipsi Rogerus et Leticia summoneantur quod sint tali die etc.

Idem Ricardus petit uersus Walterum Bagle et Margeriam uxorem eius dim. uirg. terre cum pert. in eadem uilla ut ius suum. Et Walterus et Margeria simul cum predictis Rogero et Leticia uocauerunt de tota terra ad warantum predictum Abbatem. Qui uenit per attornatum suum et petit quod Walterus ostendat ei cartam suam per quam ei warentizare deberet. Et Walterus et Margeria dicunt quod Leticia est primogenita soror Margerie et habet eorum cartam. Et ideo datus est dies talis etc. ut tunc sciatur si Rogerus et Leticia sanare possint defaltam illam uel non, et ut tunc respondeat Abbas de warentia ipsi Waltero et Margerie etc. Idem dies datus est Abbati per attornatum suum etc.

1696. Buck. [4]Willelmus Pictor attachiatus fuit ad respondendum Matillidi que fuit uxor Petri filii Gaufridi quare non tenet ei finem factum etc. inter eos de uno mesuagio cum pert. in Wycumba unde cirographum etc. et unde ipsa Matillis queritur quod idem Willelmus distringit eam ad reddendum ei per annum contra finem illum xj. den., et petit quod finis teneatur.

[1] Half mark. [illegible]
[2] [illegible]
[3] Br. f. 360.
[4] B. m. 7 d.

Et Willelmus uenit et cognoscit cirographum et finem, set dicit quod uidetur ei quod ipsa debet reddere ei redditum illum et nulli alii. Et quia nichil continetur in cyrographo de aliquo redditu, immo dicitur quod reddidit ei dotem suam precise, et ipse non est heres nec warantus suus de dote sua, consideratum est quod Willelmus inde nichil exigere potest, et ideo sine die etc.

[1]Simon filius Willelmi queritur quod ubi ipse fuit cum aueriis domini sui Johannis Walerande in campis tali die etc. uenit Henricus Becunte cum Waltero armigero suo et aliis et in pace Dom. Regis assultauit eum et de una hachia eum ita uerberauit in capite quod manchia fregit in manu sua et ita quod sanguis exiuit per medium os et per nasum etc. et in roberia abstulit ei idem Walterus tantum[2] etc., et quod hoc fecerunt nequiter etc. offert etc. Midd. Corona.

Et Henricus et Walterus ueniunt etc. et dicunt quod idem Simon facit hoc apellum per odium et atyam pro contencionibus que fuerunt inter eum et Johannem Walerande dominum ipsius Simonis, et quod ita sit ponunt se super patriam, set reuera idem Henricus misit seruientes suos ad conducend' aueria sua per medium campum ne dampnum facerent eidem Johanni, et ibi uenerunt seruientes eiusdem Johannis et uerberauerunt homines suos et turpiter tractauerunt, unde fecit querimoniam suam in comitatu de seruientibus ipsius Johannis, et quia idem Henricus fecit querelam suam uicecomiti, fecit ipse[3] ipsum Simonem appellare eum[4].

Et Simon quesitus quid fecit quando ita uerberatus fuit et si leuasset utesium, dicit quod non potuit eo quod fere mortuus fuit, set quarto die postea fuit ipse portatus coram Dom. Rege ut ille de cuius morte disparabatur.

Et quia Simon cognoscit quod nullam sectam fecit, nec aliquem ictum ostendit, nec mahemium nec aliud per quod appellat'[5] iaceat, consideratum est quod appellum nullum est etc. |

[1] B. m. 7 d.
[2] Money and other things, B.
[3] John.
[4] Henry.
[5] Corr. *appellum*, B.

[249 b.]
1698. Wilt. [1]Jurata uenit ex consensu parcium utrum antecessores Willelmi filii et heredis Jordani de S. Martino cuius heres est infra etatem et in custodia Dom. Regis primo fuerunt feoffati ab antecessoribus Elye uxoris Willelmi Lungespeye Comitis Sarisbiriensis de feodo unius militis cum pert. in Chadewico, uel si primo fuerunt feoffati ab ecclesia Abbatisse de Wiltona de feodo unius militis cum pert. in Hupetona, quia tam predictus Comes quam Abbatissa de Wiltona, inter quos contencio est de custodia illa, posuerunt se inde in iuratam illam.

Et Abbatissa non uenit, set attornatus suus uisus fuit per tres dies in banco et recessit sine licencia. Et ideo capiatur iurata per defaltam ipsius Abbatisse.

Juratores dicunt quod quidam Godefridus de S. Martino fuit iuuenis sine terra et seruiuit Edwardo de Sarisbiria[2], et idem Edwardus rogauit Episcopum Rogerum Sarisbiriensem, qui tunc fuit[3] quod daret predicto Godefrido seruienti suo predictam terram de Chadewico. Et Episcopus respondit ei quod terram illam noluit ei dare, set si idem Edwardus uellet inde deuenire homo suus, ei libenter terram illam daret. Et Edwardus terram illam cepit ex dono eiusdem Episcopi, et fecit ei homagium suum, et tunc terram illam dedit Godefrido pro homagio suo, et de ipso Godefrido uenerunt antecessores predicti Willelmi. Postea uenit quedam Abbatissa Matillis et feoffauit Willelmum uicecomitem qui fuit nepos suus et auunculus predicti Godefridi de predicta terra in Uptona, qui tenuit tota uita sua, et obiit sine herede de corpore suo. Et ipso defuncto descendit terra illa ipsi Godefrido ut nepoti et heredi suo, qui illam tenuit postea simul cum alia. Et ideo consideratum est quod Comes et Ela recuperauerunt seisinam suam de custodia predicti Willelmi et maritagio, et Abbatissa in misericordia etc.

1699. Kent. [4]Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis

[1] B. m. 10. For pleadings see Case 906. This is Fitz. *Garde*, 150.

[2] Great-great-grandfather of Countess Ela. Dug. *Bar.* vol. 1, p. 174.

[3] 1107—1139; Henry the I.'s minister.

[4] B. m. 9.

presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam de Eggestornia, que uacat etc., cuius aduocacionem Radulfus Morin clamat uersus Radulfum filium Bernardi et S. Archiepiscopum Cantuariensem[1]. Et Radulfus uenit per attornatum et bene concessit assisam.

Et Dom. Cantuariensis uocat ad warantum Priorissam de Harewode, et que ei warentizat, et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia ipsa et moniales sue habent ecclesiam illam ex dono Radulfi Morin patris ipsius Radulfi. Et inde profert cartam ipsius Radulfi que donum illud testatur. Profert eciam litteras patentes ipsius Radulfi patris que testantur quod presentauit ipsi Episcopo predictas moniales ad ecclesiam illam.

Et Radulfus dicit quod carte ille non debent ei nocere nec monialibus ualere, quia post cartas illas presentauit Radulfus pater suus quemdam Michaelem clericum qui ad presentacionem suam fuit admissus, et preterea ille moniales nunquam aliquid habuerunt in ecclesia illa per cartas illas nisi tantum per ipsum Archiepiscopum qui auctoritate concilii contulit eis nomine pensionis et nomine beneficii tres marcas annuas. Et inde profert cartam ipsius Archiepiscopi que hoc testatur.

Et super hoc uenit Radulfus filius Bernardi et dicit quod Thomas filius Bernardi antecessor suus presentauit predictum Michaelem ad eandem ecclesiam postquam dederat Radulfo Morin patri terram de Eggestornia, et inde ponit se super assisam.

Et Radulfus Morin dicit quod idem Thomas dedit manerium predictum cum aduocacione ecclesie et cum omnibus aliis pert. suis Radulfo Morin patri suo, qui eundem Michaelem presentauit post predictas cartas, et inde petit assisam[2].

Et ideo consideratum est quod assisa procedat et ueniat tali die ad recognoscendum si Radulfus Morin pater predicti Radulfi presentauit personam ad predictam ecclesiam postquam predicte carte facte fuerunt uel non.

[1] Stephen Langton. [2] Here B stops.

1700. Leic. [1]Robertus de Harecurt optulit se uersus Hugonem de Marewico de placito quod warentizet ei terciam partem uiginti et duarum bouat. terre etc. in Prikewella, quam terciam partem Willelmus de Kartorpe et Alicia uxor eius clamant ut dotem ipsius Alicie uersus eundem Robertum. Et super hoc cognoscit[2] quod non habet inde nisi custodiam usque ad etatem heredis Johannis de Spixtona quondam uiri eiusdem Alicie, et bene cognoscit quod uir suus obiit inde seisitus et quod Hugo est capitalis dominus illius feodi et quod custodiam illam ei warentizare debet usque ad etatem heredis.

Et quia Robertus nichil habet nisi custodiam usque ad etatem heredis, nec custodia debet auferre dotem uxoris, consideratum est quod Willelmus et Alicia habeant dotem suam, et Robertus sequatur uersus Hugonem si uoluerit et Hugo attachietur etc.[3] | [250.]

1701. Oxon. [4]Magna assisa uenit recognitura per Rogerum Gulofre et tales etc. utrum Dionisia que fuit uxor Johannis Pin et tales etc.[5] tenentes maius ius habeant in quater uiginti acr. terre etc. cum pert. in la Mare ad tenendum de eodem[6] Priore an Prior de Derherst et ecclesia sua de Derherst tenendi in dominico. Et sciendum quod talis[7] non uenit, set se essoniauit, set propter illud essonium non remaneat assisa quin capiatur, eo quod tali die etc. comparuit idem talis cum omnibus participibus suis et concesserunt omnes quod siue uenirent ad hunc diem siue non quod hec assisa caperetur, et ideo in absencia eius capta est etc.

Juratores dicunt quod Prior et ecclesia sua maius ius habent tenendi terram illam in dominico quam predicta Dionisia et alii etc. tenendi de eo et ecclesia sua. Quia pater predictorum talium etc.[8] fuit uillanus et cognouit se esse uillanum Prioris de Derherst in pleno comitatu Oxonie

[1] B. m. 8 d.

[2] *Robertus dicit*, B. Robert makes this fatal admission.

[3] *Hugo summoneatur*, B. Robert may have a remedy against Hugh, though Hugh cannot be vouched to warranty against the dowager.

[4] B. m. 10.

[5] *Thomas de Rameseia et Juliana ux. ej. Stephanus de Rameseia et Alicia de Rameseia*, B.

[6] Om. *eodem*, B.

[7] *Thomas*, B.

[8] *predictarum Alicie et Juliane et auus ipsius Stephani*, B.

et ut uillanus[1] tota uita sua et tota terra illa fuit de dominico Prioris et ecclesie de Derherst. Et ideo consideratum est quod Prior et ecclesia sua recuperauerunt seisinam suam et alii in misericordia etc., set iudicium non redditur[2] ante aduentum Thome qui se essoniauit etc. Et ideo datus est dies etc. ita quod tunc reddatur iudicium siue uenerint siue non, et interim capiatur terra in manum Dom. Regis et saluo custodiatur ita quod ipsi manum[3] apponant etc. Judicium ad diem illum redditur, et ideo Prior habeat seisinam suam quiete de ipsis Thoma et aliis et heredibus suis in perpetuum.

2. [4]Willelmus le Butiller[5] summonitus fuit ad respondendum Willelmo de Stanes quare non tenet ei conuencionem factam inter ipsum Willelmum de Stanes et Adam le Butiller patrem ipsius Willelmi de custodia terre que fuit Radulfi le Moynne in Radena et in Wicham etc., unde predictus Willelmus de Stanes queritur quod quedam terra ei inde aretro est, et petit terram illam, et profert cartam predicti Ade, que testatur quod dedit eidem Waltero terram illam in custodia. Hertford.

Et Willelmus uenit et cognoscit cartam illam et donum, set nunquam conuencio facta est inter eos nec pater suus habuit terram quam modo petit, et ideo non uult ad hoc breue respondere nisi curia etc. Et Willelmus de Stanes hoc totum cognoscit. Et ideo Willelmus le Butiller sine die et Willelmus de Stanes in misericordia etc.

3. [6]Juliana que fuit uxor Thome de Fughelestona petit uersus Willelmum de Fughelestona et Rogerum filium Thome medietatem lx. acr. terre cum pert. in Fughelestona ut dotem suam. Et Willelmus et Rogerus ueniunt et dicunt quod non debent ei dotem facere, quia Isobella de Cursun fuit uxor predicti Thome et de ea obiit idem Thomas seisitus ut de uxore sua, et ipsa Isobella secundum legem Kancie plenius habet dotem suam de toto tenemento quod fuit predicti Thome, et petunt iudicium si duabus feminabus debeant dotem facere. Et Juliana dicit quod ipsa fuit uxor Kent.

[1] Supply *tenuit*, B.
[2] *reddatur*, B.
[3] Supply *non*, B.
[4] B. m. 9.
[5] *Pincerna*, B.
[6] B. m. 9.

Thome et non predicta Isobella, set reuera Isobella fuit cum eodem uiro suo in adulterio. Et ideo consideratum est quod Juliana si uoluerit implacitet ipsam Isobellam et si ostendere possit quod Isobella non fuit uxor Thome, tunc habeat dotem suam de predicta terra, et Willelmus et Rogerus sine die etc.[1]

1704. Norf. [2]Robertus de Tournestona petit uersus Willelmum de Bradekere et tales etc. quod faciant ei consuetudines et recta seruicia que ei facere debent de libero tenemento suo quod de eo tenent in Sharpham, et unde idem Robertus dicit quod debent tantum[3] etc. per annum.

Et ipsi ueniunt et alias ad warantum uocauerunt Johannem filium Bernardi, qui per summonicionem etc. uenit et eis etc.

Et Robertus super hoc profert cartam ipsius Johannis que testatur quod dedit Thome patri predicti Roberti seruicia omnium predictorum etc., et petit quod warentizet cartam illam.

Et Johannes cognoscit cartam illam, set dicit quod hoc est de hereditate uxoris sue, set bene illam ei warentizabit quamdiu poterit. Et ideo consideratum est quod Robertus recuperauit seisinam suam de predictis seruiciis, et Johannes et alii in misericordia, et post mortem Johannis si uxor eius uoluerit inde loqui secundum legem terre perquirat se etc.

1705. Surr. [4]Reginaldus le Porter pro se et Auelina uxore eius cuius loco etc. petit uersus Ricardum de Cumba et Editham uxorem eius, quos Baldewinus Vinetarius uocat ad warantum et qui eis etc., unam shoppam cum pert. in Kingestona ut ius Aueline, unde Willelmus pater Aueline fuit seisitus etc. |

[250 b.] Et Ricardus et Editha ueniunt et defendunt ius suum et seisinam Willelmi et ponunt se in magnam assisam Dom. Regis, et petunt recognicionem fieri qui eorum maius ius habeant in terra illa.

Et Reginaldus et Auelina dicunt quod assisa non debent[5]

[1] Bracton, f. 306, gives this case at length.
[2] B. m. 8 d.
[3] Various sums of money, B.
[4] B. m. 8 d.
[5] Corr. *debet*, B.

inde fieri, quia ipsi parentes sunt, et ipsi Ricardus et Editha non habent ingressum in shoppam illam nisi per quemdam Johannem Gog balliuum uille de Kingestona. Et Willelmus pater ipsius Aueline habuit quamdam placiam uastam per quemdam Johannem balliuum de Kingestona tempore Ricardi Regis, de qua placia illa shoppa est, et ideo non debet assisa inde fieri.

Et Ricardus et Editha cognoscunt bene quod non habuerunt ingressum nisi per predictum Johannem Gog balliuum. Et quia ambo cognoscunt predictos ingressus per balliuos uille, consideratum est quod nulla assisa sit inter eos, set shoppa illa et mesuagium capiatur in manum Dom. Regis ut inde fiat comodum suum, et uicecomes scire faciat ualorem etc.[1]

[2]Herbertus de Alnen'[3] et Godefridus de Waure attachiati fuerunt[4] ad respondendum quare fecerunt finem coram iusticiariis apud Westmonasterium de manerio de Dunyuetona cum pert. per quem finem idem Godefridus reddidit et concessit eidem Herberto manerium illud, desicut idem Godefridus illud non habuit nisi ad terminum uite sue tantum nisi heredem haberet de corpore suo, unde nullum habet ut dicitur. Suff.

Et Herbertus dicit quod iuste fecit finem illum quia inuenit predictum Godefridum seisitum de terra illa et eum implacitauit in curia Ducis Louennie capitalis domini per magnum tempus, et postea in comitatu per longum tempus, et postea in curia Dom. Regis in tantum quod idem Godefridus posuit se in magnam assisam, et cum assisa deberet capi inter eos fecit idem Godefridus finem illum, postquam habuit languorem, et nunquam sciuit ipsum Godefridum esse bastardum nec adhuc scit, set ipsum inuenit seisitum de eodem manerio et eum implacitauit sicut illum qui inde dedit et uendidit ad uoluntatem suam et fecit de terra illa

[1] The bailiff presumed to give away land which was the king's.

[2] B. m. 11.

[3] *Aleneun*, B.

[4] Apparently they were attached at the suit of the Duke of Louvain. It seems that a bastard can only alienate conditionally on his having issue, unless his assigns have been mentioned in the gift to him. See Br. f. 20 b.

sicut de sua, et petit inde iudicium desicut idem G. alium heredem habere poterit si deus considerauerit.

Et Godefridus hoc totum cognoscit, set dicit quod ipse est bastardus et quod non potuit finem illum facere sine Dom. Louennie, ad quem terra debet reuerti post mortem suam.

Et quia Godefridus cognoscit quod est bastardus, consideratum est quod cirographum et finis cassetur, et terra remaneat Herberto sicut Godefridus illam ei reddidit, saluo post mortem Godefridi iure cuiuslibet.

1707. Norht. [1]Ricardus de Pirie pro se et Sarra uxore eius cuius heres etc. petunt uersus Radulfum Fabrum de Estauetona et Auiciam uxorem eius et Julianam de Estauetona sororem ipsius Auicie medietatem ipsius[2] mesuagii et sex acr. terre etc. in Estauetona ut racionabilem porcionem ipsius Sarre que eam contingit de hereditate Willelmi fratris earundem Auicie, Juliane et Sarre, qui nuper obiit, cuius heredes ipsi sunt etc., unde ipsi Ricardus et Sarra petunt illam partem mesuagii eo quod ipsa est primogenita soror.

Et Radulfus Auicia et Juliana ueniunt et bene cognoscunt quod sunt sorores et quod ipsa Sarra est primogenita soror, set per uoluntatem ipsorum Ricardi et Sarre post mortem Willelmi partita fuit hereditas predicti Willelmi inter eos, et unicuique eorum sua pars fuit assignata, et ita quod idem Ricardus et Sarra tenuerunt se contentos de parte quam habent, et inde ponunt se super patriam et super illos qui particionem fecerunt.

Et Ricardus et Sarra hoc totum defendunt. Et ideo preceptum est uicecomiti quod diligenter inquirat qui interfuerunt particioni faciende inter predictas etc. de hereditate predicti Willelmi, et ex illis et aliis uenire faciat xij. etc. ad recognoscendum si particio facta fuit etc., unde predicti Ricardus et Sarra dicunt quod eis aretro est medietas eiusdem talis mesuagii etc., et unde predicti Radulfus et alii dicunt quod particio facta fuit per assensum et uoluntatem predictorum Ricardi et Sarre et quod idem[3] tunc tenuerunt se contentos etc.

[1] B. m. 10 d.
[2] Corr. [illegible] B.
[3] Supply Ricardus et Sarra. B

8. [1]Cecilia de Suinestorpe petit uersus Thomam de Saundale et Matillidem uxorem eius quartam partem trium parcium feodi unius militis cum pert. in Serleby etc. ut ius et racionabilem partem suam que eam contingit de hereditate Hugonis de Moeles fratris etc. cuius heredes ipse sunt, et unde idem Hugo fuit seisitus etc. | Notting.

Et Thomas et Matillis ueniunt et defendunt ius suum etc. set de hereditate Hugonis non debent respondere, quia post mortem Hugonis Geruasius frater suus habuit terram illam, et feoffauit de eadem terra scilicet de quadam parte Abbatem de la Roche et Eliam filium ipsius Matillidis, et uocant ipsum Eliam ad warantum de eadem terra, set bene cognoscunt quod Geruasius obiit seisitus de eadem terra. [251.]

Et Cecilia dicit quod hoc non debet ei nocere, quia Elias nunquam aliquid inde habuit ex dono predicti Geruasii eo quod Geruasius obiit seisitus, et petit sibi allocari quod Geruasius sicut ipsi cognoscunt obiit inde seisitus.

Postea testatum est quod Cecilia habet iiij. alias sorores que sunt in Normannia. Et quia Thomas et Matillis cognoscunt quod Geruasius obiit seisitus et non dedicunt quod Cecilia sit soror Matillidis, consideratum est quod Cecilia recuperauit seisinam suam de sexta parte predicte terre quousque constiterit de morte aliarum sororum, et tunc fiat de parte earum quod de iure fieri debebit, et Thomas in misericordia.

[2]Thomas de Binetr' attachiatus fuit ad respondendum Godefrido de Langetoft quare cum ui sua eiecit eundem Godefridum de custodia terre et domorum Roberti de Binetr' qui est infra etatem etc. Norf.

Et Thomas uenit et defendit omnem iniuriam et intrusionem. Et dicit quod conuencio fuit inter eos quod idem Thomas debuit ei dare tantum etc. pro custodia illa et termini statuti fuerunt, et Thomas inde fuit in seisina per conuencionem illam quousque per preceptum Dom. Regis eiectus fuit.

Et Godefridus hoc totum defendit. Et quia Godefridus

[1] B. m. 9 d. [2] B. m. 9 d.

habuit seisinam per curiam Dom. Regis, et Thomas nichil ostendit quod talis esset conuencio, consideratum est quod Godefridus eat inde quietus et Thomas in misericordia pro intrusione.

1710. Sumers. [1]Abbas de S. Seuero[2] petit uersus Willelmum Duisel dim. hidam terre cum pert. in Haunewode ut ius ecclesie sue, ita quod Willelmus posuit se in magnam assisam uersus eundem Abbatem et quatuor milites summoniti fuerunt ad eligendum xij. etc. Et postea fecit idem Willelmus defaltam tali die etc. per quod terra capta fuit in manum Dom. Regis. Et Willelmus uenit et cognoscit defaltam. Et ideo consideratum est quod Abbas recuperauit seisinam suam per defaltam, et Willelmus in misericordia etc.

1711. Oxon. Corona. [3]Andreas filius Roberti appellat Mattheum Vinetarium quod sicut ipse et Walterus frater suus fuerunt in domo Willelmi Pistoris apud Thame ad dignarium suum tali die etc. in pace Dom. Regis, uenit idem Mattheus simul cum Rogero seruienti predicti Willelmi et percussit Adam fratrem eorum quadam hachia ad picum in capite ita quod cecidit, et Rogerus eum postea percussit in capite quodam palo ita quod statim obiit, et Willelmus fuit in forcia, et postea tulerunt corpus usque ad aquam et illud iactauerunt in aquam, et quod idem Mattheus hoc fecit nequiter etc., offert probare uersus eum sicut curia considerauerit, sicut ille qui interfuit ubi Mattheus percussit etc.

Et Walterus eodem modo appellat Rogerum predictum quod percussit eundem Adam quodam palo in capite etc. et hoc offert etc.

Et Mattheus uenit et defendit feloniam et pacem Dom. Regis etc., et petit sibi allocari quod ipsi Andreas et Walterus in primo hundredo postquam Adam debuit occidi appellauerunt predictos Rogerum et Willelmum de morte illa de facto[4], et postea ad secundum hundredum per xv. dies transactos primo appellauerunt ipsum Matheum, et preterea petunt[5]

[1] B. m. 12.
[2] In the diocese of Coutances. Gall. Christ. vol. 11, col. 913.
[3] B. m. 13.
[4] They were appealed as principals, not as accessories.
[5] Sic. B.

sibi allocari quod ipsi nullum hutesium leuauerunt, desicut cognoscunt quod interfuerunt ubi occisus fuit.

Et eodem modo defendit Rogerus et petit hoc idem sibi allocari. Et Willelmus appellatus de forcia hoc totum defendit. Et Walterus et Andreas quesiti quid fecerunt quando uiderunt occidere[1] fratrem suum, dicunt quod non ausi fuerunt leuare hutesium quia Matheus fuit seruiens Episcopi Lincolniensis et uilla fuit Episcopi, set ex quo uenerunt extra uillam statim leuauerunt hutesium, et ad proximum hundredum appellauerunt ipsum Matheum et Rogerum eodem modo quo nunc faciunt, et postea ad proximum comitatum etc.

Et ideo preceptum est uicecomiti quod in pleno comitatu recordari faciat appellum quod ipsi etc. fecerunt de morte eiusdem Ade et quando et per que uerba appellauerunt ipsum Matheum, et per que uerba etc. ipsos Rogerum et Willelmum, et scire faciat etc. qualem inquisicionem fecerit de morte illa, et si occisus fuit in domo predicti Willelmi, unde audiuimus quod non fuit occisus in domo illa, quia recessit inde cum predictis fratribus suis et uisus fuit in eundo cum illis extra uillam de Thama etc. |

Et similiter preceptum est uicecomiti Buckingham[2] quod [221 b.] scire faciat etc. inquisicionem quam fecit de morte eiusdem Ade et quando et quo die inuentus fuit et quales plagas habuit uel unam uel duas et quem uel quos ipsi Andreas et Walterus appellauerunt de morte illa, et quod uenire faciat ad eundem diem Ceciliam sororem ipsorum Walteri et Andree que fuit cum eis die quo Adam occisus fuit. Idem dies datus est appellantibus et appellatis, et tales[3] etc. manucapiunt quod appellantes sequantur appellum suum et quod stent recto. Et Matheus remaneat sub custodia qua prius fuit, et Rogerus et Willelmus interim remaneant in gaola apud Oxoniam et committantur Gaufrido seruienti etc.

2. [4]Dionisia que fuit uxor Roberti Tholy petit uersus Hugonem filium Rogeri quem Leticia de Kunnetona[5] uocat etc. et Derch.

[1] Sic, B.
[2] Thame is in Oxfordshire but close to border of Bucks.
[3] Three names, B.
[4] B. m. 13 d.
[5] Seemingly Kniveton, B.

qui eī etc. terciam partem quatuor mesuagiorum et terciam partem tante terre etc. in Kunnetona ut dotem suam etc.

Et Hugo per Johannem Juuenem custodem suum uenit et uocat inde ad warantum Robertum filium et heredem predicti Roberti Tholy, qui est infra etatem et in custodia Thome Tuschet. Habeat eum tali die per auxilium curie.

Eadem Dionisia petit uersus Simonem Paruum terciam partem duarum bouat. terre cum pert. in Kniuetona ut dotem suam. Et Simon alias uocauit ad warantum predictum Robertum filium predicti Roberti, qui est in custodia predicti Thome, et Thomas summonitus fuit set se essoniauit, et essonium non iacuit quia alias se essoniauit postquam comparuit et warentizauit. Et ideo de terra Roberti capiatur in manum Dom. Regis ad ualenciam predicte tercie partis, et idem Thomas summonitus[1] quod sit ad predictum terminum auditurus inde iudicium suum. Idem dies datus est Simoni et Dionisie in banco etc.

1713. Wilt. [2]Abbatissa de S. Edwardo petit uersus Petrum le Butiller et tales etc. quod faciant sectas ad hundredum suum et alias consuetudines quas facere debent etc.[3]

Et tales ueniunt et dicunt et defendunt quod nullam sectam debent nec umquam fecerunt nec facere debent nec dare auxilium pro murdro nec pro aliis amerciamentis, et inde ponunt se super patriam.

Et Abbatissa dicit quod hoc iniuste defendunt, quia hoc anno dederunt auxilium pro murdro pro uno homine qui occisus fuit in bosco suo de Ferlegha quod est de eodem manerio suo, et inde producit sectam sufficientem, que testatur quod uilla de Ferlegha dedit ij sol. ad auxilium murdri, et preterea ponit se super recordum iusticiariorum qui ultimo itinerauerunt.

Et alii hoc totum defendunt. Et quia nullum warantum ostendunt de quietancia sua, consideratum est quod Abbatissa

[1] Corr. *summoneatur*; *sum'*, B.
[2] B. m. 15.
[3] A much fuller statement in B. The defendants owe suit to the Martinmas and Hoketide courts without summons; to the other courts when summoned; also must give aid towards the murder fine. The hundred in question is Bradford. The Abbey is at Shaftesbury.

recuperauit seisinam suam de predictis sectis et auxilio, et alii in misericordia etc.

4. [1]Eadem Abbatissa optulit se etc. uersus Priorem de Ferlegha etc. et Petrum de la Boxe quod faciant ei easdem sectas etc.[2] Et nullus eorum etc. Set Frater Hamon monachus uenit et dicit quod Prior suus amotus est post breue illud impetratum et nullum habent Priorem. Et ideo dictum est ei quod alium Priorem cum factus fuerit uenire faciat tali die etc. Wilt.

5. [3]Germanus Prior de Tynemue petit uersus Radulfum de Witelegha quod faciat ei consuetudines et seruicia que ei facere debeat de tenemento quod tenet de eodem Priore in uillenagio in Witelegha[4] etc. ut dicit, et unde dicit quod debet talia[5] seruicia etc. Northumb.

Et Radulfus uenit et defendit quod nullam terram tenet in uillenagio de eodem Priore, set tenet libere et sicut liber homo de Abbate S. Albani[6] per seruicium xx. sol. per ann. et inde uocat eundem Abbatem ad warantum quia ei fecit homagium suum, et per assignacionem Abbatis facit illud seruicium eidem Priori de Tinemue.

Et Prior uenit et dicit quod non debet warantum habere, quia auus Radulfi et pater suus et idem Radulfus fecerunt totum predictum seruicium usque ad hunc annum transactum.

Et Radulfus hoc totum defendit, et ponit se in magnam assisam Dom. Regis et petit recognicionem fieri utrum ipse maius ius habeat tenendi terram illam reddendo per annum xx. sol. pro omni seruicio uel reddendo xx. sol. et preterea faciendo predictas consuetudines.

Et quia breue loquitur de uillenagio et tam de recenti[7] seisina, consideratum est quod inde iurata fiat per xij. etc.

[1] B. m. 15.

[2] See last case. The priory is that of Monkton Farleigh in Wiltshire.

[3] B. m. 15 d.

[4] *Bhatel'*, B.

[5] Full statement in B. He must feast all the Prior's servants dogs and horses at Christmas for two days and nights. Also owes ploughings and reapings etc. and pays cornage and merchet. But Ralph himself has villein tenants, *rustici*, thus *ad quartam precariam inueniet omnes homines domorum rusticorum suorum preter dominicam domum.* An interesting set of services.

[6] Tynemouth was a cell of S. Alban's.

[7] Corr. *de tam recenti*, B.

qui nec Priorem etc. aliqua affinitate etc., et ueniant tali die ad recognoscendum si idem Radulfus et antecessores sui fecerunt predicto Priori predictas consuetudines sicut idem Prior exigit, uel si illud tenuerunt per xx. sol. tantum sicut idem Robertus[1] dicit etc. |

[952.]
1716. [2]G. Elyensis Episcopus[3] queritur quod cum ecclesia sua
Norf. Elyensis multas habeat libertates ex dono antecessorum Dom. Regis per cartas suas, Abbas de Rameseia contra libertates illas et contra coronam et dignitatem Dom. Regis capere fecit quemdam hominem ipsius Episcopi Walterum de Burgo nomine qui appellatus fuit de morte cuiusdam hominis, et ipsum captum iam v. annis elapsis abducere fecit a comitatu Norfolkie usque Rameseiam, et ibi ipsum incarceratum tenuit per xij. septimanas, et postea sine waranto Dom. Regis eundem Walterum dimisit abire ita quod libere iuit quo uoluit, quousque audiuit de aduentu iusticiariorum in partes ad assisas noue disseisine capiendas et ad gaolas deliberandas, set tunc uenerunt balliui dicti Abbatis, et iterum ceperunt ipsum Walterum et imprisonauerunt et in prisona detinuerunt per xj. septimanas, desicut idem Abbas de iure nullam gaolam habere debet, nec etiam si habere deberet, non posset aliquem extra comitatum[4] suum imprisonandum, presertim cum idem Episcopus de hominibus suis curiam suam habere debeat et omnimodam emendacionem de omnibus delictis per libertates ecclesie sue concessas, unde dicit quod Dom. Rex nollet ei tantam iniuriam inferri[5] pro centum libris, et preterea balliui ipsius Abbatis ceperunt quemdam hominem ipsius[6] Episcopi Johannem nomine appellatum de forcia mortis cuiusdam hominis, et in prisona detinuerunt, ita quod ballius ipsius Episcopi produxit eis primo duos plegios et postea quatuor et ita usque ad xij., et non potuerunt illum habere per plegium quousque finem facerent per unam marcam ad opus ipsius Abbatis et per duos solidos ad opus cuiusdam seruientis Abbatis et per iiij. den. ad opus alterius seruientis, desicut debuit per

[1] Corr. *Radulfus*. B.
[2] B. m. 14 d.
[3] Geoffrey de Burgh.
[4] Supply *ducere*. B.
[5] *nollet iniuriam ei inferri*, B.
[6] *ipsius* repeated.

consideracionem[1] regni replegiari sine aliqua redempcione. Et quod Walterus ita captus fuit et detentus, idem Walterus presens est et hoc totum cognoscit. Et preterea attornatus ipsius Episcopi dicit quod Simon de Hales et Ricardus Duket iusticiarii assignati ad assisas noue disseisine capiendas[2] hoc idem testati sunt sicut ipsi qui in itinere suo fecerunt inquisicionem. Et quod idem Abbas hoc fecit contra libertates ecclesie Eliensis profert cartam Regis Edwardi, que testatur etc.[3] Et unde dicit quod contra libertates illas etc. uenit predictus Abbas predicto modo etc.

Et Abbas uenit et defendit uim et iniuriam, set uerum uult dicere. Quedam mulier appellauit Walterum de morte uiri sui, et propter appellum illud balliui sui ceperunt ipsum Walterum et imprisonauerunt et in prisona detinuerunt quousque Dom. Rex scripsit eidem Abbati ut illum dimitteret xij. hominibus in ballia, et uidetur ei quod hoc facere bene potuerunt, quia predictus Rex Edwardus feoffauit ecclesiam de Ramesceia de pluribus terris et de hundredo et dimidio de Clackelose[4] cum omnibus libertatibus quas idem Dom. Rex habuit, et sicut idem Dom. Rex tenuit tunc terras illas et hundredum que tunc fuerunt de dominico suo, ita illa dedit ecclesie de Ramesceia de[5] omnibus que Dom. Rex ibi habere posset, unde cum Dom. Rex bene posset deducere omnes prisonas[6] de comitatu in comitatum si ei placeret, et ipse habeat quod Dom. Rex tunc habuit, uidetur ei quod licite posset duxisse ipsum Walterum usque Ramesceiam, et de tali libertate est ecclesia sua de Ramesceia in seisina, quia quidam Brianus de Bars captus fuit tempore talis[7] Episcopi et ductus usque Ramesceiam et ibi fecit duellum. Et quod talem habet libertatem, profert cartam Regis Edwardi que testatur[8] etc.

[1] Sic, B; corr. *consuetudinem* (?).
[2] Commission of June 1225. Rot. Cl. vol. 2, p. 77. Hales and Ducket sent to Huntingdon, Norfolk and other counties.
[3] In B the charter is briefly stated. It is that found in Monast. vol. 1, p. 476 granting (*inter alia*) Walpole in Norfolk; after stating the grant B gives the clause about sac and soc.
[4] In Norfolk. Ramsey is in Huntingdon.
[5] Corr. *cum*, B.
[6] *prisones*, B.
[7] A blank is left in B.
[8] Seemingly the charter in Monast. vol. 2, p. 559. B gives briefly the clause conferring immunity and franchises.

Profert eciam cartam H. senis que testatur etc. quod concessit omnes libertates et omnia placita ad coronam[1] etc. sicut ipse Rex melius et liberius habuit alicubi in Anglia, et per cartam illam et alias cartas antecessorum Dom. Rege habet ecclesia sua illas libertates. De capcione Johannis defendit precise quod per eum non fuit captus, nec per eum finem fecit, nec de eo finem recepit, nec aliquid scit de facto ballini sui, et ideo de facto suo non uult respondere nisi curia considerauerit.

Et Abbas quesitus si bis ceperit[2] predictum Walterum, et si bis captus fuit quo waranto priusquam fuit deliberatus et quando recepit breue de illo deliberando, dicit quod rursus ad secundam capcionem recepit breue illud, et quod in prima capcione detinuit eum in prisona per xij. septimanas, sed tunc pro amore quem habuit cum Dom. Johanne tunc Episcopo Eliensi[3] deliberauit eundem Walterum ad peticionem ipsius Episcopi.

Et quia Abbas cognoscit quod postquam primo ceperat ipsum Walterum et in prisona detinuit, sine waranto eum deliberauit, desicut captus fuit pro morte hominis, et non habet inde warantum suum per cartam suam, consideratum est quod Abbas inde in misericordia, et similiter quia abduxit ipsum Walterum extra comitatum etc. |

[252 b.] Et quia predicti Simon de Hales et alii iusticiarii nullam habuerunt potestatem faciendi inde inquisicionem[4], et nescitur utrum Dom. Rex sit in seisina de predictis libertatibus, uel si idem Abbas sit in seisina de tali libertate quod habeat prisonam et homines captos habere possit in prisona sua uel non, consideratum est quod xij. milites de comitatu qui non sunt de feodo Abbatis uel de hundredo suo summoneantur quod sint tali die etc. ad recognoscendum si idem Abbas et ecclesia sua de Rameseia etc. sint in seisina de predicta libertate etc. uel non etc.

[1] Supply *pertinencia apud Brancestriam et Kingstede et apud Clackclosehundredum et dimidium*, B. This charter is in Chron. Abb. Rames. (Rolls Series) p. 222.

[2] ceperunt, B.

[3] John de Fontibus, [illegible].

[4] Seemingly the commission of gaol delivery did not authorize them to take an inquest as to the Abbot's franchise.

Et quia Abbas defendit capcionem predicti Johannis et redempcionem, et similiter talis[1] etc. coram quo finis fieri debuit hoc totum defendit, consideratum est quod uterque eorum defendat se xij. manu etc. et ueniat etc. tali die etc.

7. [2]Willelmus de Huntercumba petit uersus Osbertum Giffard quartam partem feodi unius militis cum pert. in Ispedena ut ius suum, unde Willelmus Perchaye auus suus fuit seisitus ut de feodo etc., et de Willelmo descendit ius terre illius Cristine filie sue eo quod filii sui obierunt ante ipsum Willelmum patrem suum, et de Cristina huic Willelmo ut filio et heredi suo, et hoc offert etc. Oxon.

Et Osbertus uocauit ad warantum Eliam Giffarde, qui summonitus uenit et exigit qua racione debeat warentizare. Et Osbertus profert cartam Elye aui predicti Elye, que testatur quod dedit Ricardo Giffarde nepoti suo de Ispedena quicquid inde pertinet ad feodum suum, hereditarie tenendum sibi et heredibus suis de eo et heredibus suis per seruicium dim. militis etc., quare uult et firmiter precipit quod idem Ricardus et heredes sui totam terram illam de Ispedena etc. libere etc. Et per hanc cartam debet Elyas warentizare sicut ille cuius homo etc.

Et Elyas uenit et defendit quod non debet ei terram illam warentizare, quia reuera bene cognoscit cartam quod auus suus illam fecit, set Elyas auus suus die quo carta facta fuit nec umquam antea habuit terram illam in dominico, immo Willelmus Percehaye auus ipsius Willelmi tunc illam tenuit de Elia Giffard, et feodum illud et seruicium dedit idem Elyas predicto Ricardo sicut ipse illud feodum habuit, et tali modo cepit ipse homagium eiusdem Osberti, scil. de seruicio illo, et ideo non uult warentizare nisi curia considerauerit terram illam in dominico, et preterea nichil continetur in carta quod ei data esset pro homagio et seruicio, nec aliqua warentia apponitur immo simplex est carta, et ideo non uult warentizare nisi curia considerauerit.

Et Osbertus dicit quod Elias tenuit terram illam in dominico quando cartam illam fecit, et hoc offert probare sicut curia etc., et hoc bene patet, quia idem Elias auus

[1] *Willemus de Whichentona senescallus*, B.

[2] B. m. 18.

dedit de eodem tenemento predicto Willelmo Percehaye. Et quod Elias ita fuit seisitus in dominico quando terram dedit et quod idem Elias auus cepit homagium Ricardi nepotis sui sicut de dominico suo, offert probare per corpus cuiusdam liberi hominis sui talis etc. qui hoc offert etc.

Et Elias dicit quod Elias auus suus non fuit seisitus de terra illa in dominico die quo cartam illam fecit, set Willelmus tunc tenuit terram illam, et inde ponit se in magnam assisam Dom. Regis etc. uel super patriam sicut curia etc. De terra que debuit dari Willelmo Percehaye, dicit quod hoc iniuste dicit, quia reuera predictus Ricardus tunc potens fuit et cum Dom. Rege Henrico et per predictum donum ei factum de feodo et seruicio Willelmi Percehaye disseisiuit eundem Willelmum de tota terra illa, et idem Willelmus accessit ad curiam et inde questus fuit et secutus fuit Dom. Regem usque in partes transmarinas, et in tantum quia timebat totum perdere recepit ipse ab eodem Ricardo medietatem eiusdem terre de ballia sua, et sic expectauit quousque melius facere posset, sine quieta clamancia quam nunquam faceret de residuo etc.[1]

Et quia nec Osbertus nec Elias dedicunt seisinam Willelmi Percehaye aui predicti Willelmi, immo Elias cognoscit seisinam Willelmi, nec aliquis eorum defendit ius Willelmi predicti, consideratum est quod Willelmus recuperauit seisinam suam, et quod Osbertus faciat escambium Ade de Kaylli et Mabilie uxori eius quibus eandem terram warentizauit et uersus quos Willelmus primo placitauit, et quod iurata fiat inter Osbertum et Eliam, et ueniat tali die etc. ad recognoscendum si predictus Elias auus ipsius Helie anno et die quo cartam illam fecit Ricardo Giffard fuit in seisina de predicta terra in dominico suo uel non. Et sustinetur[2] de seruicio Willelmi faciendo quousque sciatur quid dicatur de iure. Et Adam et Mabilia ponunt in respectum escambium suum usque ad talem diem etc. Ad quem diem facta est extensio de eadem terra que

[1] William Percehaye took what he could get, viz. half the land, but did not quit-claim his right to the whole.

[2] B, illegible. Seemingly the question who is entitled to William's service is deferred, stayed, until the jury has settled the question of best right between Osbert and Elias.

talis est quod ualet c. sol., et ideo uicecomes faciat habere ipsis Ade et Mabilie ad ualenciam etc. | [253.]

[1]Mabilia que fuit uxor Geruasii Uparbide petit uersus Michaelem de Pirar' quem Stephanus de Pirar' uocauit ad warantum et qui ei warentizauit terciam partem unius uirg. terre cum pert. in Tukartona ut dotem suam etc. Sumers.

Et Michael uenit et dicit quod non debet inde dotem habere quia non fuit desponsata nisi in lecto suo in egritudine sua unde obiit.

Nota quod non ualet dotis constitutio in lecto mortali quoad dotis exactionem nisi facta fuerit ad hostium ecclesie[2].

Et ipsa hoc cognoscit et dicit reuera quod non fuit desponsata ad hostium ecclesie, set in lecto suo mortali ita quod non uixit postea nisi per xv. dies. Et ideo consideratum est quod Michael eat inde quietus et Mabilia etc.

[3]Dies datus est Johanni de Berneres querenti et Radulfo de Berneres per attornatum suum de placito quod Johannes aquietet eum etc. uersus Episcopum Eliensem etc. tali die etc. eo quod Episcopus non uult capere homagium ipsius Radulfi. Et ideo Episcopus summoneatur etc. ad eundem terminum ad capiendum homagium ipsius Radulfi de tenemento etc. Essex.

[4]Prior de S. Neoto summonitus fuit ad respondendum Burgensibus de Bedefordia quare contra libertates Burgensium de Bedefordia quibus usi sunt capit ab eis theloneum apud S. Neotum unde proferunt cartas Regum H. et Ricardi, in quibus continetur quod sint quieti de theloneo per totam Angliam et quod habeant easdem libertates quas Com' Exon' habet[5], et per hoc quod contra cartas illas cepit theloneum deteriorati sunt etc. Bed.

Et Prior uenit et defendit iniuriam et iniustam capcionem etc. set dicit quod iuste capit theloneum. Et profert cartam[6] Regis H. aui Dom. Regis, per quam precipit uicecomitibus Cantebrigie, Huntingdonie et Bedefordie quod faciant monachis S. Neoti habere de illis qui ad mercatum suum et ad

[1] B. m. 16 d.

[2] See Br. f. 92 § 4, where very similar words occur. The marriage may be valid enough for other purposes but not ad dotis exactionem. This is Fitz. *Dower*, 201.

[3] B. m. 15.

[4] B. m. 15 d.

[5] Corr. *Ciues Oxonie habent*, B.

[6] See Monast. vol. 3, p. 473.

feriam suam uenerint theloneum et stalagium et omnes alias rectas consuetudines suas quas idem Dom. Rex habuit in suis dominicis mercatis etc., et uult etc. Unde idem Prior dicit quod per cartam illam semper fuerunt monachi in seisina de theoloneo usque ad hunc diem, et ideo dicit quod iuste capit theoloneum etc.

Et Burgenses proferunt cartam eiusdem Regis H. que concedit eis omnes libertates et omnes liberas consuetudines suas quas habuerunt tempore H. Regis[1] aui sui sicut recognite fuerunt in comitatu Bedefordie et sicut burgenses Oxonie habent, unde dicunt quod per cartam illam semper fuerunt quieti usque in inicio guerre, et inde ponunt se super comitatus Bedefordie[2], Huntingdonie.

Et Prior hoc totum defendit et non uult super carta sua respondere nisi curia considerauerit. Post uenit Prior et ponit se super comitatum Huntingdonie quod semper fuit domus sua seisita de illo theoloneo per cartam suam. Et Burgenses similiter ponunt se in eandem iuratam de eodem comitatu. Et ideo fiat inde iurata et ueniat tali die etc. ad recognoscendum si ipsi Burgenses habuerunt quietanciam de ipso theoloneo in uilla de S. Neoto post tempus H. Regis aui etc. usque ad inicium guerre mote inter Dom. J. Regem et barones suos Anglie, uel non etc.

1721. [3]Rogerus Bacun et tales etc.[4] summoniti fuerunt ad
Linc. respondendum Rannulfo Comiti Cestrie et Lincolnie quo iure communam exigunt in marisco ipsius Comitis de Norfeu desicut ipse Comes nullam communam habet in terris ipsorum Rogeri et aliorum etc. nec ipsi seruicium ei faciunt etc. quare communam etc.

Et Rogerus et omnes alii ueniunt et dicunt quod nesciunt de quo marisco Comes queritur, quia in quadam parte marisci de Norfeudia forte nullam communam clamant et in parte communam et ideo[5] habere debent, et ideo petunt uisum de marisco unde Comes queritur. Habeant. Dies datus est eis etc.

[1] Henry I.
[2] Supply *et*, B.
[3] B. m. 16.
[4] Four named persons *et omnes alii homines de Leke*, B. Leake near Boston.
[5] *aliud* not *ideo*, B.

2. [1]Assisa uenit recognitura si Willelmus[2] de Monte Acuto pater Ricardi de Monte Acuto fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de duabus hidis terre et dim. cum pert. in Suttona die quo etc., quam terram Gilibertus de Say tenet qui uocauit inde ad warantum Matillidem uxorem eius eo quod Matheus de Cliuedona illam terram ei dedit in maritagium cum Matillide. Et Matillis uenit et uocauit inde ad warantum[4] Willelmum[5] de Monte Acuto filium et heredem Drogonis per cartam Willelmi de Monte Acuto[6] patris ipsius Drogonis quam profert et que testatur quod idem Willelmus dedit etc. terras suas de Suttona etc. eidem Matheo in maritagium etc. cum Isobella[7] sua etc., et hac racione uocat filium Drogonis ad warantum etc. | Sumers. Nota Corbin de Ricardo de Monte Acuto.

Et Ricardus dicit quod non debet warantum expectare, quia Willelmus[8] de Monte Acuto pater predicti Hugonis[9] nichil inde habuit nisi custodiam post mortem Willelmi[10] patris sui cuius heres ipse est. Et inde profert cirographum factum tempore Ricardi Regis, quod testatur quod Willelmus[11] filius Roberti de Monte Acuto remisit et quietum clamauit predicto Willelmo[12] filio Ricardi de Monte Acuto et heredibus suis totam terram de Thorn' de se et de heredibus suis in perpetuum, et pro hac etc. Willelmus[13] filius Ricardi concessit predicto Willelmo[14] filio Roberti et heredibus suis totam terram de Suttona cum pert. etc. Unde idem Ricardus dicit quod per finem illum remansit eadem terra Willelmo[15] patri suo qui inde obiit seisitus, et ipso defuncto, Willelmus[16] pater Drogonis cepit terram illam in manum suam, et si quid inde dedit hoc fuit post finem illum et contra finem illum, et petit seisinam suam etc. [253 b.]

[1] A. m. 17 d.
[2] William No. 1.
[3] This I take to mean that this case about Richard Montacute has some connection with the case of one Corbin. See above Case 30 where a similar allusion to Corbin is made. The present case and Case 30 have I think a point in common. In my Introduction I shall show how Bracton was connected with Corbin's case. Other allusions to Corbin's case occur below on MS. f. 268 b 277 b.
[4] Supply *predictum Matheum qui eis warentizat et uocat ad warantum*, B.
[5] William No. 2.
[6] William No. 3.
[7] Supply *filia*.
[8] No. 3.
[9] Corr. *Drogonis*.
[10] No. 1.
[11] No. 1.
[12] No. 3.
[13] No. 3.
[14] No. 1.
[15] No. 1.
[16] No. 3.

Et Matheus dicit quod iniuste hoc dicit quia Willelmus[1] primogenitus frater ipsius Ricardi postea habuit terram illam ut heres Willelmi[2] patris sui, et illam concessit et dimisit Willelmo[3] de Monte Acuto patri predicti Drogonis, et ideo debet heres suus ei warentizare etc.

Et Ricardus dicit quod Willelmus[4] frater suus non potuit hoc facere quia ipse nunquam terram illam habuit nec habere debuit eo quod bastardus fuit, et hoc bene patet quia per summonicionem factam uenit[5] in curiam Dom. Regis et cognouit se esse bastardum et quod nichil clamat de hereditate patris sui, eo quod natus fuit ante sponsalia matris sue, et inde ponit se super recordum curie.

Et Matheus quesitus si habeat prolem de uxore sua dicit quod habet unum filium Willelmum[6] nomine, qui presens est et bene concedit warentiam quam Matheus pater suus uocauit de filio predicti Drogonis, et similiter cum ipso Matheo uocat inde ad warantum Willelmum[7] predictum filium et heredem predicti Drogonis.

Et Ricardus sicut prius dicit quod non debent expectare warantum eo quod pater suus[8] obiit seisitus, nec Willelmus[9] auus predicti heredis aliquid inde habuit nisi in custodia sicut predictum est.

Et Matheus quesitus si pater Ricardi obiit seisitus uel non, dicit quod nichil inde scit immo tenet se ad warantum suum etc. quicquid cirographum dicat uel aliud.

Et quia Matheus non dedicit finem illum per quem Willelmus[10] de Monte Acuto auus predicti waranti non potuit inde habere nisi seruicium, nec idem Matheus potest dedicere predictum ingressum, consideratum est quod assisa procedat et quod warantus non debet expectari. Et ideo iurata ueniat tali die ad recognoscendum si idem Willelmus[11] pater predicti Ricardi fuit inde seisitus in dominico suo ut de feodo die quo obiit etc., quia Matheus non dedicit quod idem Ricardus non

1 No. 4.
2 No. 1.
3 No. 3.
4 No. 4.
5 For these proceedings see Case 121.
6 No. 5.
7 No. 2.
8 No. 1.
9 No. 3.
10 No. 3.
11 No. 1.

sit heres Willelmi[1] patris sui. Set sciendum quod aliquando[2] dixit idem Matheus quod idem Ricardus habuit unum fratrem primogenitum qui fuit heres Willelmi patris sui ita quod per consideracionem curie summonitus uenit et cognouit se esse bastardum sicut predictum est.

[3]Radulfus de Cantuaria captus cum uno linthiamine uenit et dicit quod suum est et quod illud emit Londonie pro xvj. den. Et Andreas de Garschurche uenit et dicit quod suum est et illud petit ut furatum, et inde producit sectam sufficientem. Et quia linthiamen parui precii est deliberetur, et reddatur lintheamen eidem Andree, et Radulfus exeat a patria etc. Corona.

Henricus le Ireys captus cum Johanne Plantefolie[4] probatore qui eum appellauit, non est in decenna, nec habet dominum qui eum aduocet, nec aliquo modo offert purgare se, et ideo suspendatur etc. Corona.

Editha de Salopesira capta cum quadam pecia de canauaz deliberetur eo quod parum ualet. Postea capta est Londonie cum quadam bursa quam sciderat cum tribus sol. et vj. den. unde inuenta fuit seisita, et ipsa non potest hoc dedicere. Et ideo amittat pollicem dexterum etc.[5] Corona.

[6]Preceptum fuit uicecomiti quod haberet corpus Eue de Cretona ad respondendum Hugoni de Wichtona et Sarre uxori eius quare impedit eos presentare idoneam personam ad ecclesiam de Cretona cuius ecclesie presentacionem idem Hugo et Sarra in eadem etc. recuperauerunt uersus Ricardum de Clokes sine clamio quod eadem Eua apponeret in eadem presentacione etc. Norht.

Et Eua uenit et dicit quod iuste impedit quia est heres Willelmi de Cretona qui ultimo presentauit clericum ad eandem ecclesiam, et ipsa Sarra iniuste fecit se filiam et heredem ipsius Willelmi. Et quesita quis teneat[7] terram in qua sita est ecclesia illa et ad quam terram ecclesia illa per-

[1] No. 1.
[2] See Case 121.
[3] B. m. 17 d.
[4] See Case 1692. Observe the hanging of one who will not put himself on his country.
[5] A hand of the fifteenth century or thereabouts notes this punishment in the margin. The judges seem to have had a considerable discretionary power in choice of punishment. See Case 1723.
[6] B. m. 19.
[7] *tenent* repeated.

tinet, dicit quod ipsi Hugo et Sarra, set iniuste. Et ideo consideratum est quod Eua nichil clamare potest de aduocacione illius ecclesie priusquam terram ad quam ecclesia pertinet recuperauerit etc. |

[234.] 1727. Sumers. [1]Walterus Abbas de Hida petit uersus Walterum le Clauer unam uirg. terre[2] cum pert. in Mucheldoura ut ius ecclesie sue, unde Abbas Selidus predecessor suus fuit seisitus etc. tempore H. etc., et in quas non habet ingressum nisi per Radulfum patrem suum cui idem Abbas Selidus dimisit sine assensu conuentus sui etc.

Et Walterus uenit et defendit ius suum et predictum ingressum, et ponit se in magnam assisam Dom. Regis et petit recognicionem fieri utrum ipse maius ius habeat tenendi terram illam de ipso Abbate et ecclesia sua an idem Abbas tenendi in dominico.

1728. Linc. [3]Alicia que fuit uxor Radulfi de Nortona petit uersus Theobaldum Hauteyn terciam partem duarum bouatarum terre cum pert. in Roueeby ut dotem suam.

Et Theobaldus uenit et uocauit inde ad warantum Radulfum filium et heredem predicti Radulfi. Qui uenit per summonicionem etc. et dicit quod reuera Radulfus pater suus obiit seisitus de terra illa, et ipsa postea habuit custodiam eiusdem terre cum ipso Radulfo filio suo, et ipsa dimisit inde[4] postea ad firmam et partem uendidit, et bene dicit quod warentizat terram illam eidem Theobaldo ut custodi sue et ut terram illam que sua propria est, et non Theobaldus et dicit quod recuperauit terram quam ipsa uendidit, et [illegible] dicit quare dotem habere non debeat. Et Theobaldus hoc totum cognoscit. Et ideo consideratum est quod ipsa recuperauit seisinam suam ut de dote sua et quod Radulfus nullum escambium faciet eidem Theobaldo etc.

1729. Nott. [5]Goda que fuit uxor Haldeni summonita fuit ad respondendum Willelmo de Beeles si quid clamat in xxx. acris terre cum pert. in Lodnes que remanere debuerunt eidem Willelmo per finem factum tempore H. Regis aui coram iusticiariis

[1] B. m. 16d.
[2] *et iiij. acr. terre*, B.
[3] B. m. 17.
[4] Om. *inde*, B.
[5] B. m. 17.

apud Norwicum inter Robertum filium Aluredi patrem predicti Willelmi cuius heres ipse est etc. petentem et Haldenum filium Suetini patrem Emme de Lodnes cuius heres ipsa est tenentem, unde cirographum factum fuit inter eos in prefata curia, unde predictus Willelmus profert cirographum quod testatur quod de illis xxx. acris terre predictus Aldenus recognouit et concessit eidem Roberto xxvj. acras, et petit seisinam suam de illis xxvj. acris terre.

Et Willelmus de Lodnes qui se facit attornatum Gode per iiij. milites ad eam missos etc. uenit et cognoscit finem, set dicit quod terra illa fuit hereditas ipsius Gode unde Haldenus uir suus non potuit finem facere de terra sua, et petit inde iudicium. Set quia nescitur utrum Willelmus sit attornatus suus, preceptum est uicecomiti quod habeat corpora iiij. militum tali die etc. ad testificandum etc.

[1]Preceptum fuit uicecomiti quod esset coram Dom. Rege cum quatuor militibus de comitatu suo discretis et legalibus et Dom. Regi fidelibus et cum quatuor discresscioribus seruientibus suis ad certificandum Dom. Regem quomodo Theobaldus Auteyn et Hugo de Huneby se gesserunt et quos fautores de comitatu habuerunt ad hoc, unde ipsi Theobaldus et Hugo summoniti sunt ad ostendendum quo waranto impediuerunt uicecomitem et alios balliuos Dom. Regis de comitatu Lincolnie tenere comitatus et theþing'[2] et wapentacia sicut teneri debent et solent, et quare non permittunt rectum teneri de iniuriis eis illatis etc. Et Jordanus de Esseby et tales etc. quatuor milites de comitatu ueniunt, et uicecomes uenit, et dicunt quod interfuerunt comitatui Lincolnie ubi uicecomes tenuit placita a summo mane usque ad uesperas, et multe remanserunt ibi loquele que non potuerunt eo die terminari pro defectu diei, et cum conquerentes et ipsi de quibus conquerebantur interrogassent a uicecomite quid facerent de querelis suis, uicecomes respondit eis quod in crastino summo mane uenirent et eis iusticiam exhiberet, et dixit omnibus senescallis, militibus et aliis de comitatu ut summo mane conuenirent et querelas audirent et inde iudicia Linc.

[1] B. m. 19.
[2] *trething'*. B. Seemingly the court of the trithing or riding, not of the tything.

facerent. Mane autem cum uenirent, uicecomes assedit et interrogauit querelas et querentes et iudicia etc., et mandauit militibus et senescallis qui extra domum fuerunt ut intrarent et querelas audirent et iudicia inde facerent. Et cum hoc audirent, ipsi qui in domo erant exierunt et qui extra erant abierunt dicentes quod non debuerunt comitatum tenere nisi per unum diem, unde quia uicecomes non potuit solus querelas audire nec iudicia facere dixit querentibus et reis quod uenirent ad wapentak' et ibi eis iusticiam faceret, et sic recesserunt[1]. Postea cum uicecomes itinerasset per trethinga tandem uenit per decem wapentakia de Anecastro ubi prefixerat diem omnibus querentibus de illis wapentakiis. [254 b.] | Et ibi conuenerant multi tam milites quam alii, inter quos predicti Theobaldus et Hugo uenerunt, et auditis querelis et responsis dixit uicecomes militibus ut inde facerent iudicia. Et predictus Theobaldus surrexit et dixit quod non debuerunt ibi iudicia facere, nec alibi nisi in comitatu, quia uenit de curia Dom. Regis ubi locutus fuit cum Dom. Archiepiscopo et Comite Cestrie et aliis magnatibus, et certus fuit quod ante tres septimanas haberent breue Dom. Regis ne de cetero uexarentur de huiusmodi exaccionibus et iniuriis, et adiecit quod audiret qui iudicia facerent in wapentakio[2]. Et uicecomes audito hoc respondit ei, quod propter hoc non dimitteret[3] quin pauperibus iusticiam faceret quousque aliud inde mandatum haberet, et dixit militibus et aliis ut facerent iudicia. Et ipsi pecierunt licenciam loquendi inde, et exierunt. Et sicut locuti fuerunt inde, uenerunt predicti Theobaldus et Hugo inter eos ad consilium suum, et dixerunt eis quod ea que uicecomes fecit fuerunt contra libertatem suam quam habere debent per cartam Dom. Regis, et quod ea pertinebant ad Comitem Cestrie et ad alios magnates de comitatu, et consuluerunt eis ne aliqua inde iudicia facerent. Et per consilium suum intrauerunt, et Theobaldus narrauit pro eis dicens sicut prius quod nulla iudicia ibi facerent nec facere debuerunt, et plura turpia uerba dixit uicecomiti. Et

[1] And thus seven score cases stood over. B.

[2] He added that he'd like to hear any one give judgment in that court (?).

[3] *dimitteret*, B.

Hugo prius peciit uicecomitem ut ostenderet eis warantum suum per quod ipse tenere deberet placita in wapentakio. Et uicecomes respondit ei quod credebat inde sufficiens warantum habere, cum esset uicecomes et balliuus Dom. Regis, et Dom. Rex ei hoc bene warentizaret. Et sic recessit uicecomes iudiciis infectis. Et super hoc surrexit Thomas filius Simonis senescallus Johannis Marescalli et respondit predicto Hugoni quod stulte pecierat a uicecomite warantum suum per quod tenuit placita illa, quia satis constabat eis quod fuit uicecomes Dom. Regis, set ipse ostendere debuit warantum suum per quod uicecomes non deberet tenere placita. Et unum iudicium fecit idem Thomas[1]. Et responsum fuit ei Tu facis modo iudicia tua, uidebimus in breui dominum tuum et dicemus ei quo modo te habes in comitatu isto.

Et milites recedunt sine die[2] quia Theobaldus et Hugo essoniati sunt et habent diem talem etc.

[3]Ad quem diem etc. uenerunt Theobaldus et Hugo et defendunt omne iniustum impedimentum, et quod nunquam uicecomitem uel balliuos Dom. Regis impediuerunt ad negocia Dom. Regis facienda. Set uerum uolunt dicere. Comitatus Lincolnie semper solet sedere de xl. diebus in xl. dies, et Dom. Rex concessit[4] omnibus hominibus de regno suo libertates suas et antiquas consuetudines suas usitatas, et consuetudo semper talis fuit, et iste uicecomes contra illam consuetudinem assedit aliquando comitatum infra quinque septimanas et aliquando per minus tempus, et preterea comitatus nunquam solet sedere nisi per unum diem tantum. Et quia habuerunt predictas libertates per Dom. Regem, uidebatur eis quod non potuerunt nec debuerunt sine Dom. Rege et magnatibus regni mutare statum

[1] Probably any of the judges may in the old fashion arise and deem a doom which a murmur of assent will make the judgment of the court; but Thomas' doom meets with the scornful *Tu facis judicia tua*.

[2] The knights who have brought the record before the Bench are dismissed.

[3] What follows is not in B.

[4] This alludes to the clause first introduced into the Charter of 1217, directing that the county court shall not be held more often than once a month, nor more often than has been customary; also that the sheriff shall hold his tourn but twice a year.

comitatus. De wapentakio de Anecastro dicunt quod [illegible] fuerunt ibi, et quia uicecomes nunquam post libertates eis concessas tenuit wapentakium nisi bis in anno secundum cartam de libertate, et tunc primo incepit tenere wapentakium contra libertatem suam, uidebatur eis quod hoc esset contra libertatem suam si apud Anecastrum placita tenerent uel iudicia ibi facerent, et ideo posuerunt illa placita in respectum usque ad comitatum ut ibi omnibus iusticia fieret.

Hugo et Theobaldus recedunt sine die per preceptum Dom. Regis usque ad summonicionem suam etc. |

[255.] PLACITA APUD WESTMONASTERIUM DE TERMINO PASCHE ANNO REGIS HENRICI FILII REGIS JOHANNIS DECIMO[1].

1731. Dors. De noua disseisina. [2]Assisa uenit recognitura si R. Sarisbiriensis Episcopus et tales etc. iniuste etc. disseisiuerunt Baldewinum le Dispenser de libero tenemento suo in Withona post etc. Et Episcopus et alii ueniunt et nichil dicunt quare assisa remaneat sicut patet in recordo de itinere Dorsetie.

Juratores dicunt quod Walterus auus predicti Baldewini obiit seisitus de terra illa ut de feodo, et post eum uenit Philippus filius eiusdem Walteri et tenuit se in terram illam et predictus Baldewinus uenit et ui eiecit eum et tenuit se in terra illa per tres dies[3], et tunc uenerunt Episcopus et alii et eiecerunt eum pro contencione que fuit inter Baldewinum et Philippum, quia uterque fecit se heredem, et ideo dicunt quod non est disseisitus ut de libero tenemento set quod nunquam fuit in seisina. Et ideo Episcopus et alii sine die et Baldewinus in misericordia.

1732. [illegible] [4]Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam de Lintona, que uacat ut dicitur, cuius aduocacionem Dom.

[1] For this term B = Coram Rege Roll No. 25.

[2] B. m. 2.

[3] Seemingly it would take four days to give the disseisor seisin. See Br. f. 163, and the note from a Cambridge MS. in Nichols' Britton vol. 1, p. 294.

[4] B. m. 1 d.

Rex clamat uersus Abbatem de Forda racione honoris de Brens'[1] qui fuit Henrici filii Comitis[2] qui nunc est in manu Dom. Regis etc.

Et Abbas uenit et dicit quod non potest cum Dom. Rege placitare. Set uerum uult dicere. Willelmus de Tracy presentauit clericum qui ultimo obiit persona, et Henricus de Tracy filius suus postea habuit hereditatem patris sui Willelmi. Et reuera Werresius de Pilesdona qui habuit terram de Lintona cum pert. dedit domui de Forda[3] manerium de Lintona cum pert. Et inde profert cartam eiusdem Werresii que donum illud testatur. Profert eciam cartam Henrici de Tracy que donum illud eis confirmat. Profert eciam cartam Regis Johannis que donum illud testatur. Et ideo uidetur ei quod assisa non debet inde fieri etc.

Et super hoc uenit Simon de Pilesdona et dicit quod predictus Willelmus de Tracy dedit manerium de Lintona cum pert. Sampsoni de Pilesdona antecessori suo, et idem Sampson tenuit terram illam cum pert. tota uita sua, et postea Werresius filius suus remansit in custodia eiusdem Willelmi ut ille qui fuit infra etatem, et tunc uacauit ecclesia, et racione custodie dedit idem Willelmus ecclesiam illam clerico qui ultimo obiit persona, et petit seisinam suam talem qualem Willelmus habuit racione custodie.

Et Dom. Rex dicit quod predicta terra fuit de predicto honore, et honor ille est in manu sua, et desicut Abbas et Simon cognoscunt quod Willelmus de Tracy presentauit ultimam personam, petit seisinam illam quam Willelmus habuit.

Et Simon de Pilesdona cognoscit cartam predicti Werresii antecessoris sui, et quod Abbas est in seisina de tota terra de Lintona. Et ideo consideratum est quod Simon nichil clamare potest de illa seisina priusquam recuperauerit manerium illud. Et Abbas quesitus utrum Willelmus de Tracy tempore quo dedit ecclesiam illam tenuit terram de Lintona in dominico, uel in custodia cum Werresio, dicit quod reuera nescit.

[1] *Brayles*, B. See Dug. Bar. vol. 1 p. 611.

[2] As to this Henry Fitz Count see Cases 1512, 1666.

[3] Ford Abbey, Devon, Monast. vol. 5, p. 376.

Et quia recognitum est quod Simon nichil clamare potest et quod Abbas est in seisina de manerio illo ex dono Werresii et per confirmacionem Henrici de Tracy filii et heredis Willelmi de Tracy, et Henricus de Tracy si uiuus esset nichil clamare posset de aduocacione illa, nec Dom. Rex plus clamare potest quam predictus Henricus si uiuus esset, consideratum est quod Dom. Rex nichil clamare potest, et ideo Abbas habeat seisinam suam etc.

1733. Stafford. [1]Robertus de Coleuilla petit uersus Willelmum Rufum de Waleshale duas caruc. terre cum pert. in Waleshale ut ius suum, unde Warinus de Waleshale auus suus fuit seisitus ut de feodo[2] iure etc. tempore H. etc. qui fuit auus aui Dom. Regis anno et die etc., et de Warino descendit ius etc. Eue filie sue, et de Eua ipsi Roberto ut filio et heredi suo etc. | [256 b.] Et Willelmus uenit et dicit quod non debet inde placitare, quia Dom. Rex H. auus Dom. Regis dedit terram illam Herberto Ruffo auo suo per cartam suam quam profert et que donum illud testatur etc., unde dicit quod Dom. Rex terram illam ei debet warentizare, et petit iudicium si super hoc debeat ei respondere. Et ideo consideratum est quod non respondeat ante etatem Dom. Regis etc.

1734. Buck. [3]Gilibertus de Clare Comes Gloucestrie petit uersus Willelmum de *Simi*ll'[4] manerium de Riseuilla ut ius suum, unde Walterus Giffard antecessor suus fuit seisitus ut de feodo etc. tempore H. Regis aui etc. capiendo inde expleta ad ualenciam xx. sol. etc.

Et Willelmus uenit et defendit ius suum nunc et alias quando defendere debebit, set dicit quod non debet sine Dom. Rege inde placitare. Et profert cartam Dom. H. Regis aui Dom. Regis, que testatur quod dedit terram illam Ricardo Humaz Constabulario suo[5] pro homagio et seruicio suo, habendam et tenendam eidem Ricardo et heredibus suis de Dom. Rege et heredibus suis cum omnibus pertinenciis suis et libertatibus etc., quare uult et precipit quod idem

[1] B. m. 6. In B the venue is Suffolk.
[2] Supply *et*, B.
[3] B. m. 6 d.
[4] *Simiily*, B.
[5] Richard of Humez, constable of Normandy

Ricardus et heredes sui terram illam habeant et teneant de eo et heredibus suis cum pertinenciis etc. Profert eciam cartam eiusdem Regis Henrici que testatur quod concessit etc. Engelardo de Humaz donum quod fecit ei Ricardo[1] de Humaz[2] etc. Dom. Rege uidente et concedente, uidelicet Risingbergham cum omnibus pert. suis que eidem Ricardo iure hereditario pertinebit, quare uult et precipit quod dictus Engelardus et heredes sui prenominatam Risenbergham habeant et teneant de Dom. Rege et heredibus suis in omnibus rebus, in bosco etc., et in omnibus aliis locis et aliis rebus ad eandem etc. pertinentibus, bene et in pace etc. cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis etc. Unde idem Willelmus dicit quod predictus Engelardus fuit auus suus, et de eo descendit terra illa Willelmo filio suo, et de Willelmo huic Willelmo ut filio et heredi suo, et ideo uidetur ei quod sine Dom. Rege non debeat inde respondere, et si curia considerauerit quod debeat, dicet aliud etc.

Et Comes dicit quod carte ille non debent ei nocere nec Willelmo ualere, quia prima carta facta fuit Ricardo de Humat' et heredibus suis, et predictus Willelmus non est heres Ricardi, et ideo illa carta non debet ei nocere, quia nemo potest inde warentiam petere, nisi heredes eiusdem Ricardi. De secunda carta dicit quod idem Willelmus nichil ostendit de dono quod Ricardus de Humat' debuit fecisse predicto Engelardo, et ideo uidetur ei quod carta Dom. Regis de confirmacione non debet ei nocere. Et preterea, licet idem Willelmus teneat de Dom. Rege, nullum seruicium nominatur in cartis Dom. Regis, set terra illa est de baronia Comitis, et Comes ipse semper fecit seruicium suum Dom. Regi. Et ideo Dom. Rex non tenetur terram illam ei warentizare.

Et Willelmus dicit quod Dom. Rex est in seisina de seruicio suo, scil. de feodo unius militis, et antecessores sui semper fecerunt seruicium illud Dom. Regi Henrico et Dom. Regibus Ricardo et Johanni, ita quod Dom. Rex Johannes

[1] Corr. *Ricardus*; *Ric'*, B.

[2] Supply *pater suus*, B. The text has *patri* erased.

obiit seisitus de seruicio illo, et ideo si curia considerauerit quod super hoc debeat respondere dicet aliud.

Et Comes dicit quod ipse[1] nullum seruicium facit Dom. Regi, nec umquam fecit, et ideo carta Dom. Regis non debet ei nocere.

Et Willelmus dicit quod Dom. Rex est in seisina de seruicio suo j. militis, et hoc bene patet quia toto tempore guerre fuit in castro Oxonie nomine illius seruicii, et postea fuit in obsidione castri Bedefordie, et eciam nunc habet unum militem in Wasconia in seruicio Dom. Regis cum fratre suo[2].

Et Comes petit quod rotuli querantur in quibus seruicium suum scriptum sit. Consideratum est quod eant inde sine die usque ad etatem Dom. Regis, et tunc si Dom. Regi placuerit, respondeat predictus Willelmus etc.

1735. Cantebr. [3]Radulfus de Bray attachiatus fuit ad respondendum Roberto filio Iuonis quare cepit catalla sua sicut bladum et alia ad ualenciam xv. marc., quia dicit quod ipse et seruientes sui uenerunt in feodo suo et ui et armis asportauerunt bladum suum etc. et hoc offert etc.

Et Radulfus uenit et defendit uim et iniuriam et iniustam capcionem et dicit quod idem Robertus commisit quamdam terram cuidam Rogero[4] le Bacheler ad firmam, et idem Rogerus[5] submersus fuit, et ipso defuncto uenit frater suus Rogerus et intrauit in terram illam per conuencionem factam inter Robertum et Alanum, et tunc rogauit eundem Radulfum ut caperet terminum suum, et idem Radulfus ad peticionem [256.] suam cepit terram illam et eam coluit et waretauit | et seminauit, et super hoc uenit Robertus et fecit metere bladum suum et idem Radulfus illud asportauit, et alio modo nichil ei abstulit.

Et Robertus dicit quod nunquam tradidit Alano terram illam ad firmam nisi tali modo quod illam coleret pro medietate bladi[6], ita quod proximo autumpno ante mortem

[1] William.

[2] During the war of 1215—6 and again when Fawkes of Breauté was besieged at Bedford, William did knight service, and at this moment he has a knight serving in Gascony with Richard, the king's brother.

[3] B. m. 6 d.

[4] Corr. *Alano*, B.

[5] Sic, B; corr. *Alanus* (?).

[6] Alan was to cultivate as a metayer.

Rogeri[1] habuit ipse medietatem bladi, et inde ponit se super patriam. Et Radulfus similiter, et petit iudicium desicut cognoscit quod debuit habere medietatem, et non fuerunt ibi nisi xviij. acre per totum, et dicit quod medietas bladi ualuit xv. marc.

Postea cognouit Robertus quod nunquam cepit medietatem bladi, nec aliquid ostendit quod illam tali modo dimisisset ad firmam, et cognoscit quod idem Radulfus arauit terram illam per predictum Rogerum et blada seminauit, et cognoscit quod bladum nunquam partitum fuit inter eos, et dicit quod est in seisina de terra illa. Et ideo consideratum est quod idem Robertus cum nullum ostendat scriptum nec aliud quod predicto modo terram dimisit pro medietate bladi, nichil clamare potest de blado illo, et quod Radulfus eat inde sine die, et Robertus in misericordia pro iniusta exaccione etc.

3. [2]Matillis que fuit uxor Gaufridi de Neuburg petit uersus Willelmum de Gosebirdkirk iiij[xx]. acras terre cum pert., et duo mesuagia etc. cum pert. in Nuntona ut dotem suam unde nominatim dotata fuit etc. Northt. De dote.

Et Willelmus uenit et defendit quod non debet ei inde dotem facere, quia Gaufridus uir suus eandem terram dedit Radulfo filio suo pro homagio et seruicio suo, et idem Radulfus eandem terram dedit eidem Willelmo per cartam suam quam profert et que donum illud testatur. Profert eciam cartam eiusdem Gaufridi que testatur quod concessit eidem Willelmo totam terram illam quam Radulfus filius suus ei uendidit in Nuntona, habendam et tenendam etc. faciendo etc., et idem Gaufridus et heredes sui warentizabunt eidem Willelmo et heredibus suis totam terram illam. Unde dicit quod Godefridus filius et heres predicti Gaufridi debet ei terram etc., et inde uocat eum ad warantum.

Et Godefridus uenit et cognoscit cartam etc. set dicit quod non habet aliquam partem hereditatis patris sui, quia Gaufridus pater suus postquam cartam illam fecerat inuadiauit residuum tocius terre sue Rogero de Thorpelle cuius frater scil. Ricardus de Coleuilla illam tenet, et ideo

[1] Sic, B. [2] B. m. 6 d.

petit iudicium si debeat ei warenciam facere, et bene cognoscit quod Matillis dotata fuit de terra predicta nominatim[1].

Et Willelmus petit inde iudicium quia dicit quod Gaufridus pater suus obiit in seisina de terra quam Rogerus de Thorpelle tenet, et ipse[2] non habet inde nisi terminum. Et ideo consideratum est quod Rogerus[3] de Coleuilla summoneatur quod sit etc. ad cognoscendum si quid clamat in terra etc. unde Gaufridus etc.[4] dicit quod non habet nisi terminum etc.

1737. Linc. [5]Mauricius de Gaunt peciit uersus Abbatem de Valle Dei[6] septies xx. acras terre cum pert. in Yrnam ut ius suum etc. et Abbas uocauit inde ad warantum Gilibertum de Gaunt et peciit auxilium curie summouendi eum, et habuit quod esset tali die etc. Ad quem diem Gilibertus se essoniauit, et Abbas non uenit, unde terra capta fuit in manum Dom. Regis etc. Et Abbas uenit et non potest saluare defaltam. Et ideo consideratum est quod Mauricius recuperauit seisinam suam per defaltam, et essoniator Giliberti qui habuit diem audiendi inde iudicium suum recedit sine die etc.[7]

1738. Essex. [8]Gaufridus de Tresgoz petit uersus Johannem de Breteuns quod faciat ei consuetudines etc. et seruicia que ei facere debet de libero tenemento suo quod de eo tenet in Legha, unde idem Gaufridus dicit quod cum teneret de eo manerium de Legha cum pert. per sex libr. per annum et non reddidit ei iam per tres annos nisi quolibet anno iiij. libr. et aretro sunt ei vj. libr. de tribus annis, per quod deterioratus est etc.

Et Johannes uenit et defendit quod nichil ei est aretro de seruicio illo, et bene cognoscit quod tenet de eo manerium de Legha reddendo per annum iiij. libr. pro omni seruicio. Et inde profert cartam Gaufridi aui predicti Gaufridi que testatur quod reddidit Alano filio Henrici homini ipsius uillam de Legha cum pert. exceptis etc. tenendam in feodo

[1] Here B stops.
[2] Roger.
[3] Corr. *Ricardus* (?)
[4] Corr. *unde Willelmus* (?)
[5] B. m. 9.
[6] Vaudey in Lincolnshire.
[7] Br. f. [illegible]7.
[8] B. m. 9 d.

etc. reddendo per annum iiij. libr. etc. pro omnibus seruiciis, et ponit se in magnam assisam Dom. Regis, et petit recognicionem fieri utrum ipse maius ius habeat tenendi terram illam de ipso Gaufrido reddendo per annum iiij. libr. tantum an per sex libr. sicut idem Galfridus clamat etc. |

Et Gaufridus dicit quod assisa non debet inde fieri, quia [256 b.] Willelmus Tregoz pater suus obiit seisitus de seruicio illo sex libr. et Stephanus Harengod custos eiusdem Gaufridi dum fuit infra etatem fuit in seisina de seruicio eodem, et hoc offert etc.

Et Johannes hoc totum defendit sicut prius et ponit se in magnam assisam sicut prius. Et quia Gaufridus dicit quod pater suus obiit seisitus de seruicio illo, consideratum est quod iurata[1] ueniat inde tali die etc. ad recognoscendum si predictus Willelmus pater suus anno et die quo obiit fuit seisitus de seruicio illo, et si Stephanus etc. custos etc. recepit etc.

9. [2]Rannulfus de Villy summonitus fuit ad respondendum Linc. Hugoni de Foresta quare non tenuit ei conuencionem inter eos factam de l. acris terre etc. in Cunytorpe, unde idem Hugo dicit quod illas ei dimisit ad terminum x. annorum unde ix. anni adhuc uenturi sunt, et petit terminum suum.

Et Rannulfus alias uenit et defendit conuencionem illam, set dixit quod hoc fecit tempore guerre et per uim ipsius Hugonis, et inde posuit se super testes et super iuratam. Et Hugo similiter. Et preceptum fuit uicecomiti quod faceret inde inquisicionem, et uicecomes mandauit inquisicionem ad hunc diem, que talis est, quod idem Rannulfus spontanea uoluntate sua et sine occasione uel coaccione dimisit eidem Hugoni terram illam etc. ad firmam ad terminum x. annorum, et quod cartas quas idem Hugo habet inde fecit etc. Et Rannulfus non uenit et habuit diem in banco. Et ideo consideratum est quod conuencio teneatur et quod Hugo habeat seisinam suam usque ad terminum suum x. annorum computato ei termino quem idem Hugo tenuit etc., et Rannulfus in misericordia etc.

[1] A recent seisin of the service being alleged, the tenant is not allowed a grand assize.

[2] B. m. 9 d.

1740. Salop. [1]Ricardus de Middelhope et Amicia uxor eius attachiati fuerunt ad respondendum Margerie de Chauwen[2] quare deforciant ei sextam partem feodi dim. militis cum pert. in Hughel' quam eadem Margeria coram iusticiariis ultimo itinerantibus etc. per iudicium curie eiusdem recuperauit ut racionabilem partem suam que eam contingit de hereditate Sibille filie Willelmi de Hughel' etc. Et Ricardus et Amicia ueniunt et defendunt omnem intrusionem et iniuriam, et dicunt quod habet filiam eiusdem Margerie in uxorem[3] et ipsa Margeria concessit ei totum ius suum de eadem terra in maritagium, et hac racione posuerunt se in terram illam quando disracionata fuit. Et Margeria hoc totum defendit, et petit seisinam suam talem qualem recuperauit in curia Dom. Regis. Et Ricardus et Amicia nichil aliud ostendunt, et ideo consideratum est quod Margeria recuperauit seisinam suam, et Ricardus in misericordia etc.

1741. Bed. [4]Isobella que fuit uxor Radulfi Clerici peciit uersus Robertum filium Walteri de Risele terciam partem xxiiij. acr. terre cum pert in Risele ut dotem suam. Et Robertus uocauit inde ad warantum Stephanum de la Legha et petit auxilium curie. Et habuit et non est secutus. Et clericus uicecomitis presens est et testatur quod nullum breue tulit, nec Robertus hoc potest dedicere. Et Stephanus non uenit. Et ideo consideratum est quod Isobella recuperauit seisinam suam de dote sua, et Robertus in misericordia etc.

1742. Essex. [5]Thomas de Kaunuilla attachiatus fuit ad respondendum Magistro Thome de Shenefeldia quare deforciat ei communam pasture sue in Shenefeldia que pertinet ad xv. acras terre cum pert. in eadem uilla quas idem Thomas de Kaunuilla in curia etc. nuper warentizauit eidem Magistro Thome, unde idem Magister queritur quod super hoc quod terram illam cum pert. ei alias warentizauit, leuauit idem Thomas de Kaunuilla unum fossatum ante portam eiusdem Magistri Thome, ita quod non potest exire.

Et Thomas uenit et defendit uim et iniuriam et quod

[1] B. m. 9 d.
[2] [illegible], B.
[3] Amicia is Margery's daughter.
[4] B. m. 9 d.
[5] B. m. 8 d.

nullam pasturam ei iniuste deforciat, quia terra illa quam dedit eidem Magistro Thome fuit uillenagium suum et nulla pastura pertinet ad illud uillenagium, immo pastura quam idem Magister clamat est dominicum suum. Et quesitus si idem Magister Thomas habuit seisinam de pastura illa, dicit quod reuera bene potest esse quod habuit illam pasturam, set de permissione et gracia.

Et Magister Thomas petit talem seisinam qualem prius habuit, quia semper fuit in seisina de eadem pastura quousque Dom. Rex anno preterito fecit cartam suam de libertatibus concessis in Anglia etc.[1] |

Et quia Thomas cognoscit quod Magister Thomas habuit seisinam et nichil excipitur in carta, consideratum est quod idem Magister Thomas habeat seisinam suam de tanta pastura que pertinet ad xv. acras, unde predictus Magister Thomas queritur quod idem Thomas leuauit etc., et si idem Thomas habeat ius in eadem pastura, per legem terre illam adquirat etc. [illegible]

3. [2]Hamon Cheure attachiatus fuit ad respondendum Asceline que fuit uxor Roberti Cheure quare fecit uastum et exilium de domibus et gardinis Agnetis et Mabilie filiarum et heredum predicti Roberti que sunt infra etatem et quarum terra est in custodia Hamonis ad exheredacionem etc., unde Ascelina queritur quod asportauit inde unam aulam et unam cameram et j. grangiam etc. ad ualenciam etc. et inde producit sectam que etc. Suff.

Et Hamon uenit et defendit uastum et exilium et dicit quod Agnes mortua est, et ideo non uult respondere nisi curia etc. Consideratum est quod respondeat.

Et Hamon dicit quod predicta Mabilia nullum ius habet in terra illa, quia ipsa nata fuit antequam predicta Ascelina mater sua esset desponsata, et ideo dicit quod est bastarda, et non uult de uasto respondere. Et quesitus si Robertus obiit seisitus de terra illa et si tenuit de eo uel non, dicit quod reuera obiit seisitus ut de feodo et quod tenuit de eo. Et ideo consideratum est quod Mabilia habeat talem seisinam

[1] 11 Feb. 1225. Seemingly this reference to the charter merely fixes a date.

[2] B. m. 7 d.

qualem Robertus pater suus habuit die quo obiit de omnibus terris quas idem Robertus tenuit de eodem Hamone. Et
Nota. quia uult exheredare ipsam Mabiliam, nullam habere debet custodiam, et Hamon in misericordia etc. Et preceptum est uicecomiti quod per sacramentum etc. inquirat quod uastum etc. [1]Et inquisicio dicit quod fecit uastum tantum etc. Et ideo reddat tantum ad reedificandum etc.[2] Et sciendum quod Ascelina predicta alias peciit dotem suam uersus eundem Hamonem, et Hamo obiecit ei quod non fuit eidem Roberto desponsata per quod missa fuit loquela ad curiam cristianitatis et ibi probauit sponsalia sicut idem Hamo cognoscit etc.

1744. [3]Hugo de Morwico summonitus fuit ad respondendum
Lanc. Roberto de Harecurt quod warentizaret ei terciam partem xx. bouat. terre etc. cum pert. in Pickewilla, quam Willelmus de Cartorpe et Alicia uxor eius recuperauerunt in dotem eiusdem Alicie pro defectu ipsius Hugonis, et profert quoddam cyrographum quod testatur quod idem Hugo dimisit eidem Roberto terram que fuit Johannis de Spixtona usque ad etatem heredis eiusdem Johannis, et ideo Robertus petit quod idem Hugo faciat ei escambium ad ualenciam predicte
Nota. tercie partis etc. Et Hugo uenit et cognoscit cyrographum, set dicit quod non dimisit ei nisi hoc quod ipse habuit et ipse non potuit dare dotem matris predicti heredis. Et quia non potuit auferre dotem uxoris Johannis, nec continetur in cyrographo quod debeat escambium ei facere nec contra dotem warentizare, et preterea idem Robertus habet in seruicio et in dominico predictam terram, consideratum est quod Hugo sit quietus de escambio faciendo et Robertus etc.

1745. [4]Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis
Sussex. presentauit ultimam personam que mortua est ad prebendam de Salhurst, que uacat etc., cuius aduocacionem Simon de Ethingeham clamat uersus Aliciam Comitissam de Augo etc. Et Alicia non uenit, et habuit diem per essoniatorem suum

[1] The two next sentences are not in B.
[2] This is Fitz. Wast, 142.
[3] B. m. 10 d.
[4] B. m. 10.
[5] Br. f. 241 b.

ita quod Vitalis de Ouerlande fuit plegius[1] essoniatoris, et ideo plegius in misericordia, et assisa capiatur per defaltam etc.

Juratores dicunt quod predictus Simon presentauit quendam Fulconem clericum qui ultimo obiit persona ad presentacionem eiusdem Simonis ad eandem prebendam et tempore pacis. Et ideo consideratum est quod Simon recuperauit seisinam suam etc. Et quia Alicia Comitissa non fuit in partibus Anglie quando summonicio etc. nec postea, quieta sit de misericordia, presertim cum testatum sit per iuratores quod ipsa nichil inde sciuit[2], immo talis senescallus suus impediuit etc. et ideo in misericordia.

6. [3]Arnulphus filius Ricardi de Codenham et tales etc. Suff.
fratres attachiati fuerunt ad respondendum Sauie filie et heredi Arnulphi de Cheldefordia que est infra etatem quare intruserunt se in dimidium molendini cum. pert. et tantam etc. in Codenham unde predictus Arnulphus pater predicte Sauie cuius heres ipsa est obiit seisitus ut de feodo ut dicit. |

Et Arnulphus et alii ueniunt et defendunt intrusionem. [257 b.]
Set uerum uolunt dicere. Arnulphus fuit auunculus eorum, et quando obiit prolem non habuit, set postea bene audiuerunt quod Alicia uxor eiusdem Arnulphi fuit pregnans ex ipso Arnulpho et habuit postea predictam Sauiam, unde bene cognoscunt quod ipsa est heres predicti Arnulphi, et ex quo ita est modo nullum ius clamant in terra illa etc., set reuera primo posuerunt se in seisinam ut illi qui crediderunt esse heredes predicti Arnulphi.

Et Alicia mater ipsius Sauie presens est et dicit quod hoc iniuste dicunt quia ipsi bene sciuerunt quod ipsa fuit pregnans, et postea quando Sauia nata fuit ipsi asportauerunt domos et omnino terram illam uastauerunt per consilium Egidii Mere capitalis domini qui terram illam eis tradiderat. Et preterea ipsi prius reddiderunt eidem Alicie dotem suam, et quam cito sciuerunt quod filia sua nata fuit abstulerunt ei dotem suam et blada sua.

[1] Br. f. 351 b.
[2] Here B stops.
[3] B. m. 11; the first part of this entry; but crossed out.

Et Arnulphus et alii hoc totum cognoscunt. Et ideo custodiantur, et Sauia habeat seisinam suam. Et quia Egidius non dedicit quod tradidit eis terram illam ad exheredacionem Sauie, amittat custodiam, et sit in misericordia quia per eius consilium fecerunt predicti etc. uastum etc.

1747. Stafford. [1]Willelmus de Dustona petit uersus Thomam Coigne quod faciat ei consuetudines et recta seruicia que ei facere debet de libero tenemento suo quod de eo tenet in Hulme, unde idem Willelmus petit quod faciat ei per ann. viij. sol. de vj. bouatis terre, et ei non reddidit per annum nisi tres sol., et ei aretro sunt de iiij. annis xx. sol. per quod etc.

Et Thomas alias uocauit ad warantum Walterum Coigne qui fuit in seisina de seruicio predicto. Et Walterus uenit et ei warentizat, et dicit quod idem Willelmus nullum ius habet in seruicio illo, quia Alanus pater eiusdem Thome tenuit terram illam de eo, et tempore J. Regis uenit Willelmus de Dustona pater istius Willelmi et disseisiuit eum de seruicio illo, ita quod coram iusticiariis itinerantibus apud Lichefeldiam aramiauit ipse assisam noue disseisine uersus Willelmum patrem eiusdem Willelmi, et coram iusticiariis predictis uenit Willelmus et per concordiam ei reddidit seruicium illud etc.

Et Willelmus dicit quod iniuste hoc dicit, quia Willelmus pater suus fuit in seisina de seruicio illo et obiit inde seisitus per manum eiusdem Thome et Alani patris sui, quia seruicium illud octo sol. remansit in curia Dom. Regis coram iusticiariis suis apud Westmonasterium Henrico de Veri[illegible] et Hawisie uxori eius petentibus uersus predictum Alanum patrem predicti Thome sine clamio quod idem Walterus apponeret, et ipsi dederunt illud feodum et seruicium post finem illum Willelmo patri suo, qui semper postea tota uita sua fuit inde seisitus per donum illud, et profert cirographum quod finem illum testatur.

Et Walterus et Thomas cognoscunt finem et cirographum set Walterus dicit quod curia decepta fuit eo quod ipse non fuit ad hoc summonitus. Et ideo consideratum est quod predicti Henricus et Hawisia summoneantur quod [illegible] [illegible]

[1] E. m. 12.

aduentu iusticiariorum ad recognoscendum si quid clamant in feodo illo et seruicio etc., et si dederunt illud seruicium predicto Willelmo post predictum finem sicut idem Willelmus dicit, uel non etc.

8. [1]Henricus de Rumully et Emma uxor eius petunt uersus Willelmum filium Gaufridi medietatem quarte partis feodi unius militis cum pert. in Roygnes ut ius ipsius Emme et ut racionabilem partem suam que eam contingit de libero tenemento quod fuit Ricardi filii Willelmi patris sui in eadem uilla etc. Et Willelmus uenit et dicit quod predictus Ricardus habuit duas filias scil. ipsam Emmam et Margeriam, et Margeria habuit filios qui sunt adhuc infra etatem, et ideo non uult ad hoc breue respondere nisi curia considerauerit. Et Henricus et Emma dicunt quod non clamant nisi partem suam. Et quesiti si Ricardus pater suus obiit seisitus de terra illa, dicunt quod non. Et ideo consideratum est quod non respond'[2] sine aliis pueris, et ideo sine die usque ad etatem puerorum Margerie etc. Essex.

9. [3]Petronilla que fuit uxor Johannis de la Wike petit uersus Matheum filium Giliberti terciam partem quinque acr. terre etc. in Merstona, et uersus tales etc. tantam terram etc. ut dotem suam etc.[4] Et Matheus et omnes alii ueniunt et uocant ad warantum Thomam de Wika fratrem et heredem predicti Johannis. Qui uenit per summonicionem etc., et dicit quod non debet eis warentizare, quia de Matheo dicit in primo quod non debet ei warentizare, quia Johannes | frater suus obiit seisitus de illa terra quam tenet, et idem Matheus non habet ingressum nisi per intrusionem quam fecit post mortem eiusdem Johannis, et inde tulit ipse assisam de morte antecessoris super eundem Matheum, et petit iudicium si super hoc debeat warenciam facere. Wilt. [253.]

Et Matheus dicit quod in Quadragesima ante mortem Johannis dedit idem Johannes ei terram illam, ita quod per donum illud fuit in seisina et terram arauit et fossauit, et postea uixit Johannes usque ad Pentecosten sequentem, et

[1] B. m. 11 d.
[2] *resp'* B: probably *respondeantur*.
[3] B. m. 12 d.
[4] Serlo de Badelekin, Ric. fil. Arnaldi, Rob. de Hildelath are the other tenants, B.

inde ponit se super patriam. Et Thomas similiter. Et ideo fiat inde iurata et ueniat in aduentu iusticiariorum ad recognoscendum si idem Johannes die quo obiit fuit in seisina de terra illa, uel si idem Matheus die quo Johannes obiit fuit in seisina de eadem terra ex dono eiusdem Johannis uel non etc.

De omnibus aliis dicit[1] quod uillani sunt et paratus est probare per parentelam suam quod uillani sunt, et ideo non uult eis respondere nisi curia considerauerit.

Nota quod heres warentizat ei qui uenditus est et manumissus et qui aliquando uillanus fuit sicut cognoscit. Iudicatum est quod liber sit quantum ad heredem manumittentis et non quantum ad alios, quod iudicium non est uerum. Et quare non debet heres warentizare tenentibus licet sint uillani cum sint uillani aliorum[3].

Et Ricardus filius Ernaldi cognoscit reuera quod fuit uillanus, set Johannes predictus quietum clamauit eum de omni seruagio et concessit eum ut natiuum suum cum tota secta sua etc. Willelmo filio Herwardi per cartam suam quam profert, et que hoc testatur, et petit inde iudicium suum[2]. Et quia Thomas cognoscit cartam Johannis et Johannes se obligauit ad warentizandum eidem Ricardo terram illam, et Ricardus adhuc uiuus est, consideratum est quod Thomas warentizet ei et quantum ad eundem Thomam libere teneat etc. set uersus alios etc. non sit liber. Et Thomas dicit quod ex quo warentizare debet predicto Ricardo filio Ernaldi, bene warentizat eidem Petronille dotem suam. Ideo faciat escambium eidem Petronille ad ualenciam etc.

Et Serlo et Robertus dicunt quod liberi sunt et parati sunt probare libertatem suam. Et Thomas dicit quod Serlo est uillanus Henrici filii Geroldi, et Robertus est uillanus Prioris de Fernelegha, et hoc offert probare etc.

Dies datus est eis in aduentu iusticiariorum ut tunc producant hinc inde sectam suam si uoluerint etc.

1750. Buck. [4]Willelmus de Boneueye[5] petit uersus Willelmum filium

[1] Thomas.

[2] I find no more of this in B.

[3] The last part of the note objects to the judgment in the cases of Serlo and Robert. What does it matter if they are villeins? They are not Thomas' villeins and he is bound to warrant them. It seems to me that this objection is in accordance with Bracton's theory of villeinage. See ff. 190—200. As regards Richard's case apparently the annotator objects to the declaration that Richard is not free as regards the world at large. It is difficult to tell from the record whether Richard had been really manumitted or merely sold to a new master. Perhaps the sale was but the machinery of manumission (Br. f. 194, 195). If so the objection would seem well founded.

[4] B. m. 11 d.

[5] *Buueneye*, B.

Audoeni xiiij. acr. terre cum pert. in Ettona ut ius suum in que non habet ingressum nisi per Eudonem patrem suum cui Willelmus de Boneueye pater predicti Willelmi illa dimisit ad terminum uite sue tantum, unde idem Willelmus dicit quod Willelmus pater suus eam dimisit eidem Eudon' tempore R. Regis etc.

Et Willelmus uenit et defendit ius suum et seisinam patris sui tenendi in dominico et ponit se in magnam assisam Dom. Regis et petit recognicionem fieri utrum ipse maius ius habeat tenendi terram illam etc. de ipso Willelmo Boneueye an idem Willelmus etc. tenendi in dominico, quia dicit quod Eudewinus pater suus tenuit terram illam xl. annis transactis. Et ideo[1] consideratum est quod assisa fiat inter eos. Dies datus est in aduentu iusticiariorum et tunc ueniant quatuor. Et sciendum quod talis tenet talem terram de predicta terra etc.[2] set feoffatus est post placitum motum ut idem capellanus cognoscit, et ideo procedat placitum non obstante illo feofamento etc.

[3]Sarra de Oxecumba optulit se etc. uersus Matillidem de Martona de placito tercie partis unius bouate terre cum pert. in Oxecumba quam ipsa clamat in dotem uersus eandem Matillidem etc. Et Matillis non uenit etc., et posuit se in quamdam inquisicionem, que talis est, quod Walterus Futenglat'[4] quondam uir Sarre tenuit terram illam ita quod bene potuit dotare eam de tercia parte. Et Ricardus de Salfleteby attornatus Matillidis uisus fuit in curia coram banco ad hunc diem, et recessit sine licencia. Et ideo consideratum est quod Sarra recuperauit seisinam suam, et Matillis in misericordia etc.

Linc.

[5]Hugo Malherbe summonitus fuit ad respondendum Magistro Militum Templi in Anglia quare non warentizat ei octo acr. terre cum pert. in Chepham quas tenet et de eo tenere clamat, et unde cartam suam habet, unde idem Magister queritur quod desicut idem Hugo dedit terram

Sumers.

Nota quod ad warantiam carte feoffator tenetur warentizare et defendere de omnibus sectis et aliis que pertinent ad dominum, tamen de usu franci plegii et aliis que pertinent ad Regem et pacem suam non, ubi quilibet respondere debet per personam propriam[6].

[1] Br. f. 318 b.

[2] Richard chaplain of Eton holds half of a mill. B.

[3] B. m. 13.

[4] *Fietenglace*, B

[5] B. m. 13.

[6] So Br. f. 37.

illam Domui Templi in puram elemosinam per cartam suam que[1] testatur etc., Episcopus Bathoniensis distringit eum ad faciendum sectam ad hundredum suum pro defectu ipsius Hugonis etc.

Et Hugo uenit et defendit etc. et dicit quod per defaltam eius non distringitur, quia de tota secta quam ipse facere[2] debet semper eum acquietauit et libenter acquietabit, set reuera de uisu franci plegii non potest eum acquietare et ideo petit etc. |

[253 b.] Et ideo consideratum est quod acquietet Magistrum de principali secta excepto uisu de franco plegio et huiusmodi ad coronam Dom. Regis spectantibus etc.

1753. Sussex. [3]Alicia filia Sigari petit uersus Henricum Ketelbern medietatem trium acr. terre cum pert. in suburbio Cycestrie ut ius suum etc. unde Johannes frater suus fuit seisitus etc. tempore H. Regis etc. capiendo etc. et de ipso Johanne quia obiit sine herede de se descendit ius illius medietatis ipsi Alicie ut sorori et heredi etc.

Et Henricus dicit quod non uult ad hoc breue respondere quia ipsa habet unam sororem Aliciam nomine que also magnum ius habet sicut et hec Alicia, et ideo non uult ad hoc breue respondere nisi curia etc. desicut breue[4] loquitur de ea.

Et Alicia dicit quod alias tulit breue in quo facta fuit mencio de utraque sorore, et in comitatu quia soror sua noluit sequi cum ea prostratum fuit breue suum, et preterea ipsa implacitat sororem suam. Postea quia Henricus cognouit quod ipsa alias tulit breue nomine suo et nomine sororis sue in comitatu, et prostratum fuit quia soror sua non fuit secuta consideratum est quod Henricus respondeat.

Et Henricus uenit et defendit ius suum tenendi in dominico, et dicit quod Johannes frater suus cuius heredem ipsa se facit terram illam ei uendidit tenendam de Deo et etc., et ponit se in magnam assisam Dom. Regis, et petit recognicionem fieri utrum ipse maius[6] habeat in terra illa et

[1] Supply *hoc*.
[2] *faceret*, MS.
[3] B. m. 15.
[4] Supply *non* B.
[5] No further information in B.
[6] Supply *ius*: B has [illegible] *maius*.

ex dono et uendicione predicti Johannis an eadem Alicia etc.

[1]Petrus de Malo Lacu et Isobella uxor eius petunt uersus Robertum de Carleolo manerium de Houtona cum pert. ut ius ipsius Isobelle, unde Robertus de Turnham et Johanna uxor eius fuerunt seisiti ut de feodo et hereditate predicte Johanne tempore Ricardi Regis capiendo etc., et de Johanna descendit ius terre illius predicte Isobelle ut filie et heredi sue etc., et quod ita sit offert etc., et in que idem Robertus non habet ingressum nisi per predictum Robertum de Turnham cui Johanna uxor eius non potuit contradicere etc. Ebor.

Et Robertus uenit et defendit ius eorum nunc et alias etc. set dicit quod non debet eis in uita ipsius Petri respondere, quia idem Petrus quam cito habuit seisinam de baronia illa cepit homagium suum de eadem terra apud Corf tempore guerre et semper postea fuit in seisina de seruicio suo et adhuc capit seruicium suum, et quod ita sit producit quemdam liberum hominem suum[2] etc. qui hoc offert disracionare sicut ille qui interfuit ubi idem Petrus cepit homagium suum etc., et si hoc non sufficit, offert Dom. Regi[3] etc. pro habenda inquisicione etc.

Et Petrus et Isobella hoc precise defendunt per corpus cuiusdam liberi hominis sui[4] etc., qui hoc offert defendere sicut curia considerauerit, et dicunt quod idem Robertus non habuit alium ingressum quam per predictum Robertum sicut predictum est, et offerunt tantum[5] pro habenda inquisicione etc.

Et quia Petrus nichil habet de terra illa nisi per uxorem suam, et ipse defendit homagium, consideratum est quod nullum sit duellum inter eos in predicto casu, et ideo Robertus respondeat etc.

Et Robertus uenit et defendit ius eorum habendi in dominico et ponit se in magnam assisam etc., et petit recognicionem fieri utrum ipse maius ius habeat tenendi terram illam de ipsis Petro et Isobella an idem Petrus et Isobella tenendi in dominico etc.[6]

[1] B. m. 15.
[2] *Rogerum filium Rogeri*, B.
[3] One hundred shillings, for an inquest of Dorsetshire knights, B.
[4] *Odonis Curnub'* B.
[5] One hundred shillings, B.
[6] See another case about Peter and Isabella, Br. f. 319.

1755. Norf. [1]Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam de Hechhulla, que uacat ut dicitur, cuius aduocacionem Dom. Rex clamat uersus Willelmum Comitem Warrenne et Matillidem uxorem eius racione terre et heredis H. Comitis le Bigod in manu Dom. Regis existentis. Et Comes uenit coram Dom. Rege et dixit quod noluit cum eo placitare, et remisit Dom. Regi presentacionem suam. Set quia Matillis non uenit et alias fecit defaltam, capiatur assisa uersus eam per defaltam etc.

Juratores dicunt quod Comes Rogerus le Bigod presentauit quemdam Thomam le Bigod clericum qui ultimo obiit persona in eadem ecclesia ad presentacionem suam. Et ideo Dom. Rex habeat presentacionem predicta racione et Com'[2] in misericordia.

1756. Kent. [3]Cecilia que fuit uxor Radulfi de Viane petit uersus Willelmum de Dudintona octauam partem feodi dim. militis cum pert. in Thamhurst ut ius suum unde ipsa fuit seisita ut [259.] de feodo et iure etc. capiendo inde expleta etc. | et in quem[4] idem Willelmus non habet ingressum nisi per Hugonem patrem suum cui predictus Radulfus quondam uir suus illam uendidit, cui etc.

Et Willelmus uenit et defendit suum ius tenendi in dominico. Set uerum uult dicere. Dicit quod Hugo pater suus implacitauit predictum Radulfum et ipsam Ceciliam uxorem eius in comitatu Kancie tempore H. Regis etc. de eadem terra, et per iudicium comitatus recuperauit seisinam de eadem terra tenendi[5] de eis et inde homag' suo[6] fecit eidem Radulfo, et postea defuncto Radulfo ipsa Cecilia in uiduitate sua cepit inde homagium Hugonis patris sui, et quod ita sit ponit se in magnam assisam Dom. Regis, et petit recognicionem fieri utrum ipse maius ius habeat tenendi terram illam de ipsa Cecilia an eadem etc. tenendi in dominico. Et Cecilia hoc totum defendit etc. Et quia

[1] B. m. 15.
[2] Probably *Comes*. He was bound to produce his wife. *Et* [MS. torn] *in misericordia pro uxore sua*. B.
[3] B. m. 15 d.
[4] Corr. *quam*, B.
[5] Sic. *ten'* B.
[6] Corr. *homagium suum*, B.

Willelmus dicit quod per iudicium comitatus recuperauit seisinam suam, et quod ipsa cepit inde homagium suum in uiduitate sua, consideratum est quod assisa inde fiat etc.[1]

7. [2]Robertus de Brokeleia essoniator Willelmi de Cherlecota Warr. et Matillidis uxoris eius optulit se iiij^to^. die uersus Johannem de Abetoft et Margeriam uxorem eius de placito quod essent responsuri cum eis simul Josceline Hicheham de dim. uirg. terre cum pert. in Melecumba, quam eadem Joscelina in eadem curia clamat ut ius suum uersus eosdem Willelmum et Matilidem, et unde idem Willelmus et Matillis nolunt respondere eidem Josceline sine ipsis Johanne et Margeria, desicut eadem Margeria est soror particeps eiusdem Matillidis de hereditate Ricardi filii Willelmi fratris earum cuius heredes ipse sunt etc. Et Johannes et Margeria non uenerunt etc., et summonicio etc., et ideo attachientur quod sint etc. Idem dies datus est etc.

8. [3]Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis Leic. presentauit ultimam personam etc. ad ecclesiam de Seyle, que uacat, cuius aduocacionem Walterus de Rideware clamat uersus Priorem de Dudelegha[4]. Qui uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri quia Radulfus de Seyles aduocacionem illius ecclesie dedit domui sue per cartam suam, que testatur quod idem Radulfus donacionem ecclesie de Seyles quam antefecerat longe ecclesie de Wanelac, a qua donacione resilire noluerat, eidem ecclesie reddidit et resignauit etc., et preterea Willelmum clericum quem inconsulto Priore de Wenlac ad eandem ecclesiam presentauerat ibidem cum ecclesia et omnibus pertinenciis suis absque retencione reddidit et tradidit, et predictus Prior motus pietate ipsum clericum in eadem ecclesia remanere permisit, unde dicit quod reuera idem Radulfus presentauit ipsum Willelmum qui ultimo obiit persona, et post presentacionem suam dedit aduocacionem illam domui de Wenlac, et ideo petit ipse aduocacionem illam etc.

Et Walterus dicit quod carta Radulfi non debet ei nocere,

[1] Br. f. 321 b.
[2] B. m. 15 d.
[3] B. m. 16.
[4] *Burdelegha*, B. Dudley Priory was a cell of the Cluniac Priory of Wenlock. Monast. vol. 5, p. 82.

quia Radulfus fuit pauper et non potuit seruicium suum facere Comiti de Ferariis, ita quod uenit in curia Comitis et reddidit eidem Comiti feodum suum et quietum clamauit, unde si cartam illam fecit, hoc fuit post illam quietam clamanciam, et Comes dedit patri suo manerium illud cum pertinenciis suis et ideo presentacio ad eum pertinet etc.

Et Prior dicit quod hoc non debet ei nocere, quia Henricus Prior de Wenlac obiit xxx. annis transactis, et Comes non habuit terram illam nisi xx. annis transactis.

Et Walterus dicit quod predictus Comes dedit terram illam patri suo xl. annis transactis etc.[1]

Et quia Walterus nichil ostendit quod Comes unquam seisinam habuit de illa aduocacione nec eciam Willelmus pater suus, et cognoscit quod Radulfus de Seyle fuit aduocatus eiusdem ecclesie, consideratum est quod Prior recuperauit presentacionem suam, et Walterus in misericordia etc.[2]

1759. Deuon. [3]Thomas filius Humfridi petit uersus Thomam filium Danielis et Matillidem uxorem eius quos Johelus de Stanhus et Margeria uxor eius uocauerunt ad warantum et qui eis warentizauerunt octo partes feodi j. militis cum pert. in Lipstona unde ix. partes feodi j. militis faciunt integrum feodum j. militis ut ius suum, unde Osmundus auus suus fuit seisitus etc., et de Osmundo descendit ius terre illius Umfrido filio suo, et de Umfrido huic[4] ut filio et heredi suo etc.

Et Thomas et Matillis ueniunt et defendunt etc. et dicunt quod predictus Osmundus fuit seisitus etc., set dedit illam terram Ilberto fratri suo postnato auo ipsius Matillidis, et ponunt se in magnam assisam etc. et petunt etc. utrum ipsi maius ius habeant in terra illa ut ex dono etc. an idem Thomas qui clamat etc. |

[[illegible] b.]
1760. [illegible] [5]Robertus de Hucham et Isobella uxor eius, Elias Pincerna et Auelina uxor eius attachiati fuerunt ad respondendum Priori de Ledes quare non tenent ei finem factum tempore J. Regis apud Westmonasterium inter ipsum Priorem petentem

[1] Here B. stops.
[2] This case is cited by Bracton, f. 54 b and again f. 246 b.
[3] B. m. 16.
[4] Supply Thome, B.
[5] B. m. 16 d.

et Robertum de Boctona patrem predictarum Isobelle et Aueline cuius heredes ipse sunt de aduocacione ecclesie de Horingefeldia, unde cirographum etc., quod idem Prior profert et quod testatur, quod predictus Robertus de Boctona recognouit aduocacionem eiusdem ecclesie esse ius canonicorum de Ledes ex dono Henrici de Boctona patris sui, et ex confirmacione ipsius Roberti, et ipsam aduocacionem remisit et quietam clamauit etc., inde idem Prior queritur quod contra finem illum impediunt ipsi Robertus et Isobella[1] presentacionem suam ad eandem ecclesiam.

Et Robertus et alii ueniunt et cognoscunt finem et cirographum, set reuera post finem illum presentauit Robertus pater earum personam que ultimo obiit scil. Willelmum de Reingnes, et ideo impediuerunt ipsi presentacionem suam.

Et Prior dicit quod Willelmus non fuit presentatus per aliquem aduocatum, set reuera Legatus Pandulphus auctoritate legacionis sue contulit illam ecclesiam predicto Willelmo.

Et quia cognoscunt finem et cirographum et nichil ostendunt quod Prior post finem illum concessit eis aduocacionem, consideratum est quod finis teneatur. Postea ueniunt omnes et bene concedunt eidem Priori presentacionem suam secundum finem illum in perpetuum. Et ideo Prior habeat breue etc.

1. [2]Johannes de Monte Acuto et Lucia uxor eius summoniti fuerunt ad respondendum Willelmo de Monte Acuto fratri eiusdem Johannis quare ipsi nutrire faciunt ad exheredacionem ipsius Willelmi quamdam garciam Katerinam nomine tamquam filiam et heredem eorum desicut ipsa non est filia nec heres eorum, nec idem Johannes alium habet heredem apparentem quam ipsum Willelmum ut idem Willelmus dicit etc. Sussex.

Et Willelmus uenit et dicit quod nullam garciam nutrire facit nec Katerinam nec aliam, quia nunquam filiam habuit nec alium heredem habet quam predictum Willelmum, et hoc offert etc.

Et Lucia dicit quod reuera habuit unam filiam, set nescit

[1] Supply *et alii*. B. [2] B. m. 17.

si uiuit uel non, et ideo petit uisum de ea, et cum uiderit illam, dicet ueritatem utrum sua sit uel non.

Et super hoc uenit Dom. Wyntoniensis Episcopus in cuius custodia predicta Katerina est, et dicit quod ipsa Lucia fuit pregnans de ipsa Katerina, et in uigilia S. Katerine peperit ipsam Katerinam, unde uocata fuit Katerina, et hoc monstrabit etc.

Dies datus est eis a die S. Mich. etc., et dictum est Episcopo predicto quod tunc habeat predictam Katerinam ut Lucia tunc uideat eam, et ad hoc datus est dies eidem Episcopo qui cognoscit quod Katerina est in custodia etc.[1]

1762. Norf. [2]Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam que mortua est ad terciam partem ecclesie de Itringeham que uacat etc. cuius aduocacionem Simon de Nodariis clamat uersus Willelmum de Itringeham. Qui uenit et bene concessit assisam etc.

Juratores dicunt quod Ricardus de Echefeldia dum predictus Willelmus fuit infra etatem et in custodia sua presentauit Archidiaconum Norwicensem qui nunc est Episcopus[3], et Milo de Nodariis pater ipsius Simonis presentauit clericum suum ad eandem terciam partem, et appellauit pro presentacione sua. Postea accessit Archidiaconus ad curiam et per Dom. H. de Burgo fratrem suum qui tunc erat Camberlanus impetrauit breuia a Dom. Rege et aliis et in tantum impetrauit quod illa tercia pars ei remansit saluo iure cuiuslibet. Quesiti quis presentauit personam que ultimo obiit ante predictum Archidiaconum, dicunt quod quidam Petrus Capellanus fuit persona illius tercie partis, set inquirere non possunt quis presentauit eum, nec aliquem alium. Et ideo consideratum est quod placitum procedat de iure.[4]

Et Simon dicit quod aduocacio illa est ius suum, quia quidam Flotingerus frater predicti Petri tenuit quamdam terram in eadem uilla de feodo suo, et idem Flotingerus reddidit Simoni de Nodariis feodum suum pro paupertate sua, et idem Simon quia fere habuit duas partes eiusdem

[1] For further proceedings see Case 247.

[2] Bracton, f. 216, cites this case; in the printed text the name of Itteringham has become *Judlibam!*

[3] Godfrey de Burgh, consec. bp of Ely in 1225.

[4] *ius* opposed to *seisina*.

uille presentauit eundem Petrum ad eandem terciam partem, et petit seisinam suam etc. |

Et Willelmus dicit quod aduocacio illa est ius suum quia Herinerus auus suus presentauit predictum Petrum, et hoc offert probare, et dicit quod aduocacio predicte tercie partis pertinet ad feodum suum quod ipse tenet de S. Edmundo. [290.]

Post ueniunt ambo et ponunt se in magnam assisam Dom. Regis et petunt recognicionem fieri quis eorum maius ius habeat in illa aduocacione. Dies datus est eis in aduentu iusticiariorum etc.

3. Herkenbaud de Herchiecesham captus pro latrocinio apud Roffam et unde testatum est quod erat probator uenit et defendit totum et quod nunquam cognouit latrocinium. Et uicecomes per litteras suas mandauit quod coram eo cognouit latrocinium et multi alii hoc idem testantur. Et ideo suspendatur, et homines quos ipse appellauit sint sub plegio etc. Kent.

DE ITINERE M. DE PATTESHULLA ANNO REGIS HENRICI FILII REGIS JOHANNIS XI^MO COM. KANCIE[1].

4. [2]Ricardus filius Reg'[3] et Roysia uxor eius pecierunt uersus Robertum filium Walteri vij. acras cum pert. in Lesnes ut ius ipsius Roysie, unde Roysia de Douera auia ipsius Roysie fuit seisita ut de feodo tempore Regis Ricardi capiendo inde etc., et de predicta Roysia descendit ius terre illius Roberto de Douera ut filio et heredi etc., et de Roberto huic etc.

Idem Ricardus et Roysia petunt uersus Ricardum de Monte Ficheti tantam terram cum pert. etc. in eadem uilla per eadem uerba et de eodem tempore, et uersus eundem Ricardum[4] etc. unde intrauit in warantum uersus eos pro Radulfo de Monte Ficheti etc.

[1] For this eyre A = Coram Rege Roll No. 28. It seems that the session was held at Canterbury on the morrow (15 Sept.) of the Exaltation.

[2] A. m. 2.

[3] Sic, A; the usual abbreviation not of *Reginaldi* but of *Regis*.

[4] Fifty two acres in the same vill. A.

Et predictus Robertus uenit et defendit ius ipsorum nunc et alias, et petit sibi allocari quod predicti Ricardus et Roysia non uenerunt nec se essoniauerunt nec attornatus eorum uenit usque ad quartum diem. Et similiter predictus Ricardus. Et uidetur eis quod non debent ad hoc breue respondere, quia attornatus ipsorum non uenit, nec aliquis pro eis, nec idem Ricardus uenit ad diem sibi datum, set se fecit essoniari.

Et predicti Ricardus et Roysia dicunt quod uenit ad primum diem. Et quia testatum est quod fuit et comparuit ad primum diem, ideo respondeant.

Et predicti Robertus et Ricardus ueniunt et defendunt ius ipsorum sicut prius, et dicunt quod non debent ad hoc breue respondere, quia predicti Robertus et Ricardus habuerunt quemdam participem Ricardum de Umfrauilla qui mortuus est, qui partem habuit terre illius et qui implacitatus fuit cum eis ita quod fecit attornatum, et de qua idem Ricardus de Umfrauilla obiit seisitus, et habet heredem qui plene etatis est, unde nolunt respondere nisi curia considerauerit.

Et predicti Ricardus et Roysia ueniunt et dicunt quod nunquam pecierunt terram de predicto Ricardo de Umfrauilla, quia idem Ricardus reddidit predicte Roysie de Douera partem terre illius quam ipse habuit, scil. quicquid habuit in Lesnes, unde predicti Ricardus et Roysia sunt in seisina.

Et predictus Robertus uenit et defendit totum ius ipsius Roysie et seisinam antecessoris ipsius de uerbo in uerbum per corpus cuiusdam liberi hominis sui talis etc. Willelmi de Cumpeigne.

Et Ricardus de Monte Ficheti uenit et defendit etc. per corpus cuiusdam etc. scil. Godwini de la Mare. |

[260 b.] Et predicti Ricardus et Roesia ueniunt et dicunt quod predictus Robertus et Ricardus iniuste intrant in defensionem per corpora liberorum hominum suorum, quia duellum non debet esse inter tam propinquas personas, quia quidam Ricardus de Lucy fuit seisitus de predicta terra cum pertinentiis de iure et feodo, et de predicto Galfrido[1] descendit ius terre

[1] Corr. *Ricardo*; the mistake was made in A but corrected.

illius cuidam Galfrido ut filio et heredi suo, et de predicto Galfrido Roeysie[1] de Douera auie istius Roysie, et de Roesia Roberto de Douera, et de Roberto predicte Roesie que nunc est. Et dicunt quod predictus Galfridus habuit duas sorores, unam Auelinam nomine et Matillidem, et de Auelina uenit predictus Ricardus de Monte Ficheti qui nunc est, et de Matillide Robertus filius Walteri qui nunc est, et si hoc non sufficit offerunt disracionare ius suum per corpora duorum liberorum hominum suorum scil. uersus Godwinum hominem[2] Ricardi Fichet per corpus Henrici de Pontefracto, et uersus Willelmum Cumpeigne hominem[2] Roberti filii Walteri per corpus Anxelini de Ripun.

Et predicti Robertus et Ricardus ueniunt et dicunt quod totum ius descendere non debuit tantum predicte Roeisie uxori predicti Ricardi, quia predicta Roysia de Douera filia predicti Galfridi de Lucy et auia predicte Roysie habuit tres sorores, scil. unam Matillidem nomine que fuit primogenita et maritata Willelmo de Bello Campo, de qua exierunt heredes apparentes, et aliam Mabiliam nomine que obiit sine herede, et Auelinam que maritata fuit Radulfo Patric de qua existunt heredes apparentes, et desicut predicta Roysia de Douera habuit coheredes predictas sorores, nolunt eis respondere sine participibus nisi curia considerauerit.

Et predicti Ricardus et Roysia bene concedunt quod predicta Roysia de Douera habuit tres sorores, quarum una fuit monialis scil. Auelina, et due alie habuerunt partem suam separatam et discretam de hereditate predicti Galfridi de Lucy scil. Roysia et Matillis et heredes eorum, et unde[3] nichil poterunt clamare de parte predicte Roysie de Douera que ei remansit de predicta hereditate. Unde petunt eandem seisinam quam Roysia de Douera habuit ut illa que descendit de masculo.

Et predicti Robertus et Ricardus defendunt ius ipsorum et seisinam antecessorum per corpora predictorum ut prius, et dicunt quod nichil petunt de hereditate et nec aliquam

[1] Sister of Geoffrey. Dug. Bar. vol. 1, p. 566.

[2] *campionem*, A.

[3] Corr. *Roysia et Matillis, et unde heredes earum*, A.

partem[1], set dicunt quod Matillis soror ipsius Roysie de Douera quamdam partem habuit de predicta hereditate per Regem Ricardum, set nesciunt utrum se tenuit inde contentam uel non, et dicunt quod predicta Auelina non fuit monialis set maritata fuit et heredes habuit.

Et predicti Ricardus et Roysia requisiti quomodo predicta Roysia auia exiuit de terra illa, dicunt quod per uoluntatem Regis Ricardi qui illam tradidit Godefrido de Lucy tunc Wintoniensi Episcopo, et idem Godefridus illam tradidit Roberto filio Walteri et patri predicti Ricardi de Monte Ficheti.

Et quia predicti Ricardus et Roysia nichil petunt nisi de scisina Roysie de Douera auie istius Roysie et predicti Robertus et Ricardus nichil clamant de ceppo illius Roysie, consideratum est quod duella uadientur inter eos etc.[2]

1765. Kent. [3]Thomas de Bauelingeham pro se et Mabilia uxore sua cuius loco ponitur petit uersus Beatriciam de Say quod faciat ei consuetudines et seruicia que facere debent[4] de tenemento quod de eis tenere debet in Thorneham, unde idem Thomas dicit quod Mabilia uxor[5] est primogenita filia et heres Stephani de Thurneham, unde dicit quod ipsa Beatricia desicut est postnata debet ei seruicium suum facere de parte sua, unde petit quod faciat ei fidelitatem et quod ei debet facere etc.[6]

Et Beatricia uenit et defendit uim et iniuriam et dicit quod Radulfus de Fay[7] quondam uir suus fecit seruicium suum Dom. Galfrido de Say de terra illa, et ipsa semper postea fecit ei seruicium suum, nec ausa fuit postea recedere de dicto Galfrido, et inde uocat eum ad warantum. Qui uenit et ei warentizat, et dicit quod fecit ei seruicium suum sine contradiccione et aliquo clamio quod ipse Thomas uel alius apponeret.

[1] Sic, A.

[2] In order to prove consanguinity with the tenants Rohesia the demandant has to go back to an ancestor more remote than Rohesia of Dover upon whose seisin she has counted, and the tenants do not claim under Rohesia of Dover. So there may be battle.

[3] A. m. 2 d.

[4] Sic, A.

[5] Supply *esse*, A.

[6] *et quod ei facere debet de iure*, A.

[7] Sic, A.

Et Thomas pro se etc. dicit quod uxor sua est primogenita, et desicut ipsa Beatricia sine eo fecit homagium et seruicium suum capitali domino, petit inde iudicium.

Et Galfridus dicit quod statim post mortem Stephani de Thurneham Radulfus de Fay[1] uir ipsius Beatricie uenit ad eum et sine clamio quod idem Thomas uel Mabilia uel aliquis alius apponeret, fecit ei homagium suum, et petit iudicium si debeat eis inde respondere. Dies datus est de audiendo iudicio suo apud Westmonasterium tali die etc. |

6. [2]Assisa uenit recognitura si Robertus de Willingtona [261.]
auunculus Ricardi filii Rogeri fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de xl. acris terre cum pert. in Willingtona die etc., et si etc., quam terram Joscelinus de Oye tenet. Qui uenit et dicit quod non debet ad hoc breue respondere, quia nichil tenet nisi per Dom. Regem et de ballia sua quamdiu Dom. Regi placuerit, et non dedicit quin Robertus obiit inde seisitus. Et ideo assisa sine die. Set ut inquiratur ueritas per iuratores quesitum est ab eis de seisina Roberti et si predictus Ricardus sit propinquior heres.

Responsio contra assisam mortis quod tenens concedit omnia uerba breuis set quod nichil habet in tenemento nisi per Dom. Regem et ad uoluntatem suam, et ideo inquiratur ueritas per iuratores, set expectetur inde uoluntas Regis[3].

Et iuratores et totus comitatus[4] testantur quod Robertus obiit seisitus ut de feodo et post terminum, et quod idem Ricardus est propinquior heres. De Stephano postnato fratre Roberti et Rogeri dicunt quod reuera intrusit se in terram illam post mortem Roberti, set Dom. Rex amouit utrumque pro contencione inter illos et illam tenuit in manu sua, et illam commisit predicto Joscelino. Et ideo loquatur cum Dom. Rege. Postea apud Westmonasterium precepit Dom. Rex quod predictus Ricardus haberet seisinam suam. Et preceptum est uicecomiti etc.

7. [5]Assisa uenit recognitura si Simon de Wahulla iniuste etc. disseisiuit Rogerum filium Thome de libero tenemento suo in Netelestede post ult' etc. Et Simon uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri quia idem Rogerus tenet

[1] Sic, A.
[2] A m. 3.
[3] Bracton, f. 261, cites this case and uses almost these words.
[4] This case is from the eyre, and the full county court is assembled.
[5] A. m. 4 d.

38—2

Nota de terra capta in manum capitalis domini per consideracionem curie sue pro arreragiis seruicii. Et curia presens et hoc testatur et ideo nulla disseisina. Et satisfaciat tenens de arreragiis[1]

tenementum illud de eo per seruicium xlj. den. et unius uomeris per annum, et idem Rogerus se subtraxit de predicto seruicio per vij. annos, unde per iudicium curie sue cepit se ad tenementum suum, quia ad primam nec ad terciam summonicionem uenire noluit ad curiam suam responsurus de arreragiis seruicii illius. Et producit cartam suam que hoc testatur.

Et Rogerus dicit quod pro defectu seruicii non debuit terram illam capere in manum suam quia semper reddidit ei seruicium illud et eciam per duos annos post disseisinam illam. Et quia idem Simon de quodam tenemento quod de eo non tenuit blada et uestituram asportauit, ideo procedat assisa.

Juratores dicunt quod predictus Simon non disseisiuit eundem Rogerum de predicto tenemento nec de aliquo alio set per consideracionem curie sue, secundum quod predictum est, pro arreragiis seruicii sui cepit terram illam in manum suam. Et ideo consideratum est quod predictus Simon inde quietus et Rogerus in misericordia pro falso clamore. Et preceptum est Rogero quod inueniat eidem Simoni plegios de predictis arreragiis, et quod idem Simon reddat ei terram suam.

1768. [2]Assisa uenit recognitura si Willelmus de Sturmuwe Capellanus auunculus Philippi de Bosco, Willelmi et Johannis fratrum eius et Johannis filii Philippi et Willelmi fratris eius fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de xvj. acris terre cum pert in Sturmuwe die etc., et si etc., unde Willelmus de Sturmuwe Capellanus viij. acras et Petrus Persona etc. viij. acras inde tenent. Qui ueniunt et dicunt quod non tenent terram illam nisi[3] de Stephano de Audingtona et Matillide uxore eius. Et predictus Philippus et alii non possunt hoc dedicere. Et ideo consideratum est quod predicti Philippus et alii in misericordia, et predictus W Capellanus et predictus Petrus inde sine die.

Nota quod cadit breue et assisa quia tenens non habet in tenemento nisi terminum.

1769. [4]Emma que fuit uxor Radulfi de Grenestona petit uersus

[1] Bracton, f. 205 b, cites this case. It is Fitz. Cessavit, 60, where the reference is to Pasch. A. R. 10.

[2] A. m. 5 d.

[3] Supply *ad terminum*. A.

[4] A. m. 7.

Bartholomeum de Deingtona manerium de Hamptona ut ius suum, in quod idem Bartholomeus non habet ingressum nisi per Radulfum de Grenestona quondam uirum ipsius Emme, qui illud ei dimisit, cui ipsa in uita sua contradicere non potuit, ut dicit etc.

Et Bartholomeus uenit et dicit quod in curia Dom. Regis apud Bermundeseiam [1]in curia Dom. Regis[1] coram iusticiariis itinerantibus recuperauit ipse xxxij. acras terre cum pert de eadem terra in Hamptona uersus Radulfum de Grenestona et predictam Emmam, ut racionabilem partem suam, que eum contingebat de hereditate Simonis de Deingtona patris ipsius Bartholomei et aui istius Emme ut de terra partibili.

Et Emma dicit quod predictus Bartholomeus iniuste dicit quod terra est partibilis, quia terra illa fuit francum feodum, et dicit quod si aliquam terram recuperauit uersus predictum Radulfum uirum suum hoc fuit ipsa ignorante, quia ipsa non interfuit ut dicit nec aliquis pro ea, et quod partibilis non fuit, quia quidam Comes Robertus de Ver dedit | terram [261 b.] illam de dominico suo cuidam Osberto marescallo suo, et idem Osbertus dedit terram illam Priori de Hortona, et idem Prior Simoni auo istius Emme, et de ipso Simone descendit terra illa Stephano patri istius Emme.

Et Bartholomeus uenit et dicit quod iurata capta fuit de predicta terra coram iusticiariis, et quod ipsa presens fuit ubi ipse recuperauit per iuratam illam, et de hoc ponit se super iuratores illius assise. Et postea testatum quod predicta Emma nunquam postea seisinam habuit de aliqua parte illius terre post mortem Radulfi uiri sui etsi partibilis esset. Et ideo consideratum est quod inquiratur per iuratores si predictus Bartholomeus alium habuit ingressum in terram illam quam per predictum Radulfum uirum suum.

Juratores dicunt quod predictus Stephanus pater predicte Emme tenuit totam terram illam integre tota uita sua et inde obiit seisitus, et quod predicta Emma post eum tenuit, et quod idem Bartholomeus non habuit ingressum in terram illam nisi per predictum Radulfum uirum suum. Et ideo

[1-1] Om. A.

consideratum est quod predicta Emma recuperauit seisinam suam, et Bartholomeus in misericordia etc.

1770. [1]Assisa uenit recognitura si Willelmus de Euere pater Johanne uxoris Willelmi de Casingtona fuit seisitus in dominico suo etc. de sexties xx. acris terre cum pert. et duabus marcatis redditus in Eure etc., unde Willelmus de Penhert et Maria uxor eius tenent lx. acras etc. et Jacobus de Eure tantum etc., et Radulfus de Eure tantum etc., et Hawisia filia Walteri de Eure predictum redditum eis deforciat. Qui omnes preter Hawisiam ueniunt et dicunt quod assisa non debet inde fieri quia terra illa est partibilis et partita est in quinque partes, ita quod predicti Willelmus et Johanna habent partem suam, et nolunt eis respondere desicut petunt totam terram unde ipsi partem habent.

Et Hawisia uenit et dicit quod habet predictum redditum ex dono predicti Willelmi patris Johanne ad se maritandam per cartam ipsius Willelmi quam profert et que hoc testatur duobus annis ante mortem suam, ita quod duobus annis fuit in seisina antequam iter arripuit uersus Jerosolimam.

Et Willelmus de Penhurst et Maria uxor eius ueniunt et uocant ad warantum Ricardum et Robertum de Eure. Et Robertus uenit et eis warentizat. Et Ricardus dicit quod non debet warentizare quia nunquam aliquam seisinam habuit de terra illa nec de aliqua parte illius terre. Et Jacobus et Radulfus ueniunt et dicunt quod habent terram illam sicut propartem ipsorum.

Et predicti Willelmus et Johanna dicunt quod terra illa nunquam partita fuit quia Willelmus de Eure pater ipsius Johanne fuit in seisina de eadem terra die quo iter arripuit uersus Jerosolimam, et quod fuit in seisina de predicto redditu duobus annis postquam iter arripuit, ita redditum illum impignorauit ad terminum crucesignatorum, et petunt seisinam predicti Willelmi, et preterea dicunt quod predictus Willelmus habuit duos fratres qui nunquam habuerunt aliquam partem de predicta terra uel redditu, et inde ponunt se super iuratam.

Et Willelmus et Maria et alii dicunt quod tempore

[1] A. m. 8.

predicti Willelmi patris Johanne fuerunt in seisina de predictis partibus terrarum, et inde ponunt se super iuratam. Et Hawisia uenit et dicit quod fuit in seisina de predicto redditu duobus annis antequam idem Willelmus iter arripuit uersus Jerosolimam, et inde ponit se super iuratam.

Et iuratores dicunt quod predictus Willelmus non fuit seisitus ut de feodo de predicta terra die quo iter arripuit nisi tantum de parte sua que eum contingebat de hereditate Walteri patris ipsorum sicut de gauelekynde, quia fratres ipsius Willelmi fecerunt homagium capitalibus dominis illius feodi et uixerunt de communi in eadem terra, et quod idem Willelmus per uoluntatem fratrum suorum dimisit eam ad firmam cuidam Aaron ad firmam ad terminum trium annorum sub tali condicione quod post terminum illum reuerteretur terra illa ad fratres suos diuidenda inter eos, ita quod post terminum illum unusquisque ipsorum habuit partem suam. Et ideo consideratum est quod predicti Willelmus de Cusingtona et Johanna nichil capiant per assisam et sint in misericordia pro falso clamore, et Willelmus et Maria et alii inde quieti etc.

De Hawisia dicunt quod fuit in seisina de predicto redditu per duos annos antequam idem Willelmus iter arriperet uersus Jerosolymam. Et ideo ipsa teneat redditum suum in pace etc. |

[1] Alanus de Esturmuwe petit uersus Simonem de Sandwico et Julianam uxorem eius quod warentizent ei xl. acras terre cum pert. in Prestona quas tenet et de eis tenere clamat, et unde cartam Johannis Capel patris ipsius Juliane cuius heres ipsa Juliana est habet etc., unde predictus Alanus dicit quod desicut per cartam ipsius Johannis debet libere tenere et quietanciam habere de omnibus seruiciis per redditum xx. den. quem reddet[3] per annum ad Natale, predictus Simon et Juliana petunt alia seruicia et consuetudines quam facere debent[4] et contra cartam suam. [262]

Nota quod ille qui warantizare[2] debuit nunquam seisinam habuit nisi ratione uxoris sue que inde obiit seisita, et tenens querens in misericordia.

Et Simon pro se etc. uenit et dicit quod non debet

[1] A. m. 8.

[2] This is a mistake. It was the voucher not the vouchee who had no seisin save in right of his wife. The *tenens querens* is Alan, who holds the land and brings the action.

[3] Corr. *reddit*, A.

[4] Sic, A.

cartam illam ei warentizare, quia Johannes Capel per quem clamat terram illam nunquam tenuit illam in dominico nec umquam illam ei dedit, et preterea idem Alanus non potuit terram illam sibi adquirere quia terra illa fuit ius et hereditas Dionisie uxoris ipsius Alani, ita quod terram illam tempore quo carta illa debuit fieri tenuit cum ipsa Dionisia, et ipsa Dionisia tenuit predictam terram de Johanne Capel per seruicia et consuetudines debitas, et ipsa Dionisia obiit indeseisita ut de feodo et iure suo, et idem Alanus nichil habere potest in terra illa nisi racione filiorum et heredum ipsius Dionisie, et desicut continetur in carta quam idem Alanus habet quod predictus Johannes dedit et concessit et franchificauit et confirmauit eidem Alano pro homagio suo et idem Alanus nunquam habuit terram illam ex dono ipsius Johannis nec alio modo, petit iudicium si debeat predicto Alano respondere.

Et Alanus cognoscit quod terra illa reuera fuit hereditas Dionisie uxoris sue et quod nunquam illam habuit ex dono ipsius Johannis, set dicit quod idem Johannes terram illam ei franchificauit et petit iudicium.

Et quia predictus Alanus cognouit quod habuit terram per uxorem suam et cum ea et non ex dono Johannis, et preterea quia Dionisia nunquam dimisit se et obiit seisita ut de feodo suo, nec idem Alanus aliquid inde habuit nisi racione custodie puerorum suorum et heredum uxoris sue, consideratum est quod non tenentur terram illam ei warentizare nec cartam, et ideo inde quieti et Alanus in misericordia etc.

1772. [1]Assisa uenit recognitura si Robertus Roc pater Willelmi et Johannis fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de dim. uirg. terre cum pert. in Strete die etc., et si etc., quam terram Willelmus de Pucot[2] tenet. Et non uenit, et testatum est quod Willelmus non habet inde nisi custodiam et ad firmam ad unum annum post hunc terminum per Johannem Bretel qui non habuit inde nisi custodiam. Et attornatus Johannis presens est et cognoscit quod non ten-

Nota capitalis dominus tradidit ad terminum saluo iure heredum, et ideo procedit assisa.

[1] A. m. 8 d.   [2] Puc'. A.

didit terram illam ad firmam nisi saluo iure heredum. Et ideo capiatur assisa.

Juratores dicunt quod Robertus obiit seisitus de terra illa ut de feodo, et quod isti Willelmus et Johannes sunt eius propinquiores heredes. Et ideo consideratum est quod ipsi habeant seisinam suam, et Willelmus in misericordia etc.

3. [1]Assisa uenit recognitura si Matillis filia Wulnofi mater Emme uxoris Augustini ad Puteum et Wymarce et Alesie sororum ipsius Emme fuit seisita in dominico suo etc. de xiij. acris terre et j. mesuagio cum pert. in Roctona die etc., et si etc., unde Ricardus Braz de Fer et Thomas de Shatingdona et tales etc. tenent. Qui ueniunt et uocant Thomam ad warantum, et qui eis etc., et dicit quod assisa non debet inde fieri quia ipsa Emma et alie fuerunt in seisina de terra illa post mortem Matillidis matris earum fere per j. annum, et postea uenerunt Radulfus et Hamon fratres ipsarum et eiecerunt illas et tenuerunt illam ut heredes ipsius Matillidis et illam terram uendiderunt, et inde ponunt se super iuratam. Nota quod non iacet assisa quia heredes potentes per assisam seisinam prius habuerunt per j. annum[2].

Et Augustinus, Emma et alie hoc defendunt et dicunt quod nullum fratrem habuerunt, set bene concedunt quod ipse fuerunt in seisina de eadem terra per unum annum post mortem Matillidis sicut recte heredes ipsius Matillidis. Et ideo consideratum est quod nulla iacet assisa. Ideo Thomas inde sine die etc.

4. [3]Assisa uenit recognitura si Robertus de Derham pater Florie uxoris Galfridi le Espercer fuit seisitus in dominico etc. de duabus acris terre et dim. in Hackintona die etc., et si etc., unde Robertus Russel tenet duas partes et Anxellus le Mercer terciam partem tenet. | Nota.

Et Robertus Russel uenit et dicit quod tenuit terram illam cum Isobella uxore sua cuius hereditas terra illa fuit, et ipsa Isobella mortua est, ita quod non habet inde nisi custodiam cum Alicia et Isobella filiabus et heredibus ipsius Isobelle que sunt infra etatem et petunt[5] etatem suam. Et [282 b.] Nota de minori etate[4].

[1] A. m. 9 d.
[2] See Br. f. 273.
[3] A. m. 9.
[4] See Br. f. 274 b.
[5] Sic, A.

eodem modo respondet Anxellus et petit etatem illarum eo quod emit illam terram de matre ipsarum. Et dicunt quod quidam Henricus auus ipsarum filiarum obiit seisitus de terra illa priusquam Robertus de Derham obiisset et postea Isabella filia sua.

Et Galfridus et Fluria dicunt quod predictus Robertus obiit seisitus de terra illa priusquam predictus Henricus. Et ideo inquiratur inde ueritas sine sacramento. Et iuratores dicunt sine sacramento quod predictus Robertus obiit per multum tempus ante predictum Henricum. Et Galfridus et Fluria dicunt quod etas filiarum non debet expectari, quia predictus Henricus non habuit ingressum in terram illam, nisi per Agnetem uxorem ipsius Roberti que non habuit inde nisi dotem et francum bancum suum. Et ideo consideratum est quod assisa procedat non obstante etate predictarum filiarum etc.

Juratores dicunt quod Robertus obiit seisitus ut de feodo de terra illa et post terminum et quod Fluria est propinquior heres. Et ideo consideratum est quod predicti Galfridus et et Floria recuperauerunt seisinam suam, et Robertus et Anxellus in misericordia.

1775. [1]Assisa uenit recognitura si Willelmus de Herst frater Thome fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de vj. acris terre cum pert. in Godmarisham die etc., quam terram Sabina filia Willelmi tenet. Que uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia ipsa fuit uxor predicti Willelmi de Herst et Willelmus pueros habet de ea quorum terra illa est, et ipsa nichil clamat nisi per pueros illos qui sunt in custodia. Et Thomas hoc cognoscit, set dicit quod pueri illi sunt bastardi, et quod sunt infra etatem. Et ideo consideratum est quod Sabina non respondeat, et ideo Thomas sine die usque ad etatem puerorum.

Nota quod remanet assisa usque ad etatem de illis quibus obicitur quod bastardi sunt[2].

1776. [3]Thomas de Wadenhale et Johannes frater suus petunt uersus Dauidem de Wlwico xix. acras terre cum pert. in

[1] A. m. 9.

[2] Bracton cites this case on f. 280 b, and again on f. 118 b. See below Case 1780.

[3] A. m. 9.

Northeraye ut ius suum, unde Clarebaldus antecessor ipsorum fuit seisitus in dominico suo ut de feodo etc.

Nota quod remittitur loquela a iusticiariis itinerantibus ad comitatum que posita fuit coram eis per Pone, quia loquela nunquam fuit in comitatu.

Et Dauid uenit et dicit quod non debet hic respondere ad hoc breve, quia loquela ponitur per quoddam Pone de comitatu et loquela nunquam fuit in comitatu. Et comitatus[1] super hoc requisitus recordatur quod non fuit in comitatu, quia post aduentum iusticiariorum apud Cantuariam fuit probata prima defalta. Et ideo consideratum est quod redeat ad comitatum si uoluerit.

7. [2]Johannes de Biricholt attachiatus fuit ad respondendum Alexandro de Biricholt quod teneat ei finem factum in curia Dom. J. Regis coram iusticiariis apud Westmonasterium inter ipsum Johannem petentem et Rogerum de Biricholt patrem predicti Alexandri cuius heres ipse est tenentem de feodo dim. militis cum pert. in Biricholt unde cirographum etc., quod idem Alexander profert et quod testatur, quod medietas tocius predicti feodi debuit remanere ipsi Rogero et heredibus suis, unde idem Alexander queritur quod non habet inde nisi terciam partem, quia quedam Albreda tenuit terciam partem que nuper obiit, unde petit medietatem illius terre quam illa tenuit sicut illam que fuit de eodem feodo. Nota.

Et Johannes uenit et cognoscit finem et cirographum et dicit quod de terra quam ipsa Albreda tenuit non debet ipse Alexander partem habere, quia die quo cyrographum factum fuit recepit ipse Rogerus pater Alexandri partem suam de tota terra excepta parte quam ipsa Albreda tenuit, set de terra quam ipsa tenuit in dotem fuit idem Johannes semper in seisina de seruicio eiusdem Albrede, nec umquam pater suus aliquid inde clamauit, et petit inde iudicium.

Nota quod recuperat per finem factum partem terre quam femina tenuit nomine dotis die quo finis factus fuit.

Et Alexander uenit et defendit quod Rogerus pater suus nunquam se tenuit contentum de parte sua quousque ipsa Albreda mortua fuit, et ipsa Albreda obiit iam duobus annis elapsis, unde quia terra quam ipsa tenuit est de predicto feodo dimidii militis et nunc primo deliberata est, petit inde partem suam. Et quia Johannes nichil ostendit quod idem Rogerus uel Alexander quietum clamassent aliquid de dote

[1] The county is present before the justices in eyre.

[2] A. m. 10 d.

illa, et Johannes non dedicit quod terra illa non sit de predicto feodo nec aliquid specialiter excipitur in cirographo, consideratum est quod cyrographum teneatur, et quod Alexander recuperauit seisinam suam de medietate tocius predicte terre quam Albreda tenuit in dotem, et Johannes in misericordia etc.

1778. [1]Assisa uenit recognitura si Gilebertus de Brampdona auunculus Willelmi de Brampdona fuit seisitus in dominico suo | de v. acris terre cum pert. in Veteri Rumenal die [263.] etc., et si etc., unde Adam Ruffus tenet tres acras et Willelmus le Noreys ii. acras. Et Adam et Willelmus non uenerunt, et summonicio etc., et ideo capiatur assisa per defaltam.

Nota quod in itinere capiatur assisa ad primam defaltam sine resummonitione[2].

Juratores dicunt quod Gilebertus nullam terram tenuit in Veteri Rumenal, set bene sciunt quod Gilebertus obiit seisitus de tribus acris terre et dim. in Audingtona quas Adam Colsweyn tenet, et bene sciunt quod obiit seisitus de duabus acris terre in eadem uilla quas Robertus et Hamo le Noreys tenent, set nesciunt quis sit Willelmus le Noreys. Et quia breue loquitur de Veteri Rumenal et Hamo et Robertus non sunt summoniti de duabus acris terre, consideratum est quod de illis duabus acris terre perquirat aliud breue et sit in misericordia pro falso clamore.

De tribus acris terre dicunt quod reuera terra illa est in parochia de Veteri Rumenal in quodam membro de Audingtona. Et iuratores dicunt quod Adam le Rus tenet tres acras. Et ideo consideratum est quod Willelmus recuperat seisinam suam uersus eum et ipse in misericordia etc.

1779. [3]Adam filius Bertini petit uersus Willelmum de Puntfeldia xij. acras terre et dim. cum pert. in Esse ut ius suum, unde quidam antecessor suus Malgerus nomine auus suus fuit seisitus in dominico suo ut de feodo etc. tempore H Regis aui Dom. Regis capiendo etc., et de Malgero descendit ius terre illius cuidam Ernulpho et Bertino fratri suo sicut terra partibilis, et idem Arnuldus fuit pater Willelmi, et predictus Bertinus fuit pater Ade, unde terra que fuit ipsius

[1] A. m. 11.

[2] Bracton, f. 259, cites this case anonymously.

[3] A. m. 11.

Malgeri debuit partiri inter eos, et Willelmus totam terram tenet etc.

Et Willelmus uenit et defendit ius suum, set bene cognoscit seisinam Malgeri aui sui, set terra illa non est partibilis nec unquam fuit partita, quia Malgerus illam tenuit per seriant[e]riam, et postea Arnuldus filius suus tota uita sua sicut primogenitus filius et heres, et post eum idem Willelmus filius suus fuit infra etatem et in custodia, et quando uenit ad etatem uenit et tulit breue mortis antecessoris super Robertum de Godstanetona dominum suum, et in tantum processit assisa quod concordati fuerunt in curia Dom. Regis sine clamio quod aliquis apponeret, et petit iudicium si super hoc debeat respondere. Et quod nunquam sit partita nec partibilis sit, ponit se super iuratam, si curia considerauerit quod debeat super cirographum fieri etc.

Et attornatus Ade dicit quod Bertinus pater suus tempore quo cirographum factum fuit fuit ultra mare et ibi fugatus pro quodam delicto quod ei impositum fuerat, et bene dicit quod terra illa est partibilis sicut gauelekynde, et inde ponit se super iuratam.

Et Willelmus dicit quod pater predicti Roberti de Godelinestona dedit terram illam predicto Malgero de dominico suo pro homagio et seruicio suo, ita quod nunquam antea nec unquam postea partita fuit, quia Malgerus feofatus fuit per seruicium eundi cum eo ad custum ipsius feoffatoris, et Bertinus quando finis factus fuit fuit in Anglia, et si exiuit hoc fecit per delictum suum, et petit inde iudicium. Et quia ambo cognoscunt quod fuit in partibus transmarinis quando cirographum confectum fuit, consideratum est quod respondeat non obstante cirographo. Et ideo fiat iurata ad recognoscendum si terra sit partibilis uel non, et si unquam fuerit partita. Postea concordati sunt ita quod Adam retinuit totum per tantum etc.

Nota quod non nocet quod petens clamium non apposuit tempore finis facti, quia tam tenens quam petens cognoscunt quod tempore finis facti fuit petens ultra mare[1].

0. [2]Assisa uenit recognitura si Henricus Pamforer pater Geruasii et Rogeri fuit seisitus in dominico suo etc. de xx. acris terre cum pert. in Northona die etc., et si etc., quam terram Ricardus Pamforer tenet. Qui uenit et dicit quod

[1] See Br. f. 436 b, § 5. [2] A. m. 12.

assisa non debet inde fieri quia ipsi Geruasius et Rogerus sunt bastardi eo quod nati fuerunt ante matrimonium, et bene ponit se super iuratam quod non sunt propinquiores heredes, quia nati fuerunt in adulterio, set bene cognoscit quod Henricus obiit inde seisitus ut de feodo. Et quia Rogerus et Geruasius sunt infra etatem ideo procedat assisa.

Nota. Bastardia utrum ante matrimonium uel post discussa in Curia Regis[1].

Juratores dicunt quod Jeruasius et Rogerus non sunt propinquiores heredes quia nati fuerunt in adulterio ante matrimonium. Et ideo consideratum est quod nichil capiant per assisam, et Ricardus inde sine die. Et similiter dicunt quod filia eiusdem Henrici nata fuit ante matrimonium. Et Ricardus concessit matri eorum dotem suam. |

[263 b.]

1781. Nota.

Contra hoc ex alia parte folii in principio[3].

[2]Assisa uenit recognitura si Dionisius de Hecham pater Roberti de Hecham fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de tribus uirg. terre cum pert. in Hecham die etc., et si etc., quam terram Gerardus filius Hamonis tenet. Qui uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri quia ipse non tenet nisi medietatem illius terre quia Johannes frater suus tenet aliam medietatem. Et Johannes presens est et hoc cognoscit. Et ideo Gerardus inde sine die et Robertus perquirat se uersus eos per aliud breue si uoluerit.

1782. Nota.

[4]Isobella de Hotoft per Galfridum Cunquest attornatum suum peciit uersus Hamonem Colekyn quod faceret ei seruicia et consuetudines de tenemento quod de ea tenet in Eswant desicut ipsa Isobella est antenata soror et idem Hamon est de sorore sua postnata.

Et Hamon uenit et dixit quod Galfridus de Say capitalis dominus est in seisina de seruicio suo et eum distrinxit ad faciendum ei homagium suum et inde[5] adhuc distringit, et inde uocat ipsum Galfridum ad warantum.

Et Galfridus per summonicionem uenit et cognouit quod inde faceret quicquid curia consideraret, et non dedicit quin

[1] Bracton cites this case thrice, f. 280 b, 417, 418 b. He contrasts it with Case 1775. It is of importance as showing that special bastardy can be determined in a lay court if need be.

[2] A. m. 12.

[3] This seemingly refers to Case 1787 which begins at the top of Ms. f. 264; which however is not contra hoc, since in both cases the assise is defeated by plea of partial non tenure.

[4] A. m. 12.

[5] Om. inde, A.

Hamon sit de postnata sorore. Et ideo consideratum est quod idem Hamon faciat eidem Galfrido de cetero seruicium suum, non sicut capitali domino, set sicut illi quem Isobella attornauit ut heredem suum eo quod desponsauit filiam et heredem ipsius Isobelle, et de cetero ei intendat sicut domino suo etc.[1]

[2]Assisa uenit recognitura si Emma mater Rogeri fuit seisita in dominico suo ut de feodo de duabus acris terre cum pert. in Fisseburnia die quo etc., quam terram Thomas filius Willelmi de Fisseburnia tenet. Qui uenit et est infra etatem et petit etatem suam.

Nota quod non remanebit assisa mortis antecessoris propter minorem etatem domini capitalis nec eius heredis nec heredis heredis ubi alienauit auus[3].

Et Rogerus dicit quod non debet etatem habere quia Emma mater sua tenuit de Radulfo auo ipsius Thome et post mortem ipsius Emme idem Rogerus remansit in custodia ipsius Radulfi, unde pater ipsius Thome nec auus suus aliquid inde habuerunt nisi custodiam. Et custos ipsius Thome non potest hoc dedicere, et ideo procedat assisa etc.

Juratores dicunt quod Emma fuit inde seisita ut de feodo die quo obiit, et quod obiit post terminum, et quod Rogerus est propinquior heres, et quod Edmerus pater suus quondam uir ipsius Emme post mortem ipsius Emme reddidit Radulfo auo ipsius Thome *gablum*[4] de tali termino et cum terra usque ad etatem ipsius Rogeri. Et ideo consideratum est quod Rogerus recuperauit seisinam suam et Thomas in misericordia. Perdonatur quia est infra etatem.

[5]Assisa uenit recognitura si Johannes de Bingham frater Cristiane uxoris Rogeri filii Alicie et Cristiane uxoris Gregorii de Cant' et Agnetis uxoris Simonis de Cotinges fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de xvj. acr. terre et dim. cum pert. in Bingham die etc., et si etc., quam terram Johannes

Nota quod cadit assisa quia tenens et petentes sunt de uno stipite[6].

[1] See above Case 1765. This is Fitz. *Droyt*, 64.

[2] A small part of this seems visible on A. m. 12; most has perished.

[3] Bracton, f. 275 cites this case. In a mort d'ancestor against the heir of the lord, or the heir's heir the parol shall not demur. The annotator seemingly argues from this to a case in which the lord having entered as guardian alienates and the assize is against the alienee; here if the lord's heir or his heir's heir be vouched, the parol shall not demur.

[4] This word begins with a capital and may possibly be a proper name; more probably it is *gablum*, rent. After *termino* an omission may be suspected.

[5] A. m. 15.

[6] See Br. f. 278 b.

de Burgho et Sabina uxor eius tenent. Qui ueniunt et dicunt quod assisa non debet super eam procedere, quia ipsa Sabina fuit filia predicti Johannis de cuius morte tulerunt assisam, et petunt iudicium si assisa debeat inde procedere. Et alii dicunt quod bene potest esse quod sit filia sua, sed est bastarda. Et ideo consideratum est quod eant inde quieti et alii in misericordia, scilicet Rogerus et alii etc.

1785. [1]Assisa uenit recognitura si Galfridus de Winteringeham, Ricardus filius Augustini et tales etc. iniuste et sine iudicio leuauerunt quoddam fossatum in Oxon' ad nocumentum liberi tenementi Nicholai de Poltona et Orable uxoris eius etc.

Nota quod communis utilitas preferenda est priuate.

Et Galfridus et alii ueniunt et dicunt quod non debent ad hoc breue respondere, quia ibi fuit quoddam fossatum tempore H. Regis aui etc. et est ad communem utilitatem tocius patrie pro terris exsecandis. Dicunt eciam quod fossatum illud reparatum fuit ad uoluntatem Dom. Regis, quod si prostratum esset Dom. Rex amitteret xx. libratas redditus assisas[2] et Dom. Cantuariensis similiter et plures alii. Et preterea Benedictus Clericus et tales qui nominantur in breui mortui sunt et heredes eorum infra etatem sunt et in seisina de terris suis et non fuerunt attachiati. Ideo consideratum est quod Galfridus et alii inde quieti et alii perquirant se uersus omnes tenentes si uoluerint.

1786. [3]Assisa uenit recognitura si Willelmus de Selue auunculus Rogeri et Simonis fuit seisitus in dominico suo etc. de iiij.ᵗᵃ parte xvj. acr. terre cum pert in Baculf' etc. quam Hugo de Stradena tenet. Qui uenit et bene concedit assisam.

Nota.

Juratores dicunt quod predictus Willelmus non obiit seisitus etc. quia in uita sua dedit cuidam Radulfo filio suo terram illam qui tenuit per xxx. annos. Et ideo Hugo inde quietus etc. |

[illegible]
1787. [4]Assisa uenit recognitura si Rogerus Tanere pater J. Tanere fuit seisitus in dominico suo etc. de feodo j. militis

[1] A. m. 15 d.
[2] Sic, A.
[3] A. m. 15 d.
[4] A. m. 15 d.

cum pert. in Hechardis die quo iter peregrinacionis etc., et si etc., unde Robertus de Hechardis clericus et Constancia uxor eius tenent medietatem et Selekin de Hachardis aliam medietatem. Et Robertus et Constancia ueniunt et dicunt quod assisa non debet inde fieri quia quedam Dom. Milisanta uxor Philippi de Herdres tenet terciam partem de medietate quam ipsi tenent. Et eodem modo dicit Selekinnus. Et Johannes uenit et dicit quod predicta Millisanta nichil inde tenet set predicti Robertus et alii totam tenent in dominico, et dicit quod Rogerus fuit in seisina die quo iter etc., et quod ante iter nulla terra fuit ei assignata in dotem, et petit seisinam patris sui. Et predicti Rogerus et alii dicunt quod predicta Constancia ut uerus heres assignauit eidem Matillidi dotem suam postquam seisinam habuit de hereditate sua.

Nota quod cadit assisa mortis propter non tenurum quia uxor tenet certam partem in dotem[1].

Et iuratores dicunt sine sacramento quod predicta Milisanta tenet nomine dotis c. sol. redditus ex dono predicti Rogeri de Tancre. Et ideo consideratum est quod predicti Robertus et alii inde sine die et Johannes in misericordia et perquirat sibi per aliud breue.

8. [2]Assisa uenit recognitura si Robertus de Wateuilla pater Johannis fuit seisitus in dominico etc. de xlvj. acris terre cum pert. in Eltcham die etc., unde Ricardus Abbas de Keynesham tenet xl. acras et Willelmus Raggeholf vj. acras. Et quia testatum est quod Abbas et Willelmus nichil tenent de eadem terra nisi ad terminum, capiatur terra in manum Dom. Regis, et Abbas summoneatur quod sit tali die etc. apud Chelmerefordiam ostensurus de iure suo, unde Jacobus de Eltcham dicit quod tenet de eo ad terminum. Et Willelmus similiter etc.

Nota de illis qui tenent ad terminum terram que de eis petitur per assisam, et capitur terra in manum Dom. Regis, et summoneantur tenentes quod sint ad ostendendum de iure suo.

9. [3]Assisa uenit recognitura si Manasserus de Hastinges auunculus Matillidis uxoris Sampsonis de Leuesham fuit seisitus etc. de manerio de Grenche cum pert., quam terram Robertus de Hastinges tenet. Qui uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri quia implacitatus est de eadem terra in

[1] This seems to be the case referred to in the marginal note to Case 1781. See Br. f. 270 b.

[2] A. m. 15 d.

[3] A. m. 15 d.

Nota quod respondetur contra assisam mortis quod tenens implacitatur per breue de recto, et respondetur contra quod loquela adhuc integra est, et cadit assisa quia sunt de uno stipite[2].

comitatu per breue de recto, ita quod attachiamenta facta fuerunt in comitatu et loquela illa posita fuit coram iusticiariis in primo aduentu etc. per Pone et ideo noluit[1] respondere nisi curia considerauerit. Et predicti Sampson et Matillis bene concedunt quod implacitauerunt eum per breue de recto, set nulla narracio facta fuit in comitatu set loquela integra fuit. Post uenit Robertus et dicit quod predictus Sampson se fecit essoniari ad unum comitatum et ad alium comitatum comparuit et ibi diem cepit cum eodem Roberto ad concordiam inter eos faciendam. Et quia predicti Sampson et Matillis cognoscunt quod eum implacitauerunt in comitatu, et quia recognitum est quod predicta Matillis est soror ipsius Roberti, consideratum est quod assisa mortis antecessoris non iacet, et ideo Robertus inde sine die et Sampson et Matillis perquirant se si uoluerint etc.

1790. [3]Assisa summonita fuit utrum tres acre terre cum pert. in Wengham sit[4] laicum feodum Walteri Coc uel libera elemosina pertinens ad ecclesiam de Wengham. Et Walterus uenit et recognouit quod pater eius fuit seisitus de redditu illius terre quam nunc petit in dominico et quod nunquam fuit seisitus de terra illa. Et ideo consideratum est quod assisa non iacet et perquirat se si uoluerit. Et ita consideratum est de Johanne Coc qui tulit simile breue etc.

Nota quod cadit assisa utrum ubi petens petit per assisam terram ubi antecessor nunquam fuit in seisina nisi de redditu[5].

PLACITA ET ASSISE CAPTE IN COMITATU NORFOLKIE CORAM H. DE BURGO TUNC CAPITALI JUSTICIARIO, M. DE PATTESHULLA ET SOCIIS SUIS ANNO REGIS HENRICI SEXTO.

1791. Norf. Assisa uenit recognitura si Hugo Canard, Ernaldus Buchard, Rogerus et Adam de Cantiley iniuste etc. disseisiuerunt Matheum Capellanum de libero tenemento suo in Castre etc. Et nullus eorum uenit, ideo capiatur assisa per defaltam. |

[1] Sic, A; corr. non uult.
[2] Bracton, f. 274, cites this case.
[3] A m. 15 d.
[4] Corr. sint, A.
[5] See Br. f. 286 b.

Juratores dicunt quod quidam Robertus Vicarius ecclesie de Castre dedit terram illam scil. tres acras de terra ecclesie Matheo tenendas de ecclesia. Post mortem uero predicti Roberti per magnum tempus uenerunt Canonici de Gurnay[1] et predicti iiij. eum disseisiuerunt sicut breue dicit, ita quod Canonici feoffauerunt eosdem Hugonem et alios. Et ideo consideratum est quod Matheus habeat seisinam suam, et alii in misericordia etc. [264 b.]

Assisa uenit recognitura si Willelmus filius Lucie et tales etc. iniuste et sine iudicio disseisiuerunt Ricardum filium Thurstani de libero tenemento suo in Hulmo post ult' etc. Et Willelmus et alii ueniunt et bene concedunt assisam.

Juratores dicunt quod Rannulfus pater predicte Mabilie[2] tenuit sex acras terre in maritagium cum uxore sua, et inde dedit predicto Willelmo in maritagium cum eadem Mabilia unam acram terre et dim. et promisit eis residuum post mortem suam. Postea uero remansit idem Rannulfus in seisina de iiij. acris terre et dim. et tenuit cum eo Iuettam filiam suam sororem predicte Mabilie. Et tandem uenit predictus Ricardus et illam per uoluntatem Rannulfi desponsauit et cum eo fuit tota uita Rannulfi. Defuncto Rannulfo, uenit predictus Willelmus et tantum locutus fuit cum capitali domino quod concessit ei iiij. acras terre illas predictas et dim., et hoc fuit in estate. Postea uenit Ricardus cum ui sua in autumpno et fecit metere blada. Et Willelmus cum ui sua illa amouit super aliam terram et aliud feodum. Et Ricardus uel de nocte uel de die bladum asportauit. Postea uero ad tempus seminacionis uenit Willelmus et arauit et seminauit terram illam, et Ricardus postea uenit et rearauit et reseminauit terram, et in autumpno uenerunt ambo et uterque asportauit de blado et quantum potuit, et tercio anno uenit Willelmus et seminauit totam terram et asportauit totum bladum, et iiij^to. anno similiter, unde dicunt quod nesciunt quis eorum fuit in seisina ut de libero tenemento, set bene dicunt quod Rannulfus obiit seisitus ut de feodo.

[1] Gaille-Fontaine Abbey, in diocese of Rouen. Monast. v. 6, p. 1088.

[2] Wife of William and one of the deforciants indicated above by *tales*.

Et quia Willelmus habuit seisinam per capitalem dominum et Ricardus nichil habuit nisi per forciam suam sine waranto, consideratum est quod Ricardus nichil capit per hanc assisam, quia nullum warantum habet de seisina sua, et sit in misericordia pro falso clamore, et eciam seminauit super sem'[1] Walteri.

1793. Assisa uenit recognitura si Walterus de Ingeham, Albreda mater ipsius Walteri et tales etc. iniuste et sine iudicio disseisiuerunt Petrum, Bartholomeum, Willelmum et Hugonem filios Joscelini et Mirabellam filiam Radulfi de libero tenemento suo in Waytenesham post ult' etc.

Et omnes uenerunt preter Walterum qui languidus est. Et Willelmus de Waxtonesham balliuus Albrede et alii dicunt quod assisa non debet inde fieri, quia eandem terram recuperauit ipsa alias coram iusticiariis ultimo itinerantibus per iudicium curie uersus ipsum Joscelinum ut illam que pertinebat ad dotem suam, quam habuit ex dono Johannis de Ingham quondam uiri eiusdem Albrede, et quam Willelmus Boterelle secundus uir suus concessit predicto Goscelino patri ipsorum Petri et aliorum, et inde ponit se super recordum curie.

Et Petrus et alii dicunt quod tempore quo ipsa Albreda implacitauit ipsum Goscelinum patrem suum idem Goscelinus nullam inde seisinam habuit, quia ipsi fuerunt inde in seisina annis et diebus ante tempus illud, et petit[3] iudicium si potuit[2] terram eorum perdere, et quod ita sit pon' se super patriam.

Et alii dicunt quod tempore illo aduocauit Joscelinus terram illam ut suam, et uenit in curia et peciit uisum et habuit et postea illam in curia per iudicium curie amisit, et bene ponunt se super iuratam quod Joscelinus tunc temporis fuit in seisina de terra illa ut de libero tenemento suo, et non filii sui. Et Petrus similiter et alii ponunt se super etc.

Juratores dicunt quod Goscelinus tenuit terram illam die quo placitum fuit inter eum et Albredam ut de libero tenemento suo, et quod Petrus et alii nullam inde aliquo

[1] *semen* (?).
[2] Sic.
[3] Whether Joscelin could lose land which belonged to his sons.

tempore habuerunt seisinam. Et ideo ipsi in misericordia pro falso clamore et alii inde quieti. Infra etatem sunt et clerici etc.

4. Assisa uenit recognitura si Alanus de Stokeby iniuste et sine iudicio disseisiuit Willelmum Mauclerc de libero tenemento suo in Stokeby post ult' etc. Et Alanus bene concedit assisam etc.

Juratores dicunt quod quidam Andreas tenuit unam acram terre unde hec assisa etc. in feodo de Willelmo predicto. | Defuncto Andrea qui fuit bastardus sine herede [205.] de corpore suo, uenit Alanus et arauit terram illam et seminauit de auena, et statim uenit Willelmus et iterum arauit terram illam et illam seminauit de pisis, et Alanus postea asportauit uestituram. Set bene dicunt quod Alanus nullam racionem habuit capiendi terram illam, immo Willelmus fuit in seisina de feodo illo et terra debuit ad eum reuerti ut eschaeta sua pro defectu heredis. Et ideo consideratum est quod Willelmus sit in misericordia pro falso clamore[1], et Alanus qui intrusit se in terram illam sit in misericordia, et terra reuertatur ad eundem Willelmum ut eschaeta sua.

5. Assisa uenit recognitura si Walterus filius Elie de Simplinges et Agnes mater eius iniuste et sine iudicio disseisiuerunt Rogerum de Gessinges de libero tenemento suo in Simplinges post ult' etc. Et Walterus uenit et bene concedit assisam. Et Agnes non fuit inuenta. Et ideo capiatur assisa.

Juratores dicunt quod ipsi non disseisiuerunt eum sicut breue dicit, quia Walterus semper fuit in seisina illius terre postquam Dom. J. Rex iter arripuit in Hiberniam et ante. Et ideo Walterus et Agnes inde quieti et Rogerus in misericordia pro falso clamore etc.

6. Assisa uenit recognitura si Matheus de Gunctona et Isobella uxor eius iniuste et sine iudicio disseisiuerunt Priorem de Hikelinge de libero tenemento suo in Castre post ultim' etc. Et Matheus uenit et bene concedit assisam.

Juratores dicunt quod duo homines tenuerunt unum

[1] Alan was the first to enter, so he was no disseisor but an intruder, or (according to terminology of later days) abator.

mariscum de Roberto de Castre per xvj. sol. per ann., et in infirmitate sua ita tamen quod fuit itinerans mandauit idem Robertus homines illos, et unum illorum primo cum seruicio suo dedit Priori predicto et fecit ipsum facere eidem Priori fidelitatem in presencia sua, et postea secundo misit alterum ipsorum hominum ad eundem Priorem et precepit ei ut faceret eidem Priori fidelitatem et ei redderet seruicium suum, et idem Prior per donum illud fuit in seisina de seruicio illorum donec predictus Matheus eum inde disseisiuit. Et ideo consideratum est quod Prior recuperauit seisinam suam de redditu illo et Matheus in misericordia etc.

1797. Assisa uenit recognitura si Willelmus filius Radulfi iniuste etc. disseisiuit Henricum de Dockinge de libero tenemento suo in Dockinge post ult' etc. Et Willelmus uenit et bene concedit assisam.

Juratores dicunt quod assisa arramiata fuit de vj. acris terre unde dicunt quod contencio fuit inter eos de hereditate eorum que fuit partibilis, ita quod idem Willelmus imposuit eidem Henrico quod habuit plus terre quam ipsum habere contingebat, et tandem per amicos qui inter eos tractauerunt de pace conuenit inter eos quod idem Henricus dedit eidem Willelmo predictas sex acras terre, per sic quod residuum tenere possit in pace, et inde seisinam fecit eidem Willelmo, et Henricus postea per magnum tempus penituit se de dono suo, et arauit terram illam et seminauit, et Willelmus postea bladum asportauit et remansit semper in seisina, unde dicunt quod non disseisiuit eum iniuste quia per bonam uoluntatem suam et per concordiam illam terram ei dederat. Et ideo Henricus nichil capiat per hanc assisam et sit in misericordia pro falso clamore etc.

1798. Assisa uenit recognitura si Hugo filius Swenild' et tales etc. iniuste disseisiuerunt Agnetem de Salle et Emmam Note¹. sororem eius de libero tenemento suo in Salle post ult' etc. Et Hugo et alii ueniunt et bene concedunt assisam, quia ipse numquam habuerunt seisinam. Preterea dicunt quod predicta Emma habet² uirum qui utlagatus est per preceptum iustic-

¹ Bracton, f. 212 b. cites this case anonymously as from Pateshull's Norfolk eyre, A. R. 10.

² habet interl. by mistake.

ariorum ultimo itinerancium scilicet Willelmum nomine, et petunt iudicium si debeant ad hoc breue respondere. Dicunt eciam quod terra quam uir suus tenuit fuit in manu Dom. Regis per j. annum et j. diem, et postea reddita capitali domino, et ideo nolunt respondere nisi curia considerauerit.

Et Emma et Agnes cognoscunt quod reuera Willelmus uir eiusdem Emme fuit utlagatus et quod nesciunt si sit mortuus uel uiuus. Et ideo consideratum est quod alii non respondeant ad hoc breue priusquam sciatur utrum Willelmus sit mortuus nec ne. Et quia nulla fit diuisio in breui de tenemento, Agneti non respondeatur ad hoc breue, et ideo sine die etc.

Assisa uenit recognitura si Simon filius Petri pater Petri qui est infra etatem fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de quinque acris terre etc. in Tylneye die quo etc., et si etc., unde Reginaldus Bulloc tenet tantum etc. | et Laurencius [225 b.] Kyde tantum etc. Et Reginaldus non uenit etc. set se essoniauit. Et essonium non iacuit quia Petrus est infra etatem[1], et ideo etc. Et Laurencius uenit et uocat inde ad warantum predictum Reginaldum. Habeat eum etc. per Nota. auxilium curie.

Ricardus de Frechingefeldia peciit uersus Radulfum de Stokes xv. acras terre cum pert. in Fretona ut ius suum, ita quod idem Radulfus in comitatu posuit se in magnam assisam Dom. Regis uersus eundem Ricardum etc. Et super hoc uenit idem Radulfus et dicit quod reuera posuit se in magnam assisam et adhuc ponet si curia considerauerit quod assisa debeat procedere super finem factum inter antecessores suos et quemdam Alexandrum de Draytona. Et profert cirographum quod factum fuit etc. apud Londoniam xxx^o^. anno Regis Henrici secundi, et quod testatur quod idem Alexander recognouit unam carucatam terre in Frechenetona esse ius Heruici filii Ricardi et Eue uxoris eius auie istius Radulfi et illam eis et heredibus suis remisit in perpetuum. Et desicut idem Ricardus nec aliquis[2] tunc clamium apposuit petit iudicium si debeat super finem illum respondere.

Et Ricardus uenit et dicit quod bene potest esse quod

[1] Br. f. 340 b. [2] Supply *alius*.

finis fuit factus sicut predictum est, set finis ille non debuit ei nocere, quia eo tempore quo finis factus fuit, fuit ipse infra etatem et in Hibernia et inde producit sectam etc[1]. Et Radulfus non potuit hoc dedicere, et ideo procedat assisa, quia nichil clamat[2] ex parte eiusdem Alexandri. Et Radulfus de Cham et alii etc. quatuor milites summoniti ad eligendum xij. milites inter eosdem Ricardum et Radulfum etc., unde idem Radulfus qui tenens est posuit se in magnam assisam et peciit recognicionem fieri quis eorum maius ius habeat in terra illa, uenerunt et elegerunt tales etc. Dies datus est etc. Concordati sunt et habent cirographum etc.

1801. Assisa uenit recognitura si Adam Parmentarius et Rogerus filius Johannis iniuste et sine iudicio disseisiuerunt Robertum filium Willelmi de Birlingham de libero tenemento suo in Birlingham post etc. Et Adam et Rogerus ueniunt et dicunt quod assisa non debet inde fieri, quia idem Adam xx. annis transactis cepit terram illam in maritagium cum uxore sua, et habuit de ea pueros. Defuncta uero uxore eius tenuit se in terra illa, ea racione quod habet puerum de uxore sua. Et tunc uenit Robertus et eiecit eum, et ipse non tenuit se disseisitum immo recepit terram illam, et adhuc ita tenet, et nichil clamat nisi in uita sua tantum. Et Robertus hoc totum cognoscit, et ideo alii sine die et Robertus in misericordia.

1802. Assisa uenit recognitura si Nicholaus filius Rogeri et tales etc. iniuste etc. disseisiuerunt Clariciam que fuit uxor Rogeri de Bosco etc. de libero tenemento suo in Shepeden post ult' etc. Et Galfridus unus[3] etc. uenit et non uult sequi cum sociis suis, et ideo ipse et plegii sui de prosequendo in misericordia. Et alii sequuntur. Et Nicholaus et Johannes ueniunt et dicunt nichil quare assisa remaneat, et alii non sunt inuenti, et ideo capiatur assisa. Juratores dicunt quod ipsi non disseisiuerunt eos sicut breue dicit, quia ipsi numquam inde seisiti fuerunt, et ideo alii[4] inde sine die, et alii[5] in misericordia pro falso clamore etc.

[1] Br. f. 436 b.
[2] Richard.
[3] A plaintiff not named above.
[4] Deforciants.
[5] Plaintiffs.

3. Assisa uenit recognitura si Bartholomeus de Waterdena pater Rogeri fuit seisitus in dominico etc. unde Rogerus filius Willelmi tenet tantum etc. et Haroldus tantum etc. et Alina tantum etc. Et Aluina uenit et dicit quod tenet terram illam in dotem unde predictus Rogerus est warantus suus, et inde uocat eum ad warantum, et Rogerus ei warentizat, et nichil dicit quare assisa remaneat. Et Haroldus non uenit, et apparuit in curia post aduentum iusticiariorum sicut testatum est, et ideo uersus eum capiatur assisa per defaltam[1]. Juratores dicunt quod Bartholomeus obiit seisitus etc., et quod Rogerus est proximus heres. Et ideo habeat seisinam etc., et Rogerus filius Willelmi in misericordia, et faciat escambium predicte Aluine etc.

4. Assisa uenit recognitura si Jacobus seruiens de Elynham et plures alii tales etc. iniuste et sine iudicio prostrauerunt quoddam fossatum in Gatelegha ad nocumentum liberi tenementi Radulfi de Gattelegha in eadem uilla post ultim' etc. Et omnes ueniunt et dicunt quod assisa non debet inde fieri, quia quando fossatum illud inceptum fuit reuera ipsi illud prostrauerunt eo quod leuatum fuit in communa sua de Elinham et de Gatelegha[2], et ideo non prostrauerunt illud fossatum iniuste.

Et Radulfus cognoscit quod reuera ipsi habuerunt ibi communam, set iniuste, quia nichil ei faciunt quare communam habere debeant. Et quia hoc cognoscit, et preterea fossatum statim prostratum fuit ut cognoscunt hinc inde, consideratum est quod nulla fiat assisa. Et ideo Radulfus in misericordia pro falso clamore et alii inde sine die etc. |

5. Assisa uenit recognitura si Galfridus de Reddenhale pater Willelmi de Reddenhale fuit seisitus in dominico suo ut de feodo etc. de xxxv. acris terre cum pert. in Reddenhale [266.] die quo etc., quam terram Willelmus de Sabestona, Mabilia etc. tenent. Qui ueniunt et dicunt quod assisa non debet inde fieri, quia Gaufridus de cuius morte clamat terram illam adhuc uiuit et est in partibus transmarinis cum Simone de Mundeford', et ideo non debet assisa procedere.

[1] There is no re-summons. Bracton, f. 239, cites this case but seemingly from the Norfolk eyre of A. R. 10.

[2] Gately and Elmham.

Et Willelmus dicit quod credit ipsum esse mortuum, set nullam sectam producit. Post uenit Willelmus et dicit quod reuera non credit quod pater suus sit mortuus, nec aliquam ueritatem inde scit, et petit quod possit recedere de breui suo, et habet licenciam, et ideo alii sine die etc.

1806. Assisa uenit recognitura si Ricardus filius Rannulfi et Willelmus filius eius et tales etc. iniuste etc. disseisiuerunt Thomam de Becham de libero tenemento suo in Becham post ult' etc. Et Ricardus et alii ueniunt et cognoscunt disseisinam, quia idem Thomas non tenuit ei quamdam conuencionem de estouerio eiusdem Ricardi inueniendo, et ideo Thomas habeat seisinam suam et alii in misericordia. Post uenit Thomas et concedit ei tantum per annum etc.

1807. Assisa uenit recognitura si Alexander de Seltona pater Roberti fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de xvj acris terre etc. in Sheltona die etc., quam terram Goscelinus Fich et Basilia uxor eius[1]. Et ipsi non ueniunt et testatum est per balliuos Dom. Regis et per omnes iuratores quod ipsi fuerunt in curia et quod eos uiderunt coram banco et cum eis locuti fuerunt. Et recesserunt sine licencia, ideo capiatur assisa per defaltam eorum. Juratores dicunt quod Alexander ita obiit seisitus sicut breue dicit et post terminum. Et ideo Robertus habeat seisinam suam, et Joscelinus in misericordia etc.

DE ITINERE M. DE PATTESHULLA ET SOCIORUM SUORUM COMITATU NORFOLKIE ANNO REGIS HENRICI FILII REGIS JOHANNIS XII^mo[2].

1808. Assisa uenit recognitura si Willelmus clericus de Fileby,
Fley. Robertus, Ricardus et Reginaldus filii sui iniuste etc. disseisiuerunt Ricardum de Brom de libero tenemento suo in Fileby

[1] Supply *tenent*.

[2] Rot. Cl. vol. 2, p. 213. Pateshull and others were commissioned for an eyre in Kent, Essex, Hertford, Norfolk, Suffolk; to begin at Canterbury 15th Sept. 1227. The marginal venues are mostly hundreds in Norfolk; Flegg, Brothercross, Launditch, Happing, Clavering, North Greenhoe, Blofield, South Greenhoe, Humbleyard, Guiltcross, Shropham, Holt, Loddon Freebridge, Clackclose, Gallow, Forehoe.

post ult' etc. Et Willelmus mortuus est, et Robertus filius suus uenit et cognoscit quod tenet totam terram illam scil. j. acram et dim. et bene concedit assisam.

Juratores dicunt quod Robertus nunquam disseisiuit eum, quia idem Ricardus nunquam habuit inde seisinam. Et ideo consideratum est quod Robertus et alii eant inde quieti et Ricardus etc.

Assisa uenit recognitura si Willelmus de Pinkenye iniuste etc. disseisiuit Johannem le Poure de libero tenemento suo in Tattessete post ult' etc. Et Willelmus uenit et bene concedit assisam. Brothecros.

Juratores dicunt quod mater ipsius Johannis tenuit terram illam in dotem et eam dimisit ad terminum cuidam Radulfo ad uitam suam, et Radulfus obiit seisitus de terra illa, et post eum tenuit Michael filius suus terram illam donec idem Johannes eum implacitauit in curia cristianitatis, et interim uenit idem Michael et terram illam dedit predicto Willelmo, unde predictus Johannes nullam habuit seisinam, et ideo dicunt quod predictus Willelmus non disseisiuit eum iniuste. Et ideo consideratum est quod Willelmus inde sine die, et Johannes in misericordia.

Henricus de Stocke optulit se iiij^{to}. die uersus Willelmum de Stocke de placito quod esset auditurus recordum et iudicium suum de loquela que fuit coram iusticiariis apud Couentriam inter ipsum Henricum petentem et ipsum Willelmum tenentem de duabus partibus j. uirg. terre cum pert. in Westm', unde loquela inde remansit sine die occasione bastardie quam idem Henricus obiecit predicto Willelmo, et unde idem Henricus profert litteras patentes Dom. Couentrensis Episcopi que testantur quod idem Willelmus post citacionem ei factam transtulit se ad partes transmarinas, per quod non potuit inquisicionem facere de eiusdem legittimacione etc. Et Willelmus non uenit etc. et terra capta fuit in manum Dom. Regis pro defalta quam fecit apud Westmonasterium tali die etc. Et uicecomes misit breue et mandauit quod summonitus fuit etc. Et ideo consideratum est quod Henricus recuperauit seisinam suam et Willelmus Warr. Nota quod ille cui obiecta est bastardia et dicit se esse legittimum non potest exire de regno antequam se probauerit legittimum[1]. Nota.

[1] Bracton, f. 420, cites this case.

in misericordia. Breue Episcopi in thesauro. Et sciendum quod post citacionem non potuit exire de regno antequam probasset se legittimum etc. |

[266 b.] 1811. Oliua filia Alani summonita fuit ad warentizandum Johanni filio Iwani xxx. acr. terre cum pert. in Sharentona, quas tenet et de ea tenere clamat, et unde cartam Alani filii Jordani patris ipsius Oliue cuius heres ipsa est habet etc., unde predictus Johannes questus fuit quod predicta Oliua non permittat eum habere faldam suam super eandem terram, et profert cartam predicti Alani que testatur quod ipse et Maria mater sua et alii concesserunt predicto Iwano totam terram patris sui tam illam de Ouertona quam aliam in feodum et hereditatem perpetuam.

Et Oliua uenit et dicit quod non debet ei warentizare, quia idem Johannes non est heres predicti Iwani, quia idem Johannes fuit filius cuiusdam diaconi et bastardus, set Robertus filius Willelmi nepos ipsius Johannis est heres ipsius Iwani, et ideo non uult warentizare nisi curia considerauerit.

Et Johannes dicit quod est heres ipsius Iwani, et bene patet quia in curia Dom. Regis Ricardi implacitauit ipse Robertum Dinant per finem factum in curia eiusdem Regis de eadem terra per cirographum quod profert et quod hoc testatur.

Et Oliua dicit quod hoc non debet ei nocere, quia Alanus dedit terram illam Iwano tantum, et nulla mencio facta est in carta de heredibus ipsius Iwani, et petit iudicium si debeat warentizare desicut nulla facta est mencio de hereditate in carta. Ad cartam quam profert sub nomine Roberti filii Johannis uiri ipsius Oliue et sub nomine Oliue dicit quod non tenetur warentizare quia uir suus in uita sua uoluntatem suam facere posset de omnibus terris suis quia eis[1] contradicere non potuit.

Et quia non continetur in carta quod donum factum esset nisi tantum Eudoni[2] et non heredibus suis, nec mencio fit de heredibus, consideratum est quod non tenetur warentizare, et ideo Oliua recedat quieta de warentizacione, et Johannes in ricordia etc.

[1] Corr. *ei*. [2] Corr. *Iwano*.

Assisa uenit recognitura si Hamon Cheure et tales iniuste etc. disseisiuerunt Hamonem filium Wlwini de libero tenemento suo in Wittingeshete post ult' etc. Et Hamon Cheure tantum uenit, et alius non fuit inuentus, et Hamo nichil dicit quare assisa remaneat. Post uenit Hamon et dicit quod predictus Hamon filius Wlwini est uillanus, et inuenit plegios de prosequendo scil. Heruicum de Stanho et Thomam Buhurd. Dies datus est eis, et tunc habeat predictus Hamon probacionem suam. Laundic.

Ad diem illum uenit Hamo Cheure et produxit quemdam Edricum auunculum ipsius Hamonis filii Wlwini, qui dicit quod liber homo est[1]. Producit eciam quemdam filium amite ipsius Hamonis, qui dicit quod liber est. Producit eciam Henricum filium predicti Wlwrici qui dicit similiter quod liber homo est. Produxit eciam quosdam qui dicebant quod interfuerunt ubi parentes sui dederunt leganciam pro feminis maritandis et huiusmodi. Et Hamon filius Wlwini producit ex parte sua Willelmum de Fakeham filium amite sue ex parte patris, qui dicit quod liber est. Producit eciam tales qui dicunt quod liberi sunt. Et quia idem Hamon nullam sectam producit de uillenagio, et alter Hamon sectam habet sufficientem de libertate sua, consideratum est quod idem Hamon filius Wlwini recuperauit seisinam suam ut liber homo et Hamon in misericordia etc. Dampnum etc.

Nota de exceptione uillenagii contra assisam noue disseisine, et quod probatio libertatis disseisiti cadit in assisam noue disseisine per parentes[2].

3. Willelmus de Auges petit uersus Simonem le Bigod aduocacionem medietatis ecclesie de Pallinge ut ius suum, unde Hugo pater suus fuit seisitus ut de feodo et iure tempore R. Regis, ita quod presentauit quemdam Robertum clericum ad eandem ecclesiam, qui ad presentacionem suam fuit admissus et cepit inde expleta ad ualorem etc., et hoc offert etc. sicut curia etc. Happing.

Et Simon uenit et defendit ius suum et ponit se in magnam assisam, et petit recognicionem fieri utrum ipsorum maius etc.

Et super hoc uenit Prior de Ikelinge, et dicit quod

[1] The kinsfolk of the alleged villein produced to prove his villein status, prove him free.

[2] i.e. *probatio libertatis disseisiti per parentes cadit in assisam.* See Br. f. 199 § 4.

Bartholomeus de Benham habuit aduocacionem illam, et terram ad quam aduocacio illa pertinet, et dedit [illam aduocacionem[1]] domui de Ikelinge, et postea uendidit terram Comiti Rogero le Bigod, de cuius dono predictus Simon habet terram illam, et profert cartam eiusdem Bartholomei que donum illud testatur [de aduocacione].

Et Simon dicit quod habet terram illam ex dono predicti Comitis, et habet cartam quam idem Bartholomeus fecit predicto Comiti de predicta terra cum aduocacione predicte ecclesie, et petit diem habendi cartam. Et habet. Dies datus est eis etc. Et Bartholomeus summoneatur quod sit ad predictum diem ad cognoscendum quam cartam prius fecit et quam cartam warentizare uoluerit etc. |

[257.] Ad diem illum uenit Bartholomeus et cognouit quod carta Prioris de Ikelinge prius facta fuit quam carta ipsius Simonis et illam warentizat. Et Simon presens fuit et remisit et quietum clamauit totum ius suum predicto Priori, et dicit quod nunquam fuit in seisina et quod nunquam presentauit ad predictam ecclesiam. Et quia carta ipsius Prioris prius facta fuit quam carta ipsius Simonis, et idem Simon remisit etc., consideratum est quod Prior est in seisina, et Willelmus de Auges perquirat se uersus eum si uoluerit, et sit in misericordia pro falso clamore etc.

1814. Clauering. Assisa uenit recognitura si Willelmus de Suffordia et Reginaldus de Suffordia iniuste etc. disseisiuerunt Willelmum Seissorem de libero tenemento suo in Lodenes post ult' etc. Et Willelmus uenit et concedit assisam, et Reginaldus non uenit et nescitur quis ipse est etc.

Juratores dicunt quod pater predicti Willelmi Seissoris fuit uillanus Rogeri patris predicti Willelmi de Suffordia, et tenuit de eo in uillenagio tota uita sua, et post mortem suam uenit idem Rogerus et dedit [W. Seissori[2]] j. mesuagium et j. acram et j. rodam terre tenendam libere pro una marca quam Willelmus Seissor ei dedit, ita quod debuit tenere terram illam pro viij. den. per annum et pro forinseco seruicio, et ita tenuit idem Willelmus Seissor terram illam et

[1] Words in brackets inserted by annotator.

[2] By annotator.

mesuagium tota uita ipsius Rogeri, et post decessum ipsius Rogeri uenit idem Willelmus Scissor ad predictum Willelmum de Suffordia et ad matrem suam et dedit eis v. sol. per sic quod posset terram illam tenere sicut prius illam tenuit, et terram illam ita tenuit donec predictus Willelmus de Suffordia eum iniuste disseisiuit. Et ideo consideratum est quod predictus Willelmus Scissor recuperauit seisinam suam etc. Nota quod filius uillani recuperat per assisam noue disseisine terram quam pater suus tenuit in uillenagio, quia dominus uillani illam dedit filio suo per cartam suam etiam sine manumissione[1].

Assisa uenit recognitura si Willelmus le Burginlun et alii tales etc. iniuste etc. disseisiuerunt Alexandrum de Omnibus Sanctis de libero tenemento suo in Naringe post ult' etc. Et nullus eorum uenit, set Clemens Capellanus balliuus dicti Willelmi uenit et nichil dicit etc. Et alii non fuerunt attachiati, et Hubertus de Victona seruiens hundredi dixit quod non attachiauit eos quia tenuerunt de ecclesia, et ideo in misericordia. Nortgreneho.

Juratores dicunt quod quidam Goscelinus de cuius dono predictus Alexander clamat terram illam non habuit terram illam nisi ad terminum uite sue de persona eiusdem ecclesie reddendo per ann. vj. den., et temporibus illis fuit idem Alexander balliuus suus et seruiens, et tunc prolocutum fuit quod predictus Joscelinus debuit[2] terram illam predicto Alexandro, set Joscelinus obiit inde seisitus, et statim post mortem suam uenit idem Willelmus et incontinenti posuit se in terram illam, unde dicunt quod Alexander nunquam fuit inde seisitus. Et ideo consideratum est quod Willelmus inde quietus et Alexander in misericordia etc.

Assisa uenit recognitura si Jacobus de Sumertona et tales etc. iniuste etc. disseisiuerunt Brianum de Sumertona de libero tenemento suo in Sumertona, post ult' etc. Et Jacobus et alii uenerunt et bene concedunt assisam. Fleg.

Juratores dicunt quod Ricardus pater predicti Jacobi tenuit terram illam sicut feodum suum, et habuit quamdam mulierem in domo sua ex qua habuit Brianum et tres alios pueros in suinecagio, et postea desponsauit ipsam mulierem

[1] Br. f. 192 b. According to Bracton there would be no manumission implied in this gift, for no mention is made of the donee's heirs. Nevertheless the donor can not eject the donee.

[2] Supply *dare* (?). A cross over *debuit* and another in the margin seem to note a mistake.

et genuit de ea predictum Jacobum et obiit ante nacionem ipsius Jacobi, et post mortem ipsius Ricardi sorores ipsius Ricardi posuerunt se in terram illam, et postea nato predicto Jacobo uenit capitalis dominus feodi et locutus fuit cum sororibus ipsius Ricardi de hoc quod se intruserant in terram illam, et tunc uenerunt sorores et reddiderunt predicto Jacobo terram illam et dederunt domino pro transgressione illa v. marcas, et idem dominus tradidit tunc terram illam matri ipsius Jacobi in custodia cum ipso Jacobo, et Jacobus semper remansit in custodia matris sue cum terra illa usque ad etatem suam, ita quod idem Brianus nichil habuit de terra illa nisi quod fuit in domo illa cum matre sua ut famulus suus. Et ideo consideratum est quod Jacobus et alii inde quieti, et Brianus etc.

1817. Blofeld. Assisa uenit recognitura si Galfridus de Hemelingtona auunculus Bartholomei de Stiuekeye fuit seisitus in dominico suo de xl. acr. terre etc. in Sutwalesham die etc., et si etc., quam terram Reginaldus Abbas S. Benedicti de Hulmo tenet. Qui uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia ipse non tenet terram illam, nisi ad terminum de Alexandro de Bassingburnia cuius terra illa est etc. Et ideo non uult respondere nisi curia considerauerit. |

[267 b.] Et Bartholomeus dicit quod hoc non debet ei nocere, quia statim post mortem predicti Gaufridi predictus Abbas cepit terram illam in manum suam, et semper postea illam tenuit ita quod nunquam fuit extra seisinam, nec idem Alexander umquam inde habuit seisinam, set bene potest esse quod idem Abbas tenetur eidem Alexandro in x. libr. per annum de camera sua. Concordati sunt etc.

1818. Constab. Assisa uenit recognitura si Walterus de Wultertona pater Willelmi de Wultertona fuit seisitus in dominico suo etc. de uno mesuagio cum pert. in Edinetorpe die etc., et si etc., quam terram Galfridus Prat et Margeria uxor eius tenent. Qui ueniunt et dicunt quod non obiit inde seisitus, et inde petunt assisam.

Nota quod non ualet donatio facta in languore unde moritur licet per octo dies, et quia non capit capleta[1].

Juratores dicunt quod predictus Walterus in languore quo obiit circa viij. dies ante mortem suam fecit quandam

[1] See Br. f. 40.

cartam Margerie sorori sue et mesuagium illud ei dedit, set ipsa nulla expleta inde cepit in uita ipsius Walteri nisi tantum quod cepit homagium. Et quia donum illud fuit factum in languore, et ipsa nulla expleta inde cepit in uita ipsius Walteri, Consideratum est quod Willelmus recuperauit seisinam suam, et Galfridus in misericordia etc.

9. Radulfus de Marisco posuit se in magnam assisam Dom. Regis in comitatu de consuetudinibus et seruiciis que Thomas Bardulphe petit uersus eum, unde idem Thomas exigebat ab eodem Radulfo quod redderet ei de uillenagio per annum xix. den. et aruram trium dierum et messuram trium dierum ad custum ipsius Thome, et gersonam pro filia sua maritanda et unam gallinam ad Natale et tot oua ad Pascha et tallagium et quod sit prepositus suus, et unde predictus Radulfus ei non cognouit nisi predictum redditum et araturam et messuram. Set quia illa sunt seruilia et ad uillenagium spectancia et non ad liberum tenementum, consideratum est quod magna assisa non iacet inter eos, set fiat inquisicio per xij. tam milites etc., ad recognoscendum si debeat predictas consuetudines et seruicia etc. Post uenit Radulfus et cognoscit omnes predictas consuetudines etc. Et ideo consideratum est quod Thomas recuperauit seisinam suam de predictis etc. Spikeworth.

0. Assisa uenit recognitura si Walterus de Hingham iniuste etc. disseisiuit Willelmum de Age de communa pasture in Pallinge que pertinet ad liberum tenementum suum in eadem uilla post ult' etc. Et Walterus uenit et concedit assisam, et dicit quod Willelmus nunquam habuit inde seisinam nisi dum idem Walterus fuit infra etatem et in custodia etc. Happing.

Juratores dicunt quod predictus Walterus non disseisiuit eundem Willelmum iniuste, quia pater ipsius Walteri et antecessores sui semper potuerunt terram illam excolere et inde facere uoluntatem suam sine aliqua communa quam ipse uel alius ibi haberet, set reuera dum idem Walterus fuit in custodia habuit idem Willelmus aliquando communam per custodem. Et ideo consideratum est quod Walterus inde quietus et Willelmus in misericordia pro falso clamore etc.

1821. Lauenden. Assisa uenit recognitura si Robertus Frost de Ho pater Juliane, Matillidis, Sarre et Margarete fuit seisitus in dominico suo etc. de xviij. acr. terre cum pert. in Ho etc., quam terram[1] Willelmus de Gloucestria et Isobella uxor eius tenent terciam etc., et Thomas filius Isobelle duas partes. Qui ueniunt et dicunt quod assisa non debet inde fieri, quia Walterus Parlet quondam uir predicte Margarete et ipsa Margareta alias in curia Dom. Regis coram Galfrido de Boclande et sociis suis iusticiariis itinerantibus tulerunt assisam mortis antecessoris de tota terra illa uersus predictum Thomam et predictam Isobellam, ita quod per finem factum et per cyrographum, quod proferunt et quod hoc testatur, remisit totum clamium suum pro duabus marcis in perpetuum. Et Margareta non potest hoc dedicere. Et ideo consideratum est quod Thomas et Isobella eant quieti de parte ipsius Margarete. Et quia Thomas cognouit quod coram iusticiariis quando finis ille factus fuit dictum fuit quod ipsa Margareta sorores habuit, consideratum est quod respondeat de tribus partibus aliarum sororum etc. [licet clamium publice non apponerent[2].]

Et Thomas dicit quod assisa non debet inde fieri quia predictus Robertus pater earum non obiit seisitus de terra illa, nisi tantum de tribus acris, et idem Robertus habuit duos filios Henricum et Rogerum, et Henricus duxit uxorem et habuit filium, et preterea Rogerus adhuc uiuit. Et Juliana, Matillis et Sarra dicunt quod pater ipsarum obiit seisitus de tota terra illa, et quod Henricus et Rogerus mortui sunt et nullum puerum habuerunt. Et ideo procedit
[298.] assisa de tribus partibus duarum | parcium predicte terre quas duas partes predictus Thomas tenet.

Juratores dicunt quod predictus Robertus Frost obiit inde seisitus ut de feodo scil. de predictis tribus partibus duarum parcium xviij. acr. terre, et quod Juliana, Matillis et Sarra sunt propinquiores heredes ipsius Roberti, et quod predictus Henricus frater ipsarum nullam seisinam habuit de terra illa post mortem Roberti. Et ideo consideratum est

[1] Corr. *cuius terre*. [2] By the annotator.

quod predicte Juliane[1] et alie recuperauerunt seisinam suam, et Thomas in misericordia etc.

Assisa uenit recognitura si Robertus Attehasse pater Margarete fuit seisitus in dominico suo etc. de l. acr. terre cum pert. in Parua Gressingeham die etc., et si etc., quam terram Nicholaus filius Magistri Roberti de Hoctona tenet. Qui uenit et dicit quod non debet inde assisa fieri, quia bene potest esse quod predictus Robertus obiit inde seisitus, et habuit unum filium Umfridum nomine, qui post mortem suam fuit seisitus de eadem terra ut filius et heres suus, et occidit quemdam capellanum, et fuit utlagatus, et postea captus et imprisonatus et in prisona obiit, et petit inde iudicium. Et Margareta hoc totum cognoscit preter utlagacionem. Et quia cognoscit seisinam Humfridi post mortem patris sui, consideratum est quod assisa non iacet, et ideo Nicholaus inde sine die, et Margareta in misericordia etc. Suthgrenho.

Assisa uenit recognitura si Siwatus Norel pater Hugheline, que fuit uxor Willelmi Prest, Alicie et Mabilie fuit seisitus in dominico suo ut de feodo etc. de vij. acr. terre cum pert. in Plumstede die etc., et si etc., unde Adam filius Wluine qui dim. acr. inde tenuit obiit. Et Wimerus filius Presbiteri et tales etc. qui reliquam partem tenent ueniunt et dicunt quod predictus Siwatus non obiit seisitus nisi de medietate predicte terre, quia Osegotus frater suus tenuit alteram medietatem. Et Alicia et Mabilia non potuerunt hoc dedicere. Et ideo Wymerus et alii sine die et Alicia et Mabilia in misericordia pro falso clamore etc. Blafeld.

Nota quod cadit breue per pluspetitionem licet obiret seisitus de medietate.

Johannes de Berefordia et Beatricia uxor eius petunt uersus Henricum de Pagraue et Ceciliam uxorem eius terciam partem xx. sol. redditus cum pert. in Totingtona ut dotem ipsius Beatricie. Et Henricus et Cecilia ueniunt et uocant inde ad warantum Henricum filium Willelmi, qui est in custodia Oliueri de Vallibus, et ideo Oliuerus summoneatur

Nota mulier recuperabit dotem non obstante minore etate waranti cum uocatus fuerit ad warantum saluo tamen iure tenentis de warantia cum ad etatem peruenerit. Set hoc de redditu tenentium et ita quod non sint ex hoc in dampno[2].

[1] Corr. *Juliana*.

[2] See Br. f. 300. This may be a case of dos nominata. The dowager recovers against the tenants, whose claim against the infant vouchee is saved until he shall be of full age. The last words of the note seem to mean that it is out of the rent held by the tenants, Henry and Cecilia, that the dower is to come, but they are not to be losers as they will be able to recover a recompense hereafter. But the record hardly bears this interpretation.

quod habeat eum etc. Ad diem illum uenit Oliuerus et Henricus non uenit et est infra etatem. Et Oliuerus nichil sciuit dicere quare dotem non haberet. Et ideo consideratum est quod predicti Johannes et Beatricia recuperauerunt seisinam suam ut de dote ipsius Beatricie ad ualenciam ternie partis de redditu ipsius Henrici[1] usque ad etatem Henrici[2], saluo iure suo cum ad etatem peruenerit de warentia si inde loqui uoluerit etc.

1825. Humlliard. Assisa uenit recognitura si Radulfus de Tiuilla et Bartholomeus Clericus iniuste etc. disseisiuerunt Philippum le Cunuers de libero tenemento suo in Intewode post ult.' Et Radulfus uenit et dicit quod reuera idem Philippus fuit in seisina dum fuit iudeus[3], et quod ipsum inde non disseisiuit, set habet seisinam per Dom. Regem per breue suum, quod tale est, quod Dom. Rex mandauit uicecomiti Northfolchie quod iusticiarii ad custodiam iudeorum assignati liberauerunt Radulfo de Tyuilla terram que fuit Elye de Cheswico iudei postea facti cristiani in Intewode tenendam quamdiu Dom. Regi placuerit pro dim. marc. Profert eciam breue Henrici de Braybroc et iusticiariorum ad custodiam iudeorum assignatorum in quo continetur quod terra quam Elyas de Chesewic iudeus qui modo est cristianus tenuit in Intewode de feodo Radulfi de Tyuilla liberata[4] Radulfo de Tyuilla per Magistrum Elyam de Dorsetia pro dim. marc., et testatur liberacionem Dom. Regis.

Et Philippus uenit et dicit quod tenuit terram illam dum fuit iudeus, et postquam fuit cristianus fuit in seisina de eadem terra donec predictus Radulfus eum eiecit de terra illa, ita quod per breue noue disseisine recuperauit seisinam suam coram iusticiariis itinerantibus scil. G. de Bocland etc[5]., et postea ut dicit per eundem est disseisitus. |

[233 b.] Et Radulfus dicit quod eum non disseisiuit, set quod ipse habet seisinam suam per Dom. Regem per breue suum de quo facta est mencio, et sicut iusticiarii iudeorum testantur per litteras suas. Et quia testatum est quod est in seisina

[1] Henry Fitz William (?).
[2] Henry Fitz William.
[3] Philip the Convert has changed name as well as faith; he was once Elias.
[4] Supply est.
[5] See above, Case 1145.

per Dom. Regem, iudicium ponitur in respectum usque ad talem diem etc.

Postea apud Westmonasterium uenerunt iusticiarii iudeorum et dicunt quod non tradiderunt predicto Radulfo terram illam nisi quousque percipisset inde dim. marc. quam eadem terra debuit pro debito iudeorum, et Radulfus tenuit eam per balliam illam per vj. annos et amplius. Et ideo consideratum est quod Philippus recuperauit seisinam suam, et Radulfus in misericordia, et Radulfus aquietet illam dim. marc., et satisfaciat ei de arreragiis suis etc.

Assisa uenit recognitura si Magister Ricardus persona ecclesie de Ruswrthe et tales[1] etc. iniuste etc. disseisiuerunt Adam de Ruswrthe de libero tenemento suo in eadem uilla post etc. Et Magister Ricardus persona obiit, et tales ueniunt et dicunt quod nichil clamant in gurgite illo unde disseisina facta fuit, et petunt iudicium desicut idem Magister Ricardus qui obiit disseisinam illam fecit et inde seisinam habuit, et ipsi nullam seisinam habuerunt, si ad hoc breue debeant respondere. Gillecros. Nota de breue habendo super successorem persone post disseisinam sicut super heredem.

Et predictus Adam non potuit hoc dedicere quin idem Ricardus esset capitalis disseisitor, nec quod ipsi etc. aliquam seisinam inde non habuissent. Consideratum est quod Willelmus et Hugo inde sine die et quod Adam nichil capiat per breue istud.

Et quia testatum est quod assisa noue disseisine aramiata fuit et uisus terre ante obitum ipsius Ricardi factus, habeat aliud breue si uoluerit uersus successores ipsius Ricardi etc.

Assisa uenit recognitura si Eudo pater Walteri fuit seisitus in dominico suo etc. de xxxvj. acris terre cum pert. in Esterburgho die etc., et si etc., quam terram Rannulfus de Braham tenet. Qui uenit et dicit quod habet terram illam ex dono Comitis Hugonis le Bigod per cartam suam quam profert et que hoc testatur, et uocat inde ad warantum Rogerum filium et heredem ipsius Comitis, qui est infra etatem. Shorpham.

Et Walterus uenit et dicit quod carta non debet ei nocere, quia quidam Willelmus de Toftes terram illam uendi-

[1] Apparently William and Hugh.

dit predicto Eudoni patri suo, ita quod ipse Eudo obiit inde seisitus ut de feodo, et post mortem suam dum idem Walterus fuit infra etatem et in custodia predicti Willelmi uenit idem H. Comes et intrusit se in terram illam, ita quod predictus Willelmus implacitauit eundem Comitem, et tandem tantum fecit idem Comes uersus eundem Willelmum quod idem Willelmus concessit ei ius suum, et petit iudicium si ea occasione debeat assisa remanere.

Et post dicit Rannulfus salua warentia sua uersus predictum [Walterum[1]] quod predictus Eudo non obiit seisitus ut de feodo, quia non habuit inde nisi custodiam de ballio predicti Comitis Hugonis. Et ideo consideratum est quod assisa procedat, et si iuratores dicant quod [idem] Eudo inde obiit seisitus ut de feodo, habeat iste W. seisinam suam et Rannulfus expectet usque ad etatem predicti Rogeri filii et heredis predicti H. Comitis ut tunc habeat [Rannulfus] recuperare suum uersus eundem Rogerum de warentia.

Juratores dicunt quod non obiit seisitus ut de feodo etc. nisi sicut custos et seruiens Comitis etc. Et ideo Rannulfus inde sine die, et Walterus in misericordia etc.

Nota pro Corbyn quod etas non expectatur[2].

[Ad hoc facit quod habetis de itinere M. de Pateshulle in comitatu Suffolkie anno Regis Henrici xij. Assisa mortis si Rogerus de Glouc'. Ibi non expectatur etas heredis domini capitalis qui inde feoffauit dum ipse heres fuit infra etatem, set capta fuit assisa saluo feoffato recuperare suum de escambio cum heres ad etatem perueniret, et illud idem de iure obseruandum si fiat alienatio post breue impetratum per uerum heredem, siue ipse heres infra etatem fuerit uel plene etatis.]

1828. Walterus filius Roberti et plures alii etc. tulerunt breue de libertate sua probanda uersus Comitem Hugonem qui obiit et uersus Rogerum filium eius qui est infra etatem. Et quia idem Rogerus est infra etatem nec potest placitare de tali placito cum proprietatem iuris tangat, ideo consideratum est quod inquiratur per xij. de uisneto proximo que seruicia et quas consuetudines predicti Walterus et alii

[1] Words in [] due to annotator.

[2] As to Corbin's case see above, Case 1782. The annotator has here alluded to it in the margin and at a later time has added in the margin the case of Roger of Gloucester, which will be found at length in MS. f. [illegible] b. Bracton cites the case of Richard fitz Walter on f. [illegible] b and again on f. [illegible]; and on this latter occasion cites it in immediate connexion with the case of Roger of Gloucester.

fecerunt Rogero Comiti Bigod et H. Comiti patri istius Rogeri. Et Dom. Rex illud idem per breue suum mandauit, quod tale fuit, quod iusticiarii diligenciam et consilium apponerent secundum consuetudinem[1] et legem terre ut homines Rogeri le Bigod facerent eidem Rogero easdem consuetudines etc. que facere consueuerunt Hugoni patri istius Rogeri etc. Et postea facta est inquisicio per tales etc. quod predictus Walterus et alii etc. fecerunt Comiti Rogero le Bigod tempore suo tales consuetudines etc. et quod uiderunt eos facere easdem consuetudines iuste uel iniuste H. Comiti etc. Et quia has etc. fecerunt Comiti H. patri etc., ideo faciant easdem etc. predicto Rogero dum fuerit infra etatem, et cum uenerit ad etatem perquirant se uersus ipsum si uoluerint. | Nota.

9. Assisa uenit recognitura si Robertus de Meautona frater Willelmi fuit seisitus in dominico suo etc. de xvj. acris terre etc. cum pert. in Brimingham die etc., quam terram Petrus de Meautona tenet. Qui uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia ipse est filius fratris primogeniti et Willelmus filius fratris postnati, unde inter eos non iacet assisa mortis antecessoris de morte auunculi sui, quia manifestum est quod filius fratris primogeniti propinquior heres est quam filius fratris postnati. Et ideo consideratum est quod Petrus et Reginaldus[3] inde sine die, et Willelmus in misericordia, et perquirat se per breue de recto si uoluerit etc.

[illegible] Holt. Nota quod assisa mortis non iacet inter eos de hereditate descendente a communi stipite scil. nepotibus de morte auunculi[2].

0. Assisa uenit si Adelstanus de Stiuekeya pater Roberti Brid [fratris antenati] fuit seisitus in dominico suo ut de feodo etc. de iiij. acris terre cum pert in Stiuekeya, quam terram Clemens filius Galfridi et Cristiana uxor eius tenent. Et Cristiana dicit quod ipsa est neptis predicti Roberti filia Huberti fratris sui [licet postnati], et Hubertus pater suus obiit seisitus de terra post mortem Adelstani patris sui, et petit iudicium si assisa procedere debeat inter neptem et

Nergreneho.

Item de eodem inter neptem et auunculum[4].

[1] *consuet'*.
[2] Br. f. 278 b.
[3] A second deforciant.
[4] See last case. The words printed within [] are interlined by the annotator. Apparently he himself remembers that Robert was the elder, Hubert the younger son of Athelstan.

auunculum in tali casu. Et consideratum est quod assisa non iacet, et ideo Clemens et Cristiana inde sine die, et Robertus perquirat se per breue de recto si uoluerit et in misericordia etc.

1831. Lincoln. Radulfus Abbas de Neubet summonitus fuit ad respondendum Priori de Thurgantona[1] quare non permittit eum presentare idoneam personam ad ecclesiam de Adelingtona que uacat et ad suam spectat donacionem ut dicit, et unde queritur quod idem Abbas ipsum iniuste impedit etc., unde idem Prior dicit quod Henricus Biset aduocatus eiusdem ecclesie dedit domui sue aduocacionem illam per cartam suam quam profert et que hoc testatur etc.

Et Abbas de Neubod uenit et dicit quod iuste impedit presentacionem suam quia dictus Henricus dedit domui sue de Neubod aduocacionem illam antequam carta ipsius Prioris facta esset per multos annos et dies. Et profert cartam ipsius Henrici que donum illud testatur. Dicit eciam idem Abbas quod idem Henricus postquam eandem cartam fecerat domui sue sigillum suum amisit, et interim fecit ei cartam suam de dicta aduocacione et per aliud signum quod de nouo factum fuit illam signauit scilicet eodem signo quo signata est carta Prioris.

Et super hoc[2] Warinus de Bassingeburnia qui duxit in uxorem neptem et heredem predicti Henrici et petit eandem seisinam quam Henricus habuit et quam ipsi cognoscunt, et bene cognoscit quod Henricus fecit utrasque cartas tam Abbatis quam Prioris etc.

Et tam Abbas quam Prior cognoscunt quod Henricus presentauit ultimam personam etc., set post presentacionem illam fecit cartas illas. Et quia uxor Warini non fuit presens sine qua non potest iudicium fieri, datus est dies eis etc., et Warinus manucepit de habenda uxore sua ad diem illum. Idem dies datus est Priori et Abbati de audiendo iudicio etc.

Ad diem illum uenerunt Warinus et Albreda uxor eius

[1] ...ewboth in Lincolnshire, Thur...n in Nottinghamshire. For ...to the Prior see Monast. vol. 6, p. 190.

[2] Supply *uenit*.

et bene cognoscunt cartas tam Prioris quam Abbatis, set dicunt quod carte ille non debent eis nocere, quia post confectionem cartarum illarum [nunquam[1]] presentauit idem Henricus ad eandem ecclesiam nec eundem Petrum nec alium et inde pon' se super patriam. Et Prior ponit se similiter super patriam quod carta sua prius facta fuit quam carta ipsius Abbatis. Et Abbas similiter e contra. Fiat inde iurata per testes nominatos etc. tam in carta Prioris quam in carta Abbatis, et ueniat iurata tali die etc.

Ad quem diem uenerunt Warinus de Bassingeburnia et Albreda uxor eius et recognoscunt aduocacionem illius ecclesie esse ius Prioris de Thurgarstona etc. Et procedat iurata tantum in[2] Abbatem de Neubod et eundem Priorem ad recognoscendum que cartarum que prolate sunt sub nomine Henrici Biset prius facta fuit.

Juratores dicunt quod carta Prioris prius facta fuit quam carta Abbatis. Et ideo etc.

2. Assisa uenit recognitura si Galfridus Carpentarius pater Willelmi fuit seisitus in dominico etc. de tercia parte molendini de Halleblund etc. quam terciam partem Nicholaus de Bergh tenet. Et Nicholaus non uenit et fuit expectatus usque ad quartum diem. Ideo procedat assisa per defaltam etc. | Lodding.

Juratores dicunt quod predictus Galfridus obiit inde seisitus sicut breue dicit, quia quando laborabat in extremis secundo die ante mortem suam, uendidit idem Galfridus predicto Nicholao illam terciam partem pro xx. solidis, set in uita ipsius Galfridi nichil fuit solutum de predictis denariis, set post mortem ipsius Galfridi filia sua recepit de predictis denariis x. solidos, set reuera idem Galfridus obiit seisitus secundum quod predictum est. Et ideo consideratum est quod Willelmus recuperauit seisinam suam et Nicholaus in misericordia etc. [209 b.] Error[3].

[1] *nunquam* interlined. An omission may be suspected. The passage should run, *set dicunt...illarum presentauit idem Henricus quendam Petrum. Et Abbas et Prior dicunt quod post confectionem cartarum illarum nunquam presentauit idem* etc.

[2] Corr. *inter.*

[3] It is hard to see from Bracton's point of view where the error is; see f. 61 b. The word is written at the extreme edge of the page and has not a very serious look.

1833. Assisa uenit recognitura si Johannes del Frid pater Johannis fuit seisitus in dominico suo etc. de vj. acris terre cum pert. in Westona die etc., et si etc., quam terram Richerus Brunger tenet. Qui uenit et cognoscit quod est uillanus Rogeri de S. Dionisio. Et Johannes dicit quod hoc ei nocere non debet, quia quicquid idem dicat de uillenagio, ipsemet ut liber homo sine contradiccione domini sui terram illam dedit Johanni del Frid patri istius Johannis pro homagio et seruicio suo, et mortuo eodem Johanne iste Richerus cepit terram illam in manum suam ut dominus illius feodi. Et Richerus non potest dedicere quin idem Johannes haberet[1] ingressum in terram illam, et ideo respondeat de facto suo. Set dicit quod non tradidit ei terram illam nisi ad terminum, et inde ponit se super iuratam. Et Johannes similiter.

Juratores dicunt quod predictus Johannes obiit seisitus de eadem terra ut de feodo ut de dono ipsius Richeri, et quam terram idem Richerus ut liber homo recuperauit per assisam in curia Dom. Regis simul cum aliis sex acris. Et ideo consideratum est quod predictus Johannes recuperauit seisinam suam, et Richerus in misericordia.

1834. Radulfus filius Aueline petit uersus Reginaldum filium
Fraib. Eadmundi quod teneat ei finem factum in curia Dom. Regis coram iusticiariis itinerantibus apud Norwicum inter Auelinam filiam Alicie matrem ipsius Radulfi cuius heres ipse est petentem et Edmundum de Geytona patrem ipsius Reginaldi cuius heres ipse est tenentem de xxx. acris terre cum pert. in Wike etc., unde cyrographum etc., et unde idem Radulfus queritur quod idem Reginaldus attraxit quamdam Idam uillanam suam et Willelmum filium eius extra feodum ipsius Radulfi ad feodum suum contra finem illum.

Et Reginaldus uenit et cognoscit cyrographum et finem et dicit quod nullum uillanum nec uillanam attraxit de feodo illo contra finem illum, set bene cognoscit quod quedam Matillis mater sua tenuit quamdam terram in dotem in qua idem Willelmus et Ida manserunt, et que terra post mortem ipsius Matillidis eis[2] descendit, et bene cognoscit quod tenent

[1] Supply *talem* (?). [2] Corr. ei (?)

de eo libere et per liberum seruicium, set nichil clamat in corporibus ipsorum, et preterea nulla fit mencio de ipsis in cirographo. Et ideo consideratum est quod Reginaldus inde sine die et Radulfus in misericordia etc.

Wakelinus de Ros summonitus fuit ad respondendum et ad warentizandum Johanni de Ingewrthe xl. acr. terre etc. in Welles quas tenet etc., et unde cartam suam etc. Clakelos.

Et Wakelinus uenit et dicit quod non tenetur ei warentizare terram illam quia idem Johannes nichil tenet de eadem terra, et desicut breue suum dicit quod ei warentizet terram quam tenet, et nullam partem inde tenet, non uult ei respondere nisi curia considerauerit cum sit breui suo contrarius. Et praeterea cognoscit cartam, set dicit quod idem Johannes nunquam fuit in seisina de eadem terra per ipsum et quod nunquam ei terram dedit per cartam illam ita quod seisinam haberet, et si seisinam haberet, illam habuit per intrusionem, ita quod quidam assisam noue disseisine arramiauit super eum de predicta terra. Et ideo expectet donec assisa noue disseisine capiatur, et si retinuerit per assisam tunc procedatur in warentia, si uero amiserit tunc fiat quod de iure fuerit faciendum etc. Nota de eo qui tulit breue de warantia carte super alium, qui respondit quod non debuit warentizare quia non tenuit terram et breue dixit quam tenuit. Et quia assisa noue arramiata fuit uersus illum qui petiit warantizari remansit placitum de warantia donec assisa capta esset[1].

Assisa uenit recognitura si Richerus de Saxlingham, Willelmus filius Ade, Reginaldus le Moynne et Hugo de Illegha et Galfridus de Rayndona iniuste etc. disseisiuerunt Radulfum de Burneham de libero tenemento suo in Burnham post ult' etc. Galeho.

Et Richerus et alii ueniunt et dicunt quod assisa non debet inde fieri, quia ipsi sunt in seisina de tenemento unde uisus factus est per Philippum de Swaringes, Gaufridum de Swaringes, Simonem de Nodariis et Bartholomeum de Stiuekeye iusticiarios assignatos per preceptum Dom. Regis[2] ad inquirendum quas libertates Willelmus le Ventre, cuius filias et heredes predicti Richerus et socii sui duxerunt in uxores, habuit die quo iter arripuit uersus Terram Sanctam in Burnham in terra et in mari etc. | et quas libertates Philippus de Burnham pater predicti Radulfi cuius ipse heres ipse est habuit eodem tempore in eisdem locis etc. [270.]

[1] As to the first of these points see Br. f. 399.

[2] Rot. Cl. vol. 2, p. 150. Dated 13 April 1226.

Et Radulfus uenit et dicit quod ipsi fuerunt iusticiarii constituti ad inquirendum solum de libertatibus et non de aliquo libero tenemento sicut patet per litteras Dom. Regis eis inde directas. Et Philippus de Swaringes et socii sui presentes sunt et hoc deaduocant, et dicunt precise quod de nullo libero tenemento seisinam habuit[1] per eos, immo preceperunt recognitoribus quod secundum tenorem mandati Dom. Regis facerent utrisque eorum seisinam de libertatibus quas habere debent et quas antecessores habuerunt. Et quia iusticiarii constituti ad cognoscendum tantum de libertatibus sicut predictum est inter predictum Radulfum et Richerum et alios participes suos et xij. iuratores per quos inquisicio facta fuit dicunt quod fossatum illud unde uisus factus est non fuit per eos prostratum, et quia non fuit contentum in litteris Dom. Regis quod aliqua fieret inquisicio super tenemento, consideratum est quod assisa procedat.

Juratores dicunt quod quidam mariscus qui uocatur Terholme ante tempus Willelmi de Vautre communis fuit tam antecessoribus ipsius Willelmi quam antecessoribus predicti Philippi et hominibus eorum de Burnham, sed postea idem Willelmus per quemdam Asketillum berearium suum cepit ipse[2] mariscum illum in manum suam, ita quod nullus in eo communam habuit, et remansit ei predictus mariscus donec predictus Philippus pater Radulfi cepit bidentes in pastura illa et finem cepit pro eisdem, et sic remansit idem Philippus in seisina quousque mariscus ille partitus fuit inter ipsum et heredes predicti Willelmi per medium, et post ipsum Philippum remansit iste Radulfus in seisina medietatis illius marisci quousque seruiens hundredi per uisum Henrici de Stanho et sociorum suorum iuratorum[3] disseisiuit eum et de una medietate et de alia. De fossato autem unde uisus factus est dicunt quod per uisum eorundem iuratorum prostratum fuit. Et quia predicti iiij. iusticiarii ad hoc assignati deaduocant quod per ipsos non habuerunt predicti Richerus et alii aliquam seisinam, consideratum est quod Radulfus

[1] Corr. *habuerunt*. The justices say that it was not through them that Richer and his fellows obtained seisin.

[2] Om. *quo*.

[3] The jurors in the previous action

recuperauit seisinam suam et Richerus et alii in misericordia etc.

Assisa uenit recognitura si Walterus le Hayward iniuste etc. disseisiuit Heruicum filium Walteri et Thedam uxorem eius de libero tenemento suo in Suafham infra summonicionem itineris iusticiariorum. Et Walterus uenit et nichil dicit quare assisa remaneat. Landich.

Juratores dicunt quod Heruicus et Theda uillani sunt, set reuera ipsi tenent sex acras terre per liberos denarios suos unde ipsi diss'[1] eos et sicut illas quas Reymerus primus uir dicte Thede tenuit ita quod eas emerat de balliuis domini sui ad tenendum libere per denarios suos, set reuera uillanus fuit sicut et Heruicus, et terra illa post mortem ipsius Reymeri remansit Thede per idem seruicium. Et quia Reymerus primus uir suus obiit seisitus de libertate per uoluntatem dominorum suorum, et pueri similiter liberi per eandem uoluntatem, et ipsa similiter fuit in libertate post mortem uiri sui, unde si uidua esset [et non maritata Heruico[2]] manifestum est quod assisa iaceret et quod disseisita esset, similiter propter uirum suum qui uillanus est non debuit disseisiri de libero tenemento unde seisita fuit, set si ipsi petere uellent uersus aliquem aliquam terram non posset petere uiuente marito suo, ideo consideratum est quod Heruicus et Teda recuperauerunt seisinam suam, et Walterus in misericordia etc. Bonum. Nota. Nota quod mulier que est libera uel in statu libero saltem ad minus non debet disseisiri quia recuperare posset per assisam quamdiu nupta fuerit uillano set hereditatem petere non poterit[3].

Assisa uenit recognitura si Adam de Kaylli, Walterus del Acre, Willelmus de Hornigefendia iniuste etc. disseisiuerunt Radulfum de Munt Pinzun de libero tenemento suo in Magna Riburge post ult' etc. Forho.

Et Adam uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia Fulco pater ipsius Radulfi obiit seisitus de tenemento unde uisus factus est, ita quod idem Radulfus nunquam post mortem suam fuit in seisina, set statim post mortem Fulconis

[1] Corr. *ipse disseisiuit.*

[2] Interpolated by annotator.

[3] The reasons for this judgment are given with unusual elaboration. Bracton, f. 202 b, apparently held that in such a case as this the villein's wife might recover in the novel disseisin; but the point seems to have been disputable: cf. f. 202. Observe the annotator's introduction of the phrase *in statu libero;* Bracton habitually speaks of a villein who is *de facto* enjoying freedom as *statu liber.*

uenerunt balliui Comitis Warrenne et seisiuerunt tenementum illud in manum Comitis ut illam que[1] debet esse in custodia sua eo quod idem Fulco de eo tenuit, et similiter Robertus filius Walteri quamdam partem illius feodi in manum suam, ita quod idem Adam per eos custodiam illam habet etc.

Et Radulfus dicit quod predictus Fulco pater suus in ligia potestate sua per tres annos ante mortem suam dedit ei tenementum illud et eum in seisinam posuit, ita quod toto tempore ipsius Fulconis fuit ipse in seisina de eadem terra per Rogerum filium Osberti qui inde fuit custos suus, et post mortem patris sui similiter fuit ipse in seisina continua quousque predictus Adam iniuste ipsum disseisiuit sicut breue dicit, et inde ponit se super iuratam. Et Adam similiter etc.

Juratores dicunt quod predictus Adam et alii non disseisiuerunt eum sicut breue dicit, quia reuera predictus Fulco [270 b.] pater suus | dedit ei terram illam per cartam suam in pleno comitatu et ei seisinam fecit per fustum et baculum, set postea remansit idem Fulco in continua seisina usque ad mortem suam, et inde obiit seisitus, et postea uenit idem Radulfus et posuit se in seisinam et fuit in seisina quousque balliui Comitis et Roberti filii Walteri eum inde eiecerunt, et bene dicunt quod nullam seisinam habuit in uita ipsius Fulconis. Et ideo consideratum est quod Adam et alii eant inde quieti etc.

Bonum. Nota quod subreptitia et simulata donatio in comitatu per fustum et bastonem et per hostium et haspam non ualet sine seisina continua usque ad mortem donatoris[2].

1839. Chauham. Assisa uenit recognitura si Aluredus Corpe frater Gilliberti fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de x. acr. terre cum pert. in Raytulphaghe die etc., et si etc., quam terram Editha de Raytulphaghe tenet. Que uenit et dicit quod assisa non debet super eam procedere, quia ipsa nichil clamat in terra illa nisi dotem, et inde uocat ad warantum Aliciam, Auiciam et Gunnildam filias et heredes Johannis quondam uiri sui. Et Alicia una filiarum suarum presens est, et dicit quod bene warentizat et dicit quod terra illa est hereditas sua et sororum suarum, ut illam quam Johannes pater suus emit de Agnete de Millers domina feodi post mortem

[1] Sic.
[2] Br. f. 49—51. A good example of a collusive gift.

Aluredi, set non habet cartam nec uocat eam inde ad warantum.

Et Gilibertus uenit et dicit quod non debet ei terram illam warentizare, quia Aluredus primus uir suus[1] et frater ipsius Giliberti tenuit terram illam et obiit seisitus de terra illa. Post mortem illam remansit terra illa predicte Edithe, ita quod predictus Johannes pater predictarum Alicie, Auicie et Gunnilde postea uenit et desponsauit eam et genuit ex ea ipsas filias que nullum ius habent in terra illa. Et inde ponit se super iuratam. Bonum.

Juratores dicunt quod predictus Aluredus habuit duos fratres Hugonem [medium] medio tempore natum[2] et Gilibertum postnatum qui nunc petit, set Hugo cepit quamdam terram in uillenagio et duxit uxorem [uillanam] et in uillenagio illo procreauit quemdam filium qui adhuc superest ita quod obiit uillanus [ipse Hugo], set Gilibertus semper remansit in libertate sua. Et bene dicunt quod idem Aluredus obiit seisitus de predicta terra ut de feodo et quod iste Gilibertus propinquior heres eius est, ea racione quod filius Hugonis genitus fuit in uillenagio. Et bene dicunt quod predicte Alicia, Auicia et Gunnilda fuerunt filie predicti Johannis secundi uiri predicte Edithe qui nullum ingressum habuit in terram illam nisi per ipsam Editham que nullum ius habuit in terra illa. Et ideo consideratum est quod Gilibertus recuperauit seisinam suam, et Editha in misericordia etc. Nota ubi liber homo ingreditur ad natiuam in uillenagio[3].

Assisa uenit recognitura si Galfridus filius Alani iniuste etc. disseisiuit Milisantam filiam Rogeri de libero tenemento suo in Tudenham post ult' etc. Forho.

Et Galfridus uenit et dicit quod assisa non debet super eum procedere, quia ipsa dedit terram illam Priori de Walesham per cartam suam ita quod Prior fuit inde in seisina per dimidium annum, et postea dedit ei terram illam pro homagio et seruicio per cartam Prioris quam profert et que hoc testatur.

[1] Edith married (1) Alfred, (2) John.

[2] The middle in order of birth, Alfred being the eldest of three brothers. The annotator interlines words in [].

[3] Br. f. 5. If a free man marries a nief and begets children in the villein tenement, the children are villeins.

Et Milisanta infra etatem est, et ipse qui pro ea loquitur dicit quod ipsa fuit in custodia predicti Gaufridi post mortem uiri sui cum terra sua, et Galfridus uenit ad predictum Priorem et fecit eam facere Priori cartam quamdam de donacione eiusdem terre, ita quod ipse Gaufridus fecit facere sigillum illud, et postea dedit idem Prior eidem Gaufrido terram illam per cartam suam, set idem Gaufridus nunquam fuit extra seisinam [quam prius habuit nomine custodie[1]] priusquam eam disseisiuit, et inde ponit se super iuratam.

Juratores dicunt quod predicta Milisenta fuit in custodia predicti Gaufridi auunculi sui sicut predictum est, et quod predictus Galfridus duxit eam apud Walsingham, et ibi fecit eam facere cartam quamdam predicto Priori de predicta terra, et eodem die facta fuit eidem Gaufrido carta Prioris de eadem terra tenenda pro vj. den. per ann., ita quod in crastino rediit idem Gaufridus domi et eiecit eam de terra et de custodia sua, et quod pater Milisante tenuit terram illam scil. x. acr. de antecessoribus ipsius Galfridi. Et ideo consideratum est quod Milisanta recuperauit seisinam suam et G. in misericordia, Custodiatur. Et quia uoluit eam predicto modo exheredare, consideratum est quod ipse amittat seruicium illius terre et custodiam et quod ipsa teneat tenementum illud de capitalibus dominis. Et sciendum quod debet tenere de capitalibus dominis etc[3].

Optimum.

Nota quod custos qui aliquid fecerit ad exheredationem tenentis sui amittere debet custodiam et seruicium suum, et ille tenens ex tunc tenebit de capitalibus dominis[2].

1841. Plegg.

Assisa uenit recognitura si Alexander de Stokeby iniuste etc. disseisiuit Willelmum de Redham de libero tenemento suo in Stokeby post etc. Et Alexander uenit et nichil dicit quare assisa remaneat, et ideo procedat assisa. |

[271.] Juratores dicunt quod quidam Herbertus tenuit de Willelmo de Redham quoddam uillenagium, et pratum istud unde uisus factus est tenuit idem Herbertus libere de ipso Willelmo, et idem Herbertus pratum illud accomodauit eidem Willelmo, et idem Willelmus dum habuit pratum illud sibi accomodatum illud accomodauit predicto Alexandro, et Alexander tantum postea fecit cum idem Herberto quod pratum illud ei dedit

[1] Interpolated by annotator.

[2] Compare the judgment as to waste, Br. f. 285. The annotator's exclamation (*Optimum!*) shows perhaps that law was stretched in the interest of justice. This is Fitz. Garde, 151.

[3] Probably particulars as to who the lords are should follow.

in feodo, et idem Willelmus nunquam aliam seisinam inde habuit [nisi ad uoluntatem Herberti[1].] Et ideo consideratum est quod Alexander inde sine die, et Willelmus in misericordia pro falso clamore etc.

Assisa uenit recognitura si Walterus de Euermuwe iniuste etc. disseisiuit Simonem de Burgo de libero tenemento suo in Burgo post etc. Et Walterus non uenit et ideo procedat assisa per defaltam etc. Flegg.

Juratores dicunt quod quidam Howardus perquisiuit unam acram terre et j. mesuagium de quodam homine predicti Walteri, et idem Howardus dedit terram illam et mesuagium cuidam Hugoni cum Emma filia sua in maritagium, qui tota uita ipsorum tenuerunt tenementum illud bene et in pace, et post mortem ipsorum remansit iste Simon in seisina cum Bernardo fratre suo[2]. Et Walterus de Euermuwe seisiuit redditum illum in manum suam et tenementum illud similiter, quod quidem tenementum idem Simon tenuisse debuit de Howardo qui illud dedit in maritagium, et idem Howardus et heredes sui de quodam tenente ipsius Walteri. Et postea idem Walterus dum idem Simon fuit in partibus transmarinis dedit et concessit Bernardo fratri ipsius Simonis tenementum illud tenendum pro redditu duorum sol., et quando idem Simon rediit remansit cum predicto Bernardo fratre suo in predicto tenemento donec predictus Bernardus iter arripuit uersus Terram Sanctam, et in ipsa arepcione assignauit ipse eidem Simoni tenementum illud ut heredi suo tenendum hereditarie. Et quia idem Simon remansit in seisina de eodem tenemento post mortem Hugonis et Emme ut in hereditate sua et iure, et per ipsum Walterum eiectus etc., consideratum est quod Simon recuperauit seisinam suam et Walterus in misericordia etc.

Richerus[3] de Strattona et Beatricia uxor eius petunt uersus Alexandrum de Vallibus medietatem vj. acr. terre cum pert. in Clypespy ut dotem suam, unde Henricus de Asegareby quondam uir suus eam dotauit etc.

[1] Interlined by annotator.
[2] Simon and Bernard seem to be sons of Hugh and Emma.
[3] Possibly *Ricardus* throughout.

Et Alexander uenit et dicit quod predicta Beatricia non debet inde dotem habere, quia predictus Henricus non habuit terram illam unde dotem petit nisi ad terminum uite sue tantum. Et inde profert quoddam scriptum quod hoc testatur etc.

Et Richerus et Beatricia dicunt quod scriptum illud eis nocere non debet, quia Willelmus de Vallibus pater Alexandri dimisit predicto Henrico illam terram in feodo, ita quod tenuit eam tota uita ipsius Willelmi, et fuit in seisina de eadem terra die quo eam desponsauit ita quod eam inde dotare potuit.

Et Alexander uenit et dicit quod terra illa fuit de maritagio matris sue, et si pater suus aliquod donum ei inde fecisset, hoc fecit iniuste, et dicit quod in uita patris sui

Ermeiard et herede de Hokesham[1]. receperat predictus Henricus cartam de predicto Alexandro, set de aliqua alia carta nichil scit.

Et predicti Richerus et Beatricia nec cartam nec aliquid aliud ostendunt quod idem Henricus aliter esset feoffatus, et ideo consideratum est quod Alexander inde sine die, et Richerus et Beatricia in misericordia etc.

PLACITA ET ASSISE DE ULTIMO ITINERE M. DE PATTESHULLA ET SOCIORUM SUORUM IN COMITATU EBORACI[2].

1844. Ebor. Assisa uenit recognitura si Robertus filius Thome de Shiclingtona iniuste etc. disseisiuit Johannem de Midhop de libero tenemento suo in Welbretona post ultim' etc.

Et Robertus uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia iste Johannes profert assisam de redditu quatuor sol. de tenemento in Westbretona, et desicut Johannes dicit quod de tenemento illo debet reddere ei iiij. sol. per ann. et

[1] This allusion will be discussed in the Introduction to this book.

[2] Commission in Rot. Cl. vol. 2, p. 151. Pateshull was sent to the northern counties and seems to have been in circuit during the whole autumn and winter of 1226-7.

quod illud de eo tenet et nullum tenementum de eo tenet[1], petit iudicium si assisa debeat inde fieri. |

Et Johannes uenit et dicit quod licet non teneat tenementum illud in dominico alii tenent illud de eo et ei inde facere debent seruicium suum. Et quia Johannes cognoscit quod Robertus tenuit tenementum illud de eo, consideratum est quod assisa non iacet inter eos de seruicio, et ideo Johannes in misericordia, et distringat feodum suum si uoluerit, et Robertus inde quietus etc.[2] [271 b.]

5. Assisa uenit recognitura utrum una bouata terre cum pert. in Inglestona sit libera elemosina Alani de Stauella pertinens ad ecclesiam suam de Ingletona an laicum feodum Rannulfi filii Henrici et Alicie uxoris eius. Qui ueniunt per attornatum suum et dicunt quod assisa non debet inde fieri quia Adam de Stiuella pater ipsius Alicie dedit isti Alano in escambium ipsius bouate terre aliam bouatam in Benetham, et idem Alanus inde in seisina fuit et adhuc est, et desicut est in seisina escambii, petit iudicium si assisa debeat inde fieri.

Et Alanus uenit et dicit quod Willelmus de Mubray implacitauit predictum Adam de eadem terra de Benetham ita quod idem Adam recognouit terram illam esse ius ipsius Willelmi et eam ibi reddidit, et postea uenit ipse Alanus et cepit terram illam de eodem Willelmo tenendam de eo per ij. sol. per ann., ita quod per quietam clamanciam illam fuit ipse extra seisinam per triennium, et inde ponit se super iuratam.

Et Rannulfus uenit[3] dicit quod Adam nunquam eam quietam clamauit nec reddit[4] eidem Willelmo uel alii, immo idem Alanus inde implacitatus fuit et eam remisit et reddidit eidem Willelmo. Et inde ponit se super iuratam. Et Alanus similiter.

Juratores dicunt quod terra illa est libera elemosina etc. et quod predictus Adam eam reddidit etc. et non Alanus. Et ideo consideratum est quod Alanus recuperauit seisinam suam et Rannulfus in misericordia.

[1] John says that Robert holds of him at a rent; Robert denies the tenure.

[2] See Br. f. 203.

[3] Supply *et*.

[4] Corr. *reddidit*.

Post uenit Rannulfus et dicit quod iniuste peciit Alanus terram illam de eo et de uxore sua, quia reuera terra aliquando fuit elemosina ecclesie sue, set tempore Ade de Stanilla patris ipsius Alicie uenit idem Alanus et peciit ut faceret ei escambium illius bouate terre, ita quod ad peticionem suam dedit ei in escambium unum assartum quod idem Alanus adhuc tenet, ita quod tenet adhuc escambium et bouatam, et petit aut escambium suum aut bouatam terre.

Et Alanus cognouit quod reuera cepit assartum illum in escambium sicut predictum est[1] implacitauit Willelmus de Mubray eundem Adam de pluribus terris et de terra illa, ita quod oportuit Adam finem facere cum ipso pro terra illa et pro aliis terris, et per cyrographum inter eos factum remisit ei idem Adam forestam de Medway. Et profert cyrographum quod hoc testatur quod idem Adam quietam clamauit de se et de heredibus suis predicto Willelmo et heredibus suis totam forestam de Medway in bosco et pastura cum pertinenciis suis etc.

Et Rannulfus dicit quod Alanus nunquam uocauit inde predictum Adam nec alium set sponte sua concessit Willelmo terram illam, et preterea cyrographum non loquitur de terra illa set de foresta tantum, et desicut cognoscit quod recepit terram illam in escambium, petit inde iudicium.

Et Alanus postea uenit et dicit quod nichil clamat in terra illa nisi de anno in annum ad uoluntatem Nigelli de Mubray.

Et quia Willelmus de Mubray non obiit seisitus inde nisi de seruicio tantum scil. duorum solidorum, et recognitum est quod Alanus cepit assartum illud in escambium predicte bouate terre, consideratum est quod Rannulfus rehabeat seisinam suam saluo Nigello seruicio suo quod ei recognouit pro foresta sua secundum quod continetur in cirographo inter ipsum et Alanum etc.

1846. Morlay. Eugenia de Radecliue summonita fuit ad respondendum[2] quo waranto se tenet in terciam partem unius carue. terre

[1] Supply *set*.

[2] The names of the plaintiffs are omitted. They seem to be Margery widow and Richard heir of Hugh of Hartshead.

cum pert. in Hertesheuede, quam terciam partem eadem Eugenia coram iusticiariis apud Westmonasterium per consideracionem curie recuperauit uersus Hugonem de Hartesheued quondam uirum ipsius Margerie, et quam terciam partem eadem Eugenia postea dedit et concessit eidem Hugoni et heredibus suis per cartam suam quam proferunt, et que testatur, quod ipsa Eugenia dimisit concessit et quietum clamauit Hugoni de Hertesheuede et heredibus suis totum ius et clamium quod habuit in duabus carucatis terre cum pert. in Hertesheuede, unde disracionauit terciam partem unius carucate terre, et terciam partem alterius carucate terre peciit per breue Dom. Regis, pro tribus marcis quas idem Hugo et dedit etc., et inde produc' sectam.

Et Eugenia uenit et dicit quod quedam concordia fuit prolocuta inter eam et predictum Hugonem secundum quod continetur in cyrographo predicto, sub hac fama, quod predictus Hugo deberet dare ei pro predicta quieta clamancia tres marcas et custodire duos pueros suos, et unde dicit quod occasione prolocucionis habuit unam marcam, et quod illi scripto nullum sigillum apposuit bene defendit, et dicit quod tenet se in terram | illam racione ea quod recuperauit eam coram ius- [272]
ticiariis itinerantibus in banche[1] per consideracionem curie, et inde uocat curiam ad warantum. Et curia hoc recordatur. Et quum predicta Eugenia est in seisina predicte terre et Margeria et Ricardus nullam seisinam inde habuerunt per predictam conuencionem, Consideratum est quod Eugenia teneat terram illam in pace, et Margeria et Ricardus in misericordia etc.

7. Rogerus de Farnburnia et Agnes uxor eius pecierunt in curia J. Constabularii Cestrie sex acr. terre et dim. cum pert. in Bereuic uersus Johannem de Barneby per breue Dom. Regis de recto, ita quod idem Johannes in eadem curia posuit se in magnam assisam et accessit ad curiam et peciit breue de pace, et Rogerus et Agnes miserunt breue illud[2] ad curiam per quemdam Johannem pro habendo breui de summon' quatuor militum[3] ad eligendum xij., et ibi[4] compertum fuit

[1] Sic.
[2] A writ original which turns out to be forged.
[3] Sic.
[4] Probably in the chancery.

quod breue illud falsum fuit et missum fuit iusticiariis itinerantibus in comitatu Eboraci per uicecomitem Eboraci sub sigillo Cancellarii, ubi Rogerus et Agnes presentes fuerunt, et aduocant breue illud, et dicunt quod quidam homo mortuus tulit illud de curia. Et uisum est breue, et compertum quod falsum est, quia littera non est de curia nec stilum, et preterea cauda breuis insita est in sigillo Dom. Regis ita quod capud impressionis sigilli fissum et ibi breue appositum[1].

Et Constabularius presens est et cognoscit quod predictus Rogerus et Agnes tulerunt breue Dom. Regis de recto in curia sua, et profert transcriptum breuis illius, quod bonum est et sine defalta uel falso latino, et quod per aliud breue nunquam tenuit placitum. Et ideo curia sua inde quieta. Set Johannes de Daneby[2] est infra etatem, et ideo Constabularius quesitus quare tenuit placitum cum idem Johannes sit infra etatem. Et Constabularius dicit quod nemo calumpniatus fuit eum de etate sua nec etatem suam, et preterea tenementum illum est socagium, et idem Johannes habuit xx. annos.[3] Et compertum est quod habet xvj. annos uel plus, et ideo curia inde quieta.

Et Rogerus quesitus etc. et cognoscit quod per breue illud falsum implacitauit et quod illud idem misit ad curiam per predictum Thomam. Et ideo Thomas inde quietus. Et Rogerus nullum warantum ostendit de falsitate breuis illius, ideo suspendatur, et uxor eius quieta etc.[4]

1848. Emma que fuit uxor Rannulphi le Franceys petit uersus Willelmum de Anestay terciam partem duarum bouat. terre cum pert. in Anestay ut dotem suam unde predictus Rannulphus eam dotauit etc.

Et Willelmus uenit et dicit quod non debet ei respondere sine waranto suo scil. Johanne Gallico, qui presens est et ...it quod ostendat quod inde dotata fuit. Et ipsa uenit et ...cit sectam, que testatur quod non interfuit desponsa-

...impression of the ...en obtained, the ...and the tail of a ...rted.

[3] No stop in MS. See Br. f. 27... 275 b.

[4] Bracton, f. 114, cites this case.

[5] Sic. Bracton, f. 304 b, cites this case.

cionem ipsius Emme nec sciuit qualiter inde dotata fuit. Et quum sectam insufficientem producit, consideratum est quod Willelmus de Anestay et Johannes warantus suus eant inde sine die etc.

49. Assisa uenit recognitura si Agnes de Waletona mater Ricardi qui infra etatem est fuit seisita etc. de tercia parte unius bouate terre cum pert. in Waletona die quo obiit etc., quam terram Simon filius Ricardi tenet. Qui uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia Ricardus pater ipsius Simonis fuit seisitus de terra illa ut de feodo die quo iter peregrinacionis arripuit etc. Et ipse Simon est infra etatem et petit iudicium si super eum debeat assisa procedere de terra unde pater suus fuit seisitus ut de feodo die quo etc.

Et Ricardus filius Agnetis dicit quod predictus Ricardus pater Simonis non obiit seisitus ut de feodo etc. quia ipse non habuit inde nisi custodiam cum Agnete matre ipsius Ricardi, cuius maritagium terra illa fuit, et ideo petit assisam etc. Et Ricardus[2] similiter etc.

Nota quod assisa mortis antecessoris processit super minorem, quia pater suus non obiit seisitus ut de feodo[1].

Juratores dicunt quod ipsa Agnes non obiit inde seisita ut de feodo etc., quia terra illa nunquam fuit partita nec ei assignata. Et ideo consideratum est quod Simon eat inde quietus et Ricardus in misericordia pro falso clamore etc.

50. Assisa uenit recognitura si Walterus de Barthintona frater Lesceline et Auicie filiarum Laurencii Clerici fuit seisitus in dominico suo etc. de xvij. acr. terre et ij. sol. redditus in eadem uilla etc. die quo habitum religionis suscepit etc., quam terram Prior de Ponte Fracto tenet. Qui uenit et bene concedit assisam etc.

[272 b.]

Nota de eo qui ante mortem suam per unum diem et dimidium[5]. Set donatorius nullam habuit seisinam ante mortem, et ideo donatio nulla, et recuperauerunt heredes.

Juratores dicunt quod idem Walterus habuit terram illam ut ius suum et per cartam monachorum de Ponte Fracto tercio die ante mortem suam | ita quod infirmabatur et[3] mandauit monachos de Ponte Fracto et [4]eis resignauit terram illam[4], et suscepit habitum, et postea uixit per unum diem et dimidium, set bene dicunt quod ipsi monachi ante mortem ipsius Walteri nullam seisinam inde habuerunt.

[1] Br. f. 273.
[2] Corr. *Simon* (?).
[3] Place this *et* before *tercio die*.
[4—4] Repeated.
[5] Supply *donum facit* or the like.

Dicunt eciam quod ipse sunt propinquiores heredes etc. Et ideo consideratum est quod Lescelina et Anicia recuperauerunt seisinam suam, et Prior in misericordia.

1851. Assisa uenit recognitura si Jordanus filius Nigelli pater Roberti fuit seisitus in dominico suo etc. de una bouata terre cum pert. in Fernle die etc., quam terram Alicia filia Roberti de Bramhop tenet. Que uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia Robertus de Lay dedit ei terram illam pro homagio et seruicio suo v. annis postquam predictus Jordanus desponsauit ipsam Aliciam, et quod ita sit uocat predictum Robertum ad warantum, et si opus est inde ponit se super iuratam.

Nota quod uir postquam desponsauerat uxorem suam emit ad opus uxoris sue terram et ad opus heredum de se exeuntium. Filius et heres eius nihil capit per assisam mortis antecessoris, set donatio facta bona est [4].

Et Robertus[1] uenit et dicit quod predictus Nigellus[2] emit terram predictam de quadam Idonea, ita quod inde fuit seisitus antequam desponsauit ipsam Aliciam, et quod pater suus[3] obiit inde seisitus ut de feodo ponit se super assisam.

Juratores dicunt quod predictus Jordanus emit terram illam postquam desponsauit ipsam Aliciam de predicta Idonea, et quod predictus Jordanus emit terram illam ad opus ipsius Alicie et heredum ipsius Alicie de ipso Roberto[5] et ex ea exeuncium. Et ideo consideratum est quod Robertus nichil capit per assisam istam, et ideo Alicia inde sine die, et idem Robertus in misericordia etc.

1852. Assisa uenit recognitura si Radulfus le King pater Walteri le King fuit seisitus etc. de dim. bouata terre cum pert. in Haldeneby die etc., unde Mabilia le Burwimman tenet etc. et Philippus de Blaketoft tantum etc. et Johannes le Grant etc.

Et Johannes pro se et aliis uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia iste Walterus habuit quemdam fratrem primogenitum, qui finem fecit de predicta terra coram R. Dunholmensi Episcopo et sociis suis anno secundo post gwerram et per cyrographum quod profert, et quod testatur etc.

[1] The plaintiff Robert son of Jordan not the vouchee Robert de la Lay.

[2] Corr. *Jordanus* (?).

[3] Jordan.

[4] This is a curious case, for we can but say that Jordan bought land to the use of his wife and the heirs of their bodies, and this settlement was upheld in the wife's favour against the heir general.

[5] Corr. *Jordano* (?). Probably the plaintiff is the defendant's stepson.

Et Walterus cognouit quod habuit fratrem primogenitum qui habet filios superstites. Et ideo consideratum est quod assisa remaneat, et Walterus in misericordia pro falso clamore etc.

Assisa uenit recognitura si Hugo de Derefeld pater Alicie fuit seisitus in dominico suo etc. de duabus bouat. terre cum pert. in Derefordia die etc., et si etc., quam terram etc. Ricardus persona de Derefeld tenet. Qui uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia ecclesia sua fuit seisita de predicta terra centum annis transactis et eo amplius, et omnes persone dicte ecclesie de persona in personam seisiti fuerunt de predicta terra, unde non uidetur ei quod super hoc debeat assisa procedere.

Et Alicia dicit quod quidam Willelmus de Horbiria dedit terram illam Reynero patri ipsius Hugonis et auo istius Alicie per cartam suam quam profert et que hoc testatur, et quod nullus predecessor ipsius Reyneri[1] fuit seisitus de predicta terra ante ipsum Reynerum, et inde ponit se super assisam.

Juratores dicunt quod predictus Reynerus ita fuit feoffatus per predictum Willelmum sicut predictum est, et quod Hugo pater ipsius Alicie obiit seisitus ut de laico feodo de predicta terra infra terminum, et non habuit terram illam ut liberam elemosinam pertinentem ad ecclesiam de Derefeld. Set dicunt quod quedam pars gardini que est inter uetus fossatum et ecclesiam et quoddam mesuagium quod ipsa posuit in uisu suo pertinent ad ecclesiam. Et quum dicunt quod ita fuit seisitus et quod obiit infra terminum et quod ista est propinquior heres eius, consideratum est quod ipsa recuperauit seisinam suam, et Ricardus in misericordia etc., et ipsa in misericordia pro falso clamore etc.

Assisa uenit recognitura si Philippus Marc iniuste etc. disseisiuit Robertum Laringel de libero tenemento suo in Houtona post ult' etc.

Et Philippus uenit per Lonum balliuum suum et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia dicit quod Dom. J. Rex

[1] Reyner was parson of the church. The question is whether he held in his own right or in right of his church.

dedit eidem Philippo domino suo custodiam terre et heredis Galfridi Luterel post mortem ipsius Gaufridi, ita quod misit breue suum Simoni de Hale uicecomiti quod faceret ei seisinam de omnibus terris et tenementis que fuerunt eiusdem, et idem Simon hoc fecit, et postea uenit iste Lonus ut balliuus domini sui ad manerium de Houtona et inquisiuit

[273.] ibi quod erant | ibi plures terre, unde idem Gaufridus obiit seisitus quam idem Simon ei habere fecisset, ita quod[1] inquisicionem quam inde fecit inuenit eundem Robertum in seisina de quodam[2] bouata terre pertinente ad idem manerium, et eum inde disseisiuit.

Nota quod ipse facit disseisinam qui intrat tenementum per inquisitionem quam facit sine waranto postquam uicecomes fecerit suam inquisitionem cum waranto et ex officio suo per inquisitionem[3].

Et quia cognoscit quod fecit inquisicionem sine waranto postquam uicecomes fecerat inquisicionem, et per inquisicionem illam eum disseisiuit, consideratum est quod Robertus recuperauit seisinam suam et Philippus in misericordia etc.

1855. Assisa uenit recognitura si Robertus de Sharpetoft pater Nicholai fuit seisitus etc. de dim. caruc. terre et medietate unius molendini cum pert. in Sharpetoft, die etc., quam terram et molendinum Robertus le Vauasur tenet. Et non uenit et fuit summonitus sicut alii. Et ideo consideratum est quod assisa procedat per defaltam etc.

Nota quod satis moritur seisitus quis qui terram suam inuadiat ante iter peregrinationis sue[4].

Juratores dicunt quod predictus Robertus iuit in Terram Sanctam in qua obiit, et ante iter suum terram illam inuadiauit Roberto le Vauasur, et bene sciunt quod tali modo obiit seisitus ut de feodo sicut de terra illa quam inuadiauerat et quod obiit post terminum, et quod Nicholaus est propinquior heres eius. Et ideo consideratum est quod Nicholaus recuperauit seisinam suam etc.

1856. Assisa uenit recognitura si Adam de Sachecroft auunculus Reginaldi filii Camell' fuit seisitus in dominico etc. de tribus bouat. terre cum pert. in Sarchecroft die etc., quam terram Robertus le Vauasur tenet. Et Robertus non uenit et summonitus fuit et pax clamata fuit per totum comitatum quod omnes libere tenentes uenirent apud Dancastre ad

Nota quod nemo capi poterit postquam pax publice clamata fuerit.

[1] Supply *per*.
[2] Sic.
[3] The two last words are not wanted.
[4] See Br. f. [illegible], where the phrase *satis moritur seisitus* occurs.

placitum[1], quam clamauciam nemo defendere potest, et ideo consideratum est quod assisa capiatur per defaltam.

Juratores dicunt quod predictus Adam obiit seisitus sicut breue dicit de terra illa etc. et post terminum, et quod iste Reginaldus est propinquior heres. Et ideo consideratum est quod Reginaldus recuperauit seisinam suam, et Robertus in misericordia etc.

Assisa uenit recognitura si Licoriza soror Agnetis fuit seisita etc. de una bouat. terre in Milfordia die etc., et si etc., quam terram Willelmus filius Thome tenet. Qui uenit et dicit quod uillanus est, et quod tenet terram illam de Ricardo de Luuenathon' fratre ipsius Agnetis. Qui presens est et cognoscit quod Willelmus pater suus dedit terram illam predicte Licorize pro homagio et seruicio suo. Et quum[3] ista Agnes est propinquior heres ipsius Licorize eo quod predictus Ricardus non potest esse dominus et heres, consideratum est quod ipsa recuperauit seisinam suam etc.

Error in captione assise mortis, eo quod iudicium redditum fuit quod petens recuperaret per assisam, eo quod tenens non potuit esse heres et dominus, quia alia actio[2].

3. Assisa uenit recognitura si Willelmus filius Thore pater Emme uxoris Galfridi filii Roberti fuit seisitus in dominico etc. de una bouat. terre cum pert. in Foterholm die etc., quam terram Thomas de Rozholm tenet. Qui uenit et dicit quod habuit terram in maritagium cum Roisia sorore ipsius Emme que obiit, et inde uocat ad warantum Thomam filium et heredem ipsius Roysie per quam habet terram. Qui presens est et ei warentizat et petit iudicium si debeat assisa procedere, desicut Roysia mater sua fuit soror ipsius Emme. Et Emma cognoscit quod fuit soror sua ex parte patris et matris. Et ideo consideratum est quod assisa non iacet inter eos de morte ipsius Willelmi, et ideo Thomas et filius suus inde sine die, et Galfridus et Emma in misericordia.

Nota quod non iacet assisa mortis inter duas sorores de uno patre et una matre exeuntes cum sint ita coniuncte et de uno et communi stipite[4].

[1] This seems to refer to the general summons of the eyre. The word *per* has been substituted by the annotator for something else.

[2] Bracton would I think have said that there was error here. A person who is not heir to the dead man, but has a claim to the land on the ground that the true heir happens to be the lord, can not bring the mort d'ancestor; for in this assize only the *propinquior heres* can recover. Agnes is not Licoriza's heir. See Br. f. 277 and above vol. I. p. 437. The last words of this note mean that some other action should have been brought. This case is Fitz. *Mordauncestor*, 54.

[3] But the annotator has altered this into *quod*.

[4] Br. f. 278 b.

1859. Assisa uenit recognitura si Radulfus de Bully frater Willelmi de Bully fuit seisitus etc. de lx. acr. terre etc. in Ranesholm die etc. quam terram Jordanus Felist tenet. Qui uenit et dicit quod idem Radulfus fuit bastardus et ipse ut capitalis dominus tenet terram illam ut eschaetam suam. Et Willelmus cognoscit quod fuit bastardus. Et ideo consideratum est quod Jordanus eat inde quietus et Willelmus in misericordia etc.

Nota quod non iacet assisa mortis de morte et seisina fratris qui fuit bastardus. Ita nec de morte auunculi nepoti competit assisa, ubi pater petentis bastardus fuit[1].

1860. Assisa uenit recognitura si Stephanus de Nessefeud pater Petri filii Stephani fuit seisitus etc. de duabus bouat. terre etc. in eadem uilla etc., quam terram Gilibertus filius[2], tenet etc. Qui non uenit, set testatum est per iuratores quod non tenet nisi duas partes, quia mater sua tenet terciam partem nomine dotis. Et ideo consideratum est quod Gilibertus inde quietus etc. |

Nota quod cadit assisa quia non tenet totam terram set alius terciam partem.

[273 b.]

1861. Assisa uenit recognitura si Margeria de Sumeruilla et Alanus filius Rannulfi iniuste etc. disseisiuerunt Simonem filium Simonis de libero tenemento suo in Sunthetona post ult' etc.

Et Margeria non uenit etc. Et Alanus uenit et dicit quod tenet quamdam terram in Shinithetona de ipsa Margeria, et iste profert assisam de seruicio illius terre, et desicut idem Simon non queritur nisi de seruicio terre illius quia ipsa Margeria tenet de eo et ipse de eadem Margeria, petit iudicium si super hoc debeat assisa procedere. Consideratum est quod assisa non iacet inter eos, et quod distringat feodum suum si uoluerit etc.

Nota quod assisa mortis non iacet inter dominum et tenentem suum de seruicio tenentis, set dominus debet distringere feodum suum[3].

1862. Assisa uenit recognitura si Ricardus Huithande pater Agnetis fuit seisitus in dominico suo etc. de una bouata terre cum pert. in Emmesby die quo etc., quam terram Prior de Boultona tenet. Qui uenit et cognoscit quod pater suus ita obiit seisitus et quod ipsa propinquior heres eius est, set dicit quod ipsa postea terram illam quietam clamauit domui de Boultona pro v. sol. quos ei dederunt. Et ipsa hoc totum defendit, et dicit quod ipsa nunquam in seisina fuit de terra

loqu'[4].

[1] Bracton, f. 418, cites this case.
[2] Some name omitted.
[3] Br. f. 180. For *morte* read *noue* (?).
[4] This should mean *loquendum*, and seemingly expresses doubt: perhaps something has been omitted by copyist.

illa nec aliquam cartam fecit. Et ideo consideratum est quod Agnes recuperauit seisinam suam et Prior in misericordia etc.

Isobella de Wuluelegha petit uersus Henricum de Dictona xv. acr. terre cum pert. in Wuluelegha ut ius suum, et in quas non habet ingressum etc.

Et Henricus uenit et reddit ei etc. Et ideo habet seisinam suam etc.

Eadem Isobella petit uersus Thoraldum le Bret xx. acr. terre cum pert. in eadem uilla ut ius et maritagium suum, et in quas non habet ingressum etc.[1]

Et Thoraldus uenit et dicit quod ipse reuera habuit ingressum modo predicto, set post mortem Rogeri uiri sui ipsa in ligia potestate sua terram illam ei uendidit pro xx. sol.

Et quum cognoscit predictum ingressum et nichil ostendit nec per sectam nec per aliud quod ipsa in uiduitate sua ei quietum clamasset, consideratum est quod Isobella recuperauit seisinam suam et Thoraldus in misericordia etc.

Nota contra simplicem uocem[2].

4. Assisa uenit recognitura si Johannes de Midhope iniuste etc. disseisiuit Isobellam de Wuluelegha de libero tenemento suo in Midhope infra assisam.

Et Johannes uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia ipse nullam terram habet in Midhope nec habere clamat.

Et Isobella dicit quod reuera nullam terram habet in uilla illa, set ipse uenit in boscum eiusdem uille et ibi secat et abduxit sine uoluntate sua. Et ideo consideratum est quod assisa non iacet inde, set quod ipsa quando ita fecerit capiat namium super eum si uoluerit, et Johannes inde quietus etc.

Nota quod ubi disseisitor nullam terram tenet in uilla nominata in breui, set in bosco alieno in alia uilla disseisinam facit, cadit assisa, et querens talem deuadiet et capiat uadium propter transgressionem.

5. Magna assisa uenit recognitura utrum Abbas S. Agathe[3] qui tenet maius ius habeat in medietate unius molendini et xij. acr. prati cum pert. in Sadbergo ad tenendum de Radulfo filio Henrici et Alicia uxore eius qui petunt, an idem Radulfus et Alicia tenendi in dominico.

[1] Probably this is a *cui in vita*, which the copyist has abridged.

[2] Br. f. 320.

[3] Abbey at Easby, close to Richmond, Yorkshire.

Nota quod Ada de Stauel' ante mortem suam in languore unde obiit per octo dies, dedit cuidam Priori quoddam molendinum et quoddam pratum et [1] Prior de molendino cepit expleta et de prato non potuit expleta capere quia tempus fenationis nondum aduenit, et ualuit donacio de utroque.

Juratores dicunt quod Adam de Stauely pater ipsius Alicie fuit languidus per magnum tempus ante mortem suam, et in languore de quo obiit scil. per octo dies ante mortem suam dedit molendinum illud et pratum ipsi Abbati. et de theloneo molendini cepit ipse expleta ante mortem suam, et de prato non cepit expleta quia hoc fuit tali tempore quod pratum non potuit falcari, set assignauit ei pratum per fustum et baculum. Et quesiti in quali memoria fuit die quo donum factum fuit, dicunt quod bene potuit loqui et bonam memoriam habuit. Postea apud Westmonasterium quia iuratores dicunt quod predictus Adam dedit predicto Abbati predictum molendinum et pratum ita quod cepit expleta de molendino et de prato expleta capere non potuit quia non fuit tunc tempus de prato expleta capere, consideratum est quod Abbas maius ius habet etc. quam predicti Rannulfus[2] et Alicia etc.

1866. Magna assisa uenit recognitura utrum Thomas Russel qui tenet maius ius habeat tenendi duas bouatas terre cum pert. in Benetham de predicto[3] Rannulfo et Alicia an idem Rannulfus et Alicia qui petunt tenendi eas in dominico.

Juratores dicunt quod Adam de Stauely pater predicte Alicie dedit terram illam ipsi Thome in languore quo obiit

[274.] scil. per | octo dies ante mortem suam et in plenam seisinam eum posuit, ita quod in uita sua cepit inde expleta dim. marc. de quodam homine tenente terram illam per uoluntatem ipsius Ade.

Nota quod ualet donatio facta in languore per octo dies[4].

Et quia iuratores dicunt quod predictus Adam dedit predicto Thome terram illam ita quod in seisina fuit et expleta cepit, consideratum est quod predictus Thomas maius ius habet tenendi terram illam de predictis Rannulfo et Alicia quam ipsi Rannulfus et Alicia tenendi eam in dominico etc.

1867. Henricus de Berlay attachiatus fuit ad respondendum Willelmo filio Nicholai quare non tenet ei finem factum in curia etc. coram iusticiariis apud Eboracum tempore H. Regis

[1] *de* not *et* in MS. As to the doctrine of this note see Br. f. 10, 373.

[2] *Radulfus* above.

[3] See last case.

[4] Br. f. 2[illegible].

aui etc. inter Rogerum patrem ipsius Henrici cuius heres etc. et Nicholaum de Berlay patrem ipsius Willelmi cuius heres etc. de communa bosci et x. acr. terre cum pert. in Berlay, unde cyrographum etc., unde idem Willelmus queritur quod predictus Henricus contra finem illum assartauit plus quam centum acras de bosco illo, unde non habet partem suam. Et inde profert cirographum, quod testatur quod Rogerus pater Henrici commisit predicto Nicholao communam in bosco illo, [1]unde non habet partem suam[1], et x. acras terre etc., ita quod si assartare uoluerint communam predictam predictus Rogerus habebit xiiij. acras et Nicholaus quintamdecimam, et predictus Nicholaus habebit estoueria sua ad ardendum claudendum et edificandum. Unde dicit quod per hoc quod uenit contra finem illum deterioratus etc.

Et Henricus uenit et cognoscit finem et cirographum et dicit quod libenter tenebit finem illum nec in ullo uenit contra finem illum, et cognoscit quod fecit predictum assartum, et dicit quod idem Willelmus habet ultra partem suam fere xxx. acras, et petit iudicium si debeat eidem Willelmo respondere desicut nullam sectam producit. Et quum idem Willelmus nullam sectam habet nec aliquid ostendit quod Henricus uenerit contra finem, consideratum est quod Henricus eat quietus de dampno, et Willelmus in misericordia. Et quia Henricus cognoscit finem, preceptum est uicecomiti quod in propria persona sua accedat ad Berlay et per uisum legalium hominum de uisneto illo faciat utrique eorum habere partem suam sicut habere debet secundum proportum carte.

Nota quod qui queritur de fine non obseruato et nullam producit[2], cadit querela, set tamen finis obseruabitur, set ille de quo queritur quietus de dampnis.

3. Walterus de Mikelfeud petit uersus Willelmum filium Gaufridi ij. bouat. terre et xij. acr. terre cum pert. in Mikelfeud ut ius suum, et in quas non habet ingressum nisi per Swanum de Kerinol cui Galfridus de Mikelfeud pater ipsius W. cuius heres ipse est etc. ei dimisit ad terminum qui preteriit.

Et Willelmus uenit et defendit ius suum et ingressum et quod nunquam habuit ingressum per Swanum immo habuit

[1]–[1] Probably this should be omitted; it occurs above and has been carelessly repeated.

[2] Supply *sectam*.

ingressum per Gaufridum patrem suum et patrem ipsius Walteri, qui terram illam ei dedit pro homagio et seruicio suo, et profert cartam ipsius Gaufridi que hoc totum testatur etc.

Et Walterus nichil ostendit quod Willelmus habeat ingressum per Swanum, nec potest dedicere cartam G. patris sui, nec aliquid dicit nec ostendit nisi simplicem uocem suam. Ideo consideratum est quod loquela sua uacua est, et quod Willelmus eat inde sine die, et Walterus in misericordia pro falso clamore etc.

Nota quod cadit qui sectam non habet[1].

1869. Johannes de Besacra petit uersus Petrum de Malo Lacu et Isobellam uxorem[2] medietatem unius piscarie cum pert. in Besacra in quam non habet ingressum nisi per Robertum de Turneham patrem predicte Isobelle cui Petrus de Besacra pater predicti Johannis cuius heres etc. eam dimisit ad terminum etc.

Si uir summonitus et non uxor, dabitur alius dies et dicatur uiro quod habeat tunc uxorem[4].

Et Petrus uenit et dicit quod non habuit inde summonicionem, et petit diem racionabilem, et summonitores quesiti si fecissent[3] summonicionem dicunt quod ipsum Petrum summonuerunt et non uxorem eius. Et ideo datus est dies etc. et dictum est Petro quod habeat uxorem eius etc.

1870. Nota quod non ualet uocare alium quam uerum heredem et primogenitum cum alii sint heredes, uel si non rectum nichil aliud sequitur nisi quod procedat assisa ac si nullus uocaretur, et si petens recuperauerit per assisam tunc procedat tenens uersus warantum si uoluerit[6]. [274 b.]

Assisa uenit recognitura si Walterus le Chamberleyn fuit seisitus in dominico suo et de[5] iiij. bouat. terre cum pert. in Bradelegha die etc., unde Radulfus de Bradele tenet ij. bouat. et Constancia que fuit uxor Willelmi filii Johannis ij. bouat. Et Radulfus uenit et uocat ad warantum Robertum filium Hugonis filii Walteri. Et quum testatum est quod Robertus qui uocatus est ad warantum non est heres predicti Hugonis eo quod habet primogenitum[7] de patre et matre Radulfum nomine, et carta predicti Hugonis testatur quod ipse Hugo et heredes sui | debent terram illam ei warentizare, consideratum est quod assisa procedat eo quod non uocauit rectum warantum, et si Radulfus amiserit per assisam, quod predictus

[1] Br. f. 320.
[2] Supply *eius*.
[3] *fecisset* MS.
[4] Bracton, f. 381, cites this case; but perhaps another stage of it.
[5] Corr. *suo ut de feodo de.* The name of the plaintiff, which is omitted, seems to be Robert.
[6] Bracton, f. 250 b, cites this case. The *nichil aliud sequitur* is equivalent to Bracton's *nulla alia sequitur poena*.
[7] Supply *fratrem*.

Robertus distringatur ad warentizandum uel ad ostendendum quare non debet ei warentizare.

Et Constancia uenit et dicit quod nichil clamat in terra illa nisi custodiam cum pueris suis qui sunt infra etatem et heredes predicti Willelmi. Et hoc fuit testatum. Ideo expectetur etas puerorum, et perquirat[1] se uersus eos si uoluerit cum ad etatem etc.

Juratores dicunt quod Walterus le Chamberlane obiit seisitus de predictis duabus bouatis[2] terre ut de feodo et quod Robertus propinquior heres eius est, et quod obiit infra terminum. Et ideo consideratum est quod Robertus recuperauit seisinam suam et Radulfus in misericordia.

Elewysa de Estuteuilla dat v. marcas pro diuisis faciendis inter ipsam et Abbatem de Eboraco de terra ipsius Helewise in Herletona et de terra ipsius Abbatis in Cotingwico. Et sciendum quod perambulacio debet fieri inter predictas terras per assensum Thome filii Willelmi waranti sui de dote sua. Et fiat perambulacio etc[3].

Nota quod non potest fieri perambulatio inter mulierem et alium de dote sine assensu heredis qui est warantus de dote.

[4]Simon Muhaut petit uersus Aliciam que fuit uxor Willelmi de Muhaut custodiam terre et heredis eiusdem Willelmi ea racione quod tenuit terram suam de eo per seruicium militare. Et Alicia uenit et dicit quod non debet inde custodiam habere, quia feoffauit predictum Willelmum de tenemento suo faciendo seruicium Falconi de Breaute tunc capitali domino eiusdem feodi. Et inde profert cartam eiusdem Simonis, que testatur quod Simon dedit terram illam predicto Willelmo libere et quiete etc. faciendo forinsecum seruicium quantum ad eandem terram pertinet. Et quum non continetur in carta quod debeat facere forinsecum seruicium capitalibus dominis, Consideratum est quod Simon donator habeat custodiam terre et heredis.

Nota quod si quis alium feoffauerit tenendum de capitalibus dominis, set non quod debeat illis facere forinsecum seruicium, feoffator retinet sibi custodiam heredis donatarii et terre[4].

Juliana que fuit[5] Roberti de Berefordia petit uersus Siredam que fuit uxor Ricardi[6] de Berefordia terciam partem tercie partis trium caruc. terre cum pert. in Berefordia.

[1] Robert the plaintiff.
[2] The two held by Ralph.
[3] This is Fitz. *Droyt*, 65.
[4] This is Fitz. *Garde*, 152.
[5] Supply *uxor*.
[6] Robert had two sons, (1) Richard, (2) Elias.

Et Sireda uenit et petit quod Juliana ostendat warantum suum per quem petit dotem.

Et Elias de Berefordia presens est et dicit quod est warantus suus ut filius et heres Roberti.

Et Sireda dicit quod idem Elias non debet esse warantus suus, quia predictus uir suus Ricardus eam[1] desponsauit per uoluntatem et assensum Roberti de Derefordia[2] patris sui, et eam dotauit per eius uoluntatem, et idem Ricardus suscepit ex ea prolem scilicet quamdam filiam que uiuit et fuit in custodia ipsius Elie auunculi sui. Et Elias hoc cognouit, et super hoc requisitus, dicit quod commisit puellam illam balliuis Dom. Regis apud Dunelmum. Et Sireda petit iudicium, desicut ipsa falsum warantum producit de dote sua, si debeat ei dotem facere, quia uidetur ei quod filia sua debet esse warantus de dote sua. Et quia Juliana produxit falsum warantum ad exheredacionem predicti heredis Roberti scilicet filium[4] filii sui primogeniti, consideratum est quod Sireda eat inde quieta et Juliana nullam habeat dotem et sit in misericordia etc.

Nota quod mulier que producit falsum warantum de dote sua ad exheredacionem ueri heredis, amittere debet dotem[3].

1874. Assisa uenit recognitura si Theobaldus Hauteyn iniuste etc. disseisiuit Abbatem de Albemarlia[5] de libero tenemento suo in Dentorp post ultim' etc. Et Simon de Hal balliuus Theobaldi uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia predictus Theobaldus non tenet tenementum illud, immo quedam mulier Alicia que fuit uxor Willelmi de Dentorp, que idem tenementum recuperauit uersus eundem Abbatem per iudicium curie apud Westmonasterium in dotem per defaltam ipsius Abbatis, et inde uocat rotulos ad warantum.

Et attornatus Abbatis non defendit quin recuperasset seisinam, set non uersus Abbatem, quia idem Abbas non fuit inde in seisina, et ideo quamuis recuperasset uersus Abbatem, hoc non debet ei nocere quia non fuit inde in seisina. Dies datus est apud Westmonasterium de audiendo iudicio suo etc. |

[275.]
1875. Assisa uenit recognitura si Nicholaus de Hailestona frater

[1] Sireda.
[2] Sic.
[3] Bracton, f. 298, cites this case.
[4] Corr. filiam.
[5] Abbey of Meaux or Melsa.

Isobelle uxoris Serlonis de Westwike fuit seisitus etc. de tribus carue. terre cum pert. in Halletona die etc., quam terram Henricus de Neuilla tenet. Qui uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia predictus Nicholaus habuit uxorem sibi desponsatam de qua habuit duos filios, et iste Henricus habet custodiam terre illius cum predictis filiis, et nichil clamat in terra nisi custodiam cum filiis istis, et bene cognoscit quod Nicholaus obiit seisitus de terra illa sicut breue dicit.

Et Serlo et uxor eius ueniunt et dicunt quod hoc non debet eis nocere, quia predictus Nicholaus desponsauit Matillidem uxorem suam in lecto suo mortali, ita quod postquam requisitus fuit de predicta Matillide desponsanda et dictum fuit ei Ecce uxor tua, et ipse dixit etc. et nunquam postea aliquod uerbum locutus fuit, et ipsi[1] statim imposuerunt anulum digito mulieris, nec umquam aliter fuit desponsata, et preterea dicunt quod unus filius per magnum tempus natus fuit antequam ita esset desponsata, et alter filius similiter prius fuit genitus, set natus fuit postea.

Et Henricus dicit quod predicta Matillis solempniter fuit desponsata ad hostium ecclesie, ita quod post desponsacionem illam uixit per unum mensem, et itinerauit eques, et comedit et locutus fuit. Dies datus est etc.

Assisa uenit recognitura si Radulfus filius Ricardi frater Agnetis uxoris Jeremie de Liseres et Matillidis fuit seisitus in dominico suo etc. de duabus bouatis terre cum pert. in Turgerlande die quo etc., quam terram Henricus de Seiuilla tenet. Qui uenit et uocat inde ad warantum Abbatem de Rupe[2], qui presens est et dicit quod debet ei warentizare quamdiu predictus Radulfus qui fuit donator et heredes eius ei warentizauerint, quia talis erat conuencio[3]. Et Henricus hoc cognoscit. Et quia nec Abbas nec Henricus aliquid dicunt contra assisam, consideratum est quod assisa procedat, ita quod si Henricus amiserit per assisam idem Abbas nullam warentiam ei faciat, eo quod heredes predicti Radulfi non

[1] The people present. The copyist has omitted the answer of Nicholas.

[2] Roche Abbey in the West Riding.

[3] The Abbot was only bound to warrant Henry so long as Ralph and his heirs would warrant the Abbot.

warentizant[1] ei etc. Et sciendum quod predicta Matillis non sequitur de parte sua. Consideratum est quod assisa procedat de alia bouata etc.

Nota de seisina per iiij. dies ante mortem dum tamen in bona memoria[2].

Juratores dicunt quod Radulfus non fuit inde seisitus die quo obiit, quia ipse dederat per iiij. dies ante mortem suam in bona memoria Abbati de Rupe, ita quod non obiit inde seisitus. Et ideo consideratum est quod Abbas et Henricus inde quieti et Jeremias et uxor eius in misericordia etc.

1877. Assisa uenit recognitura si Cristiana filia Petri mater Sunine et Beatricie uxoris Guidonis filii Alberti fuit seisita in dominico suo etc. de j. bouata terre cum pert. in Tokwic die etc., quam terram Prior S. Trinitatis de Eboraco tenet. Qui uenit et uocat inde ad warantum Johannem Mauleurer. Habeat etc. Et sciendum quod Beatricia obiit et habuit partem suam sicut Prior cognoscit. Et ideo procedat assisa de bouata illa. Ad diem illum uenit idem Johannes et warentizat Priori et uocat inde ad warantum Robertum filium Ricardi. Qui uenit et ei warentizat et concedit assisam.

Juratores dicunt quod Cristiana obiit ante coronacionem etc[3]. Et ideo Sunina in misericordia, et alii quieti etc.

1878. Assisa uenit recognitura si Odo filius Thorphini auunculus Matillidis filie Cassandre fuit seisitus etc. de j. molendino quatuor bouatis terre cum pert. in Aluesteyn unde Walterus le Sauage tenet tantum etc. et Thomas de Hastinges tantum. Qui uen' et bene cogn' quod Odo obiit seisitus, set dic' quod ipsa non debet inde responderi, quia predictus Odo habuit quemdam fratrem postnatum Radulfum nomine qui adhuc uiuit et ideo non uult[4] ei respondere nisi curia etc.

Ad iudicium de demente et extra sensum qui occidit hominem et mortem cognouit coram iusticiarus et ita quod adiudicatus fuit ad perpetuam prisonam, si assisa mortis de isto ple, apud Westmonasterium, debeat remanere[5].

Et Matillis dicit quod reuera idem Odo habuit quemdam fratrem et quod uiuit, set dicit quod non debet ei nocere quia ipse talis est quod non potest hereditatem petere, quia ipse amens est et extra sensum, ita quod per amenciam suam

[1] *warent'*, MS.

[2] Perhaps this is the case which Bracton, f. 28, cites anonymously.

[3] The coronation of Richard; the period of limitation.

[4] Sc.

[5] Read *Ad iudicium apud Westmonasterium de demente etc.* Bracton, f. 276 *b*, 277, says that nothing further was done in this case, perhaps because the woman, Matill did not prosecute.

occidit quemdam hominem et uenit coram iusticiariis et cognouit quod eum occiderat, et ideo petit iudicium si debeat amittere hereditatem suam, quia idem Radulfus est in prisona et erit in perpetuum quamdiu uixerit | per preceptum iusticiariorum pro morte illa. [275 b.]

Et Walterus dicit quod idem Radulfus frater Odonis amens est et bene potest esse quod hominem illum occidisset et quod mortem cognouisset, set dicit quod hoc non debet ei nocere, et bene petit iudicium si debeat in uita ipsius Radulfi ipsi Matillidi respondere. Datus est dies de audiendo iudicio suo etc. quia Walterus cognoscit omnia contenta in breui etc.

Assisa uenit recognitura si Robertus Pictor frater Radulfi fuit seisitus etc. de dim. bouata terre cum pert. in Arnhale die quo etc., quam terram Amicia de Withrenwike et Nicholaus filius eius tenent. Qui ueniunt, et fuerunt resummoniti, et ideo assisa capiatur per defaltam.

Nota quod assisa mortis capitur ad defaltam post resummonicionem.

Juratores dicunt quod Robertus obiit inde seisitus sicut breue dicit, set dicunt quod habuit duos filios de amica sua, et postea in lecto suo mortali desponsauit eam et obiit in crastino, et bene dicunt quod pueri illi nati fuerunt antequam desponsasset matrem suam. Et ideo consideratum est quod sponsalia illa nulla sunt quantum ad hereditatem habendam. Et ideo Radulfus recuperauit seisinam suam et alii in misericordia etc.

Nota de desponsatione in lecto mortali et unde nati ante sponsalia non sunt legittimi.

Petrus de Melsa summonitus fuit ad warentizandum Abbati de Fontibus duas caruc. terre cum pert. in Eseby quas tenet etc., et unde cartam suam habet ut dicit.

Et Petrus uenit et dicit quod non debet ad hoc breue respondere, quia breue dicit quod warentizet terram predictam unde idem Abbas habet cartam suam, et idem Abbas nullam habet cartam de eo.

Et Abbas hoc cognoscit, set dicit quod habet cartas antecessorum suorum. Et ideo consideratum est quod Petrus eat inde sine die etc.

Nota quod cadit placitum de warantia carte ubi quis loquitur de carta implacitati ubi loqui deberet de carta antecessoris[1].

Willelmus de Percy summonitus fuit ad warentizandum Abbati de Fontibus pasturam ad iiij^{xx}. equas et octo stalones

[1] Br. f. 399. This is Fitz. *Garraunt de Chartres*, 27.

in foresta de Langestrede, quam tenet et de eo tenere clamat, et unde cartam suam habet ut dicit, unde idem Abbas profert cartam suam quam inde habet, et que testatur quod idem Willelmus et heredes sui debent warentizare in perpetuum eidem Abbati et successoribus suis pasturam ubique in Laugestrede etc. Profert eciam multas cartas et confirmaciones hoc idem testantes etc., unde idem Abbas queritur quod contra cartas illas et post cartam suam de confirmamento fecit idem Willelmus quandam clausturam ad spacium duarum leucarum per quod stalones et equi eorum non possunt uenire ad aquam ubi adaquari solebant, nec possunt uenire ad faldas suas nisi magna pena, per quod deterioratus est etc.

Et Willelmus uenit et cognoscit cartam suam et cartas alias et bene eas warentizat. Et defendit uim et iniuriam et impedimentum et dampnum et totum, et dicit quod reuera fecit quoddam clausum x. acrarum, set illud clausum non est ad nocumentum uel impedimentorum[2] equarum uel stalonum ipsius Abbatis quin bene possint libere et sine impedimento ire ad aquam et redire, et petit iudicium si possit ad comodum suum clausum facere in pastura illa, ex quo pastura illa adeo larga est quod idem Abbas habere potest communam et pasturam ad sufficienciam ad plures equos quam ibi habeat, et quod post cartam suam non fecit plus clausi nisi predictas x. acras ponit se super patriam.

Contra consultutionem de Mertona[1].

Et quia Willelmus cognoscit cartam suam et cartas alias etc. et continetur in cartis quod Abbas habeat ubique pasturam in foresta illa, consideratum est quod Willelmus non potest aliquid claudere sine assensu Abbatis, et quod foresta sit in eodem statu in quo fuit prius, et Willelmus in misericordia.

Nota quod nichil includi poterit de forestis et moris licet minimum quidem quamuis querens extra clausum habere possit ad sufficientiam.

1882. Assisa uenit recognitura si Gaufridus filius Amauri frater Alani fuit seisitus in dominico suo etc. de uno mesuagio cum pert. et tribus bouatis terre cum pert. in Fuletorpe die etc., quam terram et quod mesuagium Robertus Marmium tenet

Hic nota quod cadit breue ubi quis totum petit et medietatem habet tenendam per totum iudicium.

[1] See Br. I. 227. The allusion is to the chapter in the Statute concerning approvement. This is Fitz. *Coron*, 25.

[2] Corr. *impedimentum*.

Qui uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia predictus Gaufridus habuit tres filias de uxore sibi desponsata que adhuc uiuunt et uxor Gaufridi habet inde dotem suam.

Et Alanus hoc cognoscit, set dicit quod ipse nate fuerunt antequam desponsasset uxorem suam. Et quia ipsa habet inde dotem suam, consideratum est quod assisa non iacet etc.

Marmaduc de Tueng' petit uersus Galfridum de Neuilla et Mabiliam uxorem eius duas caruc. terre cum pert. in Dictona, in quas non habet ingressum nisi per Galfridum de Neuilla patrem eiusdem G. qui iniuste etc. post. ult' etc. | inde [278.] disseisiuit eundem Marmaduc, ita quod assisa noue disseisine inde summonita fuit et uisus factus fuit et remansit assisa capienda eo quod predictus Galfridus obiit ante capcionem eiusdem assise etc.

Et Gaufridus pro se et Mabilia uxore eius uenit et defendit predictum ingressum per Gaufridum, quia dicit quod habuit ingressum per Mabiliam uxorem suam, quia terra illa ei descendit post mortem Willelmi de Mara patris sui, qui inde obiit seisitus, et tenuit ut hereditatem suam, et Radulfus pater suus et auus istius Mabilie ante eum.

Et Marmaduc non potuit hoc dedicere, quia conuictum est quod idem Galfridus[1] nullum ingressum habuit nisi per guerram. Et ideo Gaufridus inde sine die, et Marmaduc in misericordia etc., et perquirat se per breue de recto si uoluerit etc.

Assisa uenit recognitura si Reginaldus de Houkegarthe auunculus Roberti fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de xiij. bouatis terre et j. molendino cum pert. in eadem uilla post etc. die etc., quam terram et molendinum Willelmus de Houkegarthe tenet. Qui uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia alias tulit assisam super eum de eodem tenemento et concordati fuerunt, et idem Robertus habet terram illam quam per concordiam illam recuperauit, et concordia illa inrotulata est in itinere Ricardi Episcopi Dun-

[1] Geoffrey the father, who apparently must have dispossessed his son's wife or an ancestor of hers.

holmensis et Martini de Patteshulla et sociis suis ultimo itinerantibus[1] de omnibus placitis[2]. Et ideo teneatur sicut ibi continetur. Post dicit Robertus quod fuit infra etatem quando concordia illa facta fuit, et non uult eam tenere nisi curia considerauerit. Et curia testatur quod tunc fuit infra etatem, et ideo ex quo non uult eam tenere, non teneat, et ideo reuertatur eidem Willelmo tota terra quam idem Robertus habuit per concordiam illam. Et quia idem Robertus tulit assisam de morte auunculi sui et Willelmus est frater auunculi sui, consideratum est quod assisa non iacet inter eos. Et ideo Willelmus inde sine die, et Robertus in misericordia, et perquirat sibi per breue de recto si uoluerit etc.

Nota casum Hug' fil' Wymundi de Ralegha primogenitum et postnatum qui fuit infra etatem de concordia inter eos facta coram H. de Brattona[3].

1885. Assisa uenit recognitura si Rogerus Abbas de Wyteby iniuste etc. disseisiuit Robertum filium Radulfi de libero tenemento suo in Siluecho.

Et Rogerus uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia idem Robertus est uillanus suus, et Radulfus pater suus fuit uillanus suus. Et producit tales qui cognoscunt etc.

Et Robertus dicit quod liber homo est, quicquid illi dicant, set bene cognoscit quod sunt parentes sui sicut se faciunt. Et quesitus si aliquem liberum habeat in parentela sua, dicit quod sic. Set nullum producit. Et ideo consideratum est quod per iuratores inquiratur si pater predicti Roberti fuit uillanus et tenuit in uillenagio uel non.

Juratores dicunt quod pater suus fuit uillanus et tenuit in uillenagio et de uillanis extractus, et idem Robertus est uillanus. Et ideo consideratum est quod assisa remaneat, et quod Abbas eat inde quietus, et Robertus in misericordia pro falso clamore etc.

Nota de exceptione uillenagii opposita, quod ille super [quem] assisa arramiata fuit dixit quod querens uillanus fuit et suus et pater suus similiter fuit uillanus suus et producit parentes qui hoc cognoscunt[4].

1886. Assisa uenit recognitura si Rogerus Abbas de Wyteby iniuste etc. disseisiuit Petrum de Newenhain de communa pasture sue in Newetona que pertinet ad liberum tenementum suum in eadem uilla infra assisam.

[1] Sic; corr. *sociorum suorum ultimo itinerancium*.

[2] Eyre of 1218. Rot. Cl. vol. I. p. 380 b.

[3] This allusion to a case heard by Bracton will be discussed in the Introduction.

[4] See Br. f. 201. The word *quem* is not in MS.

Et Abbas uenit et dicit quod cepit aueria sua quia pauerunt boscum suum, et non quia pauerunt pasturam in eodem bosco. Nota de contentione facta de pastura et bosco ubi communa concessa fuit, et unde dictum fuit quod usus fuit communa herbagii et bruillo et ideo non de bosco.

Et Petrus uenit et dicit quod aueria sua semper solebant pascere in nemore illo ubicunque uoluerint et pasturam et bruillum, et inde ponit se super iuratam.

Juratores dicunt quod Abbas disseisiuit Petrum sicut breue dicit. Et ideo consideratum est etc.

Assisa uenit recognitura si Willelmus [Thesaurarius] de Richerfeuldia iniuste etc. disseisiuit Nicholaum filium Ade de libero tenemento suo in Aco' infra assisam. Thesaur'. Ebor[1].

Et Willelmus uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia idem Nicholaus uillanus est, et aliquando tulit breue de libertate sua probanda, et libenter audiet probacionem suam quod uillanus [non[3]] sit. Et profert omnes parentes dicti N., qui cognoscunt se esse uillanos etc. Nota de exceptione uillenagii et probatione eius per parentes optima, et unde querens conuictus fuit ad uillanum[2].

Et Nicholaus uenit et defendit omne uillenagium et parentelam omnium predictorum preterquam de Constancia amita sua, que sine assensu patris sui cuidam uillano desponsata fuit. Et quod liber homo sit, et quod predicti parentes eius non sunt sicut dicunt ponit se super iuratam etc.

Et Thesaurarius ponit se similiter super patriam quod uillanus est et quod predicti sunt parentes eius sicut se faciunt. |

Et quia idem Nicholaus nullam sectam producit quod liber homo sit, consideratum quod iurata inde fiat ad recognoscendum si predicti homines parentes Nicholai sint sicut se faciunt. Et iuratores dicunt super sacramentum suum quod omnes predicti homines et femine sunt parentes ipsius Nicholai sicut se faciunt sicut pro certo intelligunt. Et quia cognoscunt se esse uillanos, consideratum est quod nulla assisa iacet inter eos et quod Nicholaus conuictus est ad uillanum etc. [270 b.]

6. Thomas le Orbatur et Agnes uxor eius petunt uersus

[1] Probably these words should follow *Willelmus* in the text.

[2] Br. f. 201. This is Fitz. *Villenage*, 43.

[3] Words in [ ] inserted by annotator.

Walterum filium Andree medietatem duorum mesuagiorum cum pert. in Eboraco ut dotem ipsius Agnetis, unde Alexander de Londonia etc.

Et Walterus uenit et dicit quod non debet ad hoc breue respondere, quia breue dicit unde nichil habet, et ipsa habet dotem scil. dimidium mesuagium.

De consuetudine ciuitatis Eboraci, quod uir potest dare uxori sue purcacium suum et eciam cui uoluerit, et Et quod ei datur de purcacio non computabitur ei in dote sua[1].

Et Thomas dicit quod reuera Alexander uir suus ei dedit de purchacio suo dimidium mesuagium etc. set non nomine dotis immo de dono suo preter dotem suam, quia talis est consuetudo ciuitatis Eboraci quod uir potest dare uxori sue totum purchacium suum et terram si uoluerit et cuicumque uoluerit.

Et Walterus cognoscit quod talis est consuetudo, set dicit quod mesuagia illa non sunt de purchacio suo immo ei descendit de hereditate sua, et inde ponit se etc. Concordati sunt.

1889. Rannulfus de Flaxflet et Isolda uxor eius petunt uersus Hugonem de Seleby xiiij. sol. redditus cum pert. in Eboraco, quas clamant esse ius et hereditatem ipsius Isolde, in quem non habet ingressum nisi per Walterum de Grana quondam uirum ipsius Isolde qui etc. cui etc.[2]

Exceptio specialis et localis de clamio non apposito infra annum et diem.

Et Hugo uenit et dicit quod non debet ad hoc breue respondere, quia ipse tenuit terram illam per unum annum et unum diem sine calumpnia uel clamio quod idem Rannulfus et Isolda apposuissent, et consuetudo ciuitatis [Eboraci[3]] est quod non debet ad tale breue respondere nisi calumpnia inde facta fuit infra annum, et petit quod consuetudo teneatur.

Et Rannulfus hoc totum cognoscit. Set nullam sectam producit quod apponeret in terra illa clamium etc. Et Hugo petit sibi hoc allocari. Et ideo consideratum est quod Hugo eat inde sine die, et Rannulfus in misericordia etc.

[1] This is Fitz. *Prescription*, 61.

[2] This is a *cui in vita*.

[3] By the annotator. This seems to be the undated case about the custom of York cited by Bracton, f. [illegible]. It is Fitz. *Prescription*, 62.

PLACITA ET ASSISE CAPTE IN COMITATU SUFFOLKIE CORAM M. DE PATTESHILLA STEPHANO DE SEGRAVE ET SOCIIS SUIS ANNO REGNI REGIS HENRICI FILII REGIS JOHANNIS XIJMO.[1]

0. Assisa uenit recognitura si Reginaldus de Brichworthe et tales etc. iniuste etc. disseisiuerunt Simonem de Odewilla et Margaretam uxorem eius de libero tenemento suo in Witheringeskate post etc.

Et Reginaldus obiit, et alii non ueniunt nec fuerunt attachiati quia non fuerunt inuenti. Et testatum est quod Willelmus et Mabilia fuerunt principales disseisitores et tenuerunt terram illam in manum suam antequam Reginaldus aliquid inde haberet. Et ideo procedat assisa super eos.

Juratores dicunt quod redditus unde fecerunt uisum datus fuit predicte Mabilie in maritagium, et ipsa eundem redditum dedit predicto Simoni in maritagium cum Margareta filia sua, et fecit tenentes redditum illum facere homagium eidem Simoni, ita quod idem Simon et Margareta fuerunt inde in seisina quousque predicta Mabilia ipsos inde disseisiuit antequam desponsata esset predicto Willelmo, unde dicunt quod Willelmus eos inde non disseisiuit. Dicunt eciam quod predicta Mabilia tenuit redditum illum in manum suam per longum tempus postquam eos inde disseisiuerat antequam dedit illum redditum predicto Reginaldo qui obiit. Et ideo consideratum est quod Simon et Margereta recuperauerunt seisinam suam uersus Mabiliam, et Mabilia in misericordia et Simon et Margareta in misericordia pro falso clamore uersus Willelmum et Reginaldum. |

1. Assisa uenit recognitura si Mabilia mater Rogeri filii [277.]

[1] For commission see Rot. Cl. vol. 2, p. 213. Segrave's name is not in the commission as originally issued. The session in Suffolk seems to have begun in Sept. 1227, and to have lasted into the new regnal year, A. R. 12.

A = Tower Roll No. 11, which is in bad condition and has lost several membranes. The pagination of the membranes which I follow is that which will be found at their tops.

Osberti et Ricardi[1] de Tudeham iniuste etc. disseis' Rogerum filium Osberti de Tudenham de libero tenemento suo in Cretinge post etc.

Et Mabilia et Ricardus ueniunt et dicunt quod assisa non debet inde fieri, quia reuera ipse Rogerus fuit seisitus de eadem terŕa, set predicta Mabilia dedit ei escambium pro eadem terra ita quod non disseisiuit ipsum Rogerum iniuste.

Responsio contra assisam quod escambium datum fuit pro terra de qua assisa arramiata est, et per cartam.

Et Rogerus uenit et dicit quod nunquam conuenit inter eos de escambio faciendo, et dicit quod habuit terram illam ex dono predicte Mabilie per cartam suam quam profert et que hoc testatur, et inde ponit se super patriam et testes nomjnatos in carta, et quod fuit in seisina donec ipsa Mabilia eum disseisiuit.

Et Mabilia dicit quod nunquam fecit ei cartam illam, nec ei dedit, et inde ponit se super iuratam. Et fiat iurata.

Et iuratores dicunt quod nichil sciunt de carta. Et dicunt quod non disseis' eum. Et ideo Mabilia inde sine die, et Rogerus in misericordia. Et sciendum quod testes nominati in carta dicunt quod nunquam interfuerunt confectioni carte illius, nec sciunt si aliqua carta inde facta fuit uel non[2]. Et ideo sicut prius etc.

1892. [3]Assisa uenit recognitura si Radulfus de Charefeld iniuste etc. disseisiuit Isobellam filiam Willelmi de Braham de libero tenemento suo in Tatingestona post etc. Et Radulfus uenit et nichil dicit quare assisa remaneat etc.

Disseisitor duxit mulierem in terra sua, propria mulieris, et impregnauit eam et quando eam desponsare noluit, set eiecit eam.

Juratores dicunt quod predictus Radulfus iniuste disseisiuit eam, quia quidam Hamon le Fol dedit terram istam predicte Isobelle quando leuauit eam de fontibus, et tradidit terram illam scil. lx. acr. terre Willelmo Braham patri istius Isobelle et matri sue cum predicta Isobella. Et tunc uenit iste Radulfus et dixit quod eam desponsaret et illam duxit in predictam terram, et quando eam impregnauerat expulit eam de terra illa et eam desponsare noluit, set aliam desponsauit, et ita tenuit se semper in eadem terra et predictam Isobellam ita disseisiuit. Et ideo consideratum est quod

[1] Corr. Ricardus.
[2] Bracton, f. 306, cites this case.
[3] A. m. 7.

predicta Isobella recuperauit seisinam suam et Radulfus in misericordia etc.

93. [1]Assisa uenit recognitura si Willelmus filius Godwini[2] etc. iniuste etc. diss' Ricardum filium Marie de Brom de libero tenemento suo in Acle post etc.

Et Willelmus uenit et bene concedit assisam.

Juratores dicunt quod quidam Aluredus Rowe dimisit terram istam primo isti Ricardo filio Marie ad terminum, et interim uenit iste Willelmus filius Godwini et in tantum locutus fuit cum eodem Aluredo quod terram illam dimitteret in feodum pro quadam summa pecunie, et dies datus fuit de pecunia reddenda et carta facienda, et ad conuencionem istam tenendam hinc inde fuit affidatum, et cum dies solucionis aduenisset ille Willelmus conuencionem illam non tenuit, et tunc dimisit idem Aluredus terram illam in feodo predicto Ricardo qui prius habuit eam ad terminum, ita quod postea uenit idem Willelmus et implacitauit eundem Aluredum in curia cristianitatis de fidei lesione, ita quod oportuit eundem Aluredum de necessitate facere ei cartam suam et terram illam ei concedere, unde post concessionem illam uenit idem Willelmus et alii et disseisiuerunt eundem Ricardum de eadem terra. Et ideo consideratum est quod predictus Ricardus recuperauit seisinam suam, et W.[4] in misericordia etc.

Unus primo ad terminum, et postea alius in feodo de concessione illius qui ad terminum prius dimiserat, pro quadam summa pecunie. Dies datus est de solutione facienda et affidatum est. Placitum in cur. crist. ita quod per cohercionem S. Ecclesie fecit ei cartam et postea ipsum Ricardum disseisiuerunt per placitum illud[3].

94. [5]Assisa[6] ex consensu parcium uenit recognitura si Walterus de Hatfeuld, postquam Alexander filius Willelmi tulit uicecomiti breue Dom. Regis de pace habenda de hoc quod idem Walterus clamauit eum ut natiuum suum desicut idem Alexander paratus fuit probare libertatem suam, asportauit bladum ipsius Alexandri et boscum suum et uirgultum suum prosterni fecit et asportari, uel non.

Juratores dicunt quod idem Walterus postquam idem Alexander tulit breue de pace habenda, blada ipsius Alexandri asportauit et boscum suum et uirgultum prosterni fecit

Walterus asportauit blada Alexandri et uirgultum postquam tulit breue Regis de libertate sua probanda, et processit breue de libertate, et recuperauit Alexander liberum statum suum et catalla per parentes quia alius petens non probauit contrarium[7].

[1] A. m. 7 d.

[2] *Michael fil. Eudonis et Will. le Clerc.* A.

[3] Compare the case discussed by Bracton, f. 12 b, 44 b, 178.

[4] Supply *et alii*, A.

[5] A. m. 7 d.

[6] *Jurata*, A.

[7] Walter is the *alius petens*, i.e. plaintiff in the original proceeding.

et asportari fecit sicut breue dicit, unde dampnum habet ad ualenciam xx. sol.

Idem Alexander, qui tulit breue Dom. Regis de pace habenda et de libertate sua probanda uersus dictum Walterum qui eum clamat ut natiuum suum, uenit et dicit quod liber est. Et producit parentes suos[1] etc. et qui omnes dicunt se esse liberos. |

[277 b.] Et Walterus dicit quod predicti non sunt parentes sui sicut se faciunt et dicunt, sed nichil aliud dicit nec ostendit nec probat contrarium per alios parentes. Et ideo consideratum est quod fiat inquisicio per tales[2] etc. si isti predicti sint ita parentes sicut se faciunt, et si habitus sit pro libero et si libere tenuit tenementum suum. Qui dicunt super sacramentum suum quod semper habitus est pro libero inter homines de patria et quod libere tenuit tenementum suum. Et quia hoc testatum est per iuratores, et quia ipse Alexander producit talem sectam sicut superius et idem Walterus nec potest probare contrarium, consideratum est quod idem Alexander liber sit de cetero, et teneat tenementum suum libere ipse et heredes sui in perpetuum etc.

Probatio libertatis de eo qui fuit extra potestatem[3].

1895. [4]Assisa uenit recognitura si Osbertus de Herlingefeuld et tales[5] etc. iniuste etc. disseisiuerunt Margaretam et Emmam filias Joscelini de Gernemue de libero tenemento suo in Parua Gernemue post etc.

Et tales[6] uenerunt, et nichil etc.

Juratores dicunt quod predictus Osbertus et alii disseisiuerunt eas iniuste. Sed postea predicte Margareta et Emma coram iusticiariis confesse sunt quod Joscelinus pater ipsarum non desponsauit matrem suam, sed tantum fidem dedit in lecto suo mortali scil. quadam die Sabbati, et die Lune proximo sequente obiit. Et confesse sunt eciam quod nunquam fuerunt in seisina de eodem tenemento, quia una ipsarum statim post mortem patris sui transtulit se ad auiam suam, et alia transtulit se ad Magnam Gernemue, ita quod nunquam fuerunt in seisina. Et ideo consideratum est quod

Nota de iuratoribus conuictis quia dixerunt quod querentes fuerunt disseisite quo nunquam fuerunt in seisina, et custod'.

[1] Eight named persons of kin in various degrees. A.

[2] Twelve names, A.

[3] In Bracton's phrase [illegible] was statu liber.

[4] A. m. 8 d.

[5] Eight others, A.

[6] Only one, A.

Osbertus et alii inde quieti, et iuratores quia conuicti fuerunt de periurio, custodiantur, scil. tales etc.[1]

96. [2]Assisa uenit recognitura si Henricus de Seingues et tales etc. iniuste etc. disseisiuerunt Galfridum de Crondona et Thomam filium Osberti de libero tenemento suo in Boytona post etc. Et Henricus et alii ueniunt et concedunt assisam.

Juratores dicunt quod G. de Crondona nullum ius habet in eadem terra nisi tantum de xvj. acris terre quas tenet in dotem Hawisie uxoris sue de hereditate Osberti patris ipsius Thome.

Et super hoc profert idem G. quamdam cartam que testatur quod idem Thomas dedit eidem Galfrido totam terram que ad eum pertinebat iure hereditario.

Et idem Thomas uenit et defendit cartam illam. Et conuictum est per testes nominatos in carta et per iuratores quod carta illa falsa est. Et ideo pro nulla habeatur.

Dicunt eciam iuratores quod idem Thomas fuit in seisina de tenemento illo ut de feodo. Et ideo Thomas recuperauit seisinam suam ut de feodo et Galfridus et Hawisia habeant seisinam suam de xvj. acris ut de dote ipsius Hawisie. Et G. in misericordia pro falsa carta etc. De dampnis nichil sciunt quia bladum adhuc est super terram, et reddatur eidem Thome et aliis qui illud seminauerint, et si quid inde amotum fuerit idem G. respondebit de precio. Dicunt eciam quod predictus Henricus et alii nullam fecerunt disseisinam, sed si quid inde factum fuit, hoc fuit per contencionem inter G. et Thomas.

Nota quod pro dampnis habenda erit ratio meliorationis[3].

97. [4]Assisa uenit recognitura si Matheus Pistor iniuste etc. disseisiuit Adam de Berchestona de libero tenemento suo in Parua Jernemue post etc. Et Matheus uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia si aliqua facta fuit disseisina facta fuit per Robertum Creuequeor qui tenuit terram illam in manu sua per duos annos, et idem Robertus postea [illam

Nota responsio quod alius fecit disseisinam et illam tenuit per longum tempus[5].

[1] Several of the jurors make fine with sums varying from a hundred shillings to two marks, A.

[2] A. m. 9 d.

[3] See Br. f. 187 b; *habita ratione meliorationis*.

[4] A. m. 9 d.

[5] See Br. f. 176.

dedit[1]] cuidam Roberto clerico, qui illam tenuit in manu sua per longum tempus, et iste Robertus dedit eandem isti Matheo. Et Adam non potuit hoc dedicere. Et ideo Matheus sine die et Adam in misericordia.

1898. [2]Corbyn. [De warantia ipsius qui est infra etatem.]

Assisa uenit recognitura si Rogerus de Glouecestria pater Johannis fuit seisitus in dominico suo etc. de una roda terre cum pert. in Toppefeld die etc. quam terram Ricardus Palle tenet. Qui uenit et uocat inde ad warantum Willelmum filium Willelmi de Ros qui infra etatem est et per cartam Willelmi patris sui quam profert, et que testatur quod idem Willelmus dedit ei terram illam pro homagio suo, et petit quod etas sua[3] expectetur. Et Johannes uenit et dicit quod etas sua non debet expectari quia predictus Rogerus obiit inde seisitus ita quod predictus Willelmus non habuit inde nisi custodiam dum idem Willelmus[4] fuit infra etatem et in custodia Willelmi de Ros patris qui similiter fuit infra etatem et in custodia Petri de Stokes, qui quidem Petrus dedit custodiam Ricardo de Stapelfordia, et quod ita sit ponit se super iuratam. Postea concordati fuerunt.

1899. [5]Assisa uenit recognitura si Robertus filius Reginaldi iniuste etc. disseisiuit Elyam filium Osberti de libero tenemento suo in Dunewico post etc.

Et Robertus uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia uerum uult dicere, quod Reginaldus pater suus obiit inde seisitus et ipse remansit in custodia Letitie matris sue, et ipsa dum ipse fuit infra etatem fecit quamdam cartam eidem Elye sub nomine suo de predicto tenemento. Et quando ad etatem peruenit posuit se in tenementum illud sicut in illud unde pater suus obiit seisitus et nullam aliam fecit disseisinam.

1 By annotator; in A.

2 A. m. 36. This case is written in the margin of the note-book at the bottom of the page, f. 277 b. The word *Corbyn* and the case itself are written by some scribe other than him who copied the rest of the page. The words printed within [ ] are by the annotator. He has already alluded to this case in the note to Case 1827. It will be shown in the Introduction that the word *Corbyn* may refer to a case heard by Bracton, who on f. 275 cites this case of Roger of Gloucester.

3 The majority of William, the voucher.

4 Sic. A; corr. *Johannes* (?)

5 A. m. 11 d.

Et Elyas dicit quod idem Robertus cartam illam fecit et enementum illud ei uendidit et denarios recepit et unum spernerium, | et talis fuit etatis tunc quando cartam fecit quod secundum legem uille de Dunewico potuit terram endere et donare, et inde ponit se super iuratam. Et Robertus similiter. [278.]

Nota de consuetudine de Dunewiko quod ille qui uult uendere uel dare debet xvj. annorum[1].

Juratores dicunt quod Robertus non fuit nisi xv. annorum quando carta facta fuit et secundum consuetudinem debet quis esse xvj. annorum ad hoc quod ualeat uendicio uel donacio alicuius. Et ideo consideratum est quod Robertus eat inde quietus et Elyas in misericordia etc.

[2]Jacobus de Gisneto petit uersus Willelmum filium Roscelini quod warentizet ei feodum dim. militis cum pert. n Huntingfeuld quam[3] tenet et de eo tenere clamat, et nde cartam suam habet, unde idem Jacobus queritur quod Rogerus de Huntingefeuld persona eiusdem uille petit uersus ipsum vj. solidatas redditus de eodem tenemento desicut idem Willelmus debet warentizare eidem Jacobo otam terram illam unde detulit breue de warentia pro c. ol. redditus quos inde percipit per annum. Et preterea dem dicit quod Adam de Vallibus capitalis dominus petit nde duos sol. redditus.

Nota quod in placito warantie carte fieri debet warantia in eodem statu in quo terra fuit die donationis.

Et Willelmus uenit et cognoscit cartam suam et bene llam ei warentizat, et dicit quod in[4] eodem statu quod[5] erram illam tenuit illam ei dedit, et tunc fuit ecclesia in eisina nomine elemosine de illis vj. sol. redditus, ita quod duo homines qui redditum illum debent attornati fuerunt ad eddendum redditum illum ecclesie. De duobus sol. redditus, licit quod tunc temporis predictus Adam capitalis dominus llos recepit, et eo statu quo illos tenuit illos donauit.

Et Jacobus dicit quod die quo predicta terra ei data fuit enentes predictos vj. sol. redditus non fuerunt attornati ecclesie, immo idem Willelmus reddidit predictum redditum ecclesie per manum suam.

Et quia continetur in carta quod idem Willelmus dedit

[1] Bracton, f. 12, speaks of this as he custom of Ipswich; very possibly he reference should be to Dunwich. See Twiss, vol. 1, p. 93.

[2] A. m. 13.

[3] Sic, A.

[4] Om. *in*, A.

[5] Corr. *quo*.

eidem Jacobo terram illam reddendo per annum eidem Willelmo c. sol. pro omnibus seruiciis consuetudinibus et exaccionibus preter seruicium dimidii militis, et quia idem Willelmus cognoscit quod predictos duos solidos per manum suam reddidit capitalibus dominis, consideratum est quod idem Willelmus acquietet predictum Jacobum de predictis duobus solidis redditus uersus capitales dominos, et sit in misericordia quia eum non acquietauit.

De vj. sol. redditus fiat inquisicio utrum ipsi tenentes per manum suam reddiderunt, uel ipse Willelmus per manum suam. Et xij. iuratores de consensu parcium ad hoc electi dicunt quod duo tenentes quorum unus reddidit tres solidos et alius xij. den., qui tenentes uocabantur Robertus filius Clerici et Willelmus Marchant, reddiderunt redditum illum Ricardo seruienti predicti Willelmi filii Roscelini qui solebat colligere totum redditum illum et similiter totum redditum uille, et idem Ricardus predicto tempore quo Willelmus dedit predictam terram predicto Jacobo et diu antea solebat reddere illos quatuor solidos et duos solidos de bursa sua de denariis domini sui et pro domino suo ita quod ipsi tenentes nunquam fecerunt fidelitatem ecclesie set semper fecerunt totum seruicium suum predicto Willelmo domino suo. Et ideo consideratum est quod predictus Willelmus filius Roscelini et heredes sui acquietent ipsum Jacobum et heredes suos de predictis vj. sol. uersus predictam ecclesiam in perpetuum, et Willelmus sit in misericordia pro iniusta detencione etc.

1901. [1]Robertus de Coleuilla optulit se iiij^to. die uersus Rannulfum Starki et Elenam uxorem eius de placito xx. acris terre cum pert. in Karletona, unde idem Rannulfus Starki et Elena uxor eius posuerunt se in magnam assisam etc. Et Rannulfus et Elena non uenerunt set essoniauerunt se de malo lecti. Sed essonium non allocatum fuit, quia omnes essoniatores cognouerunt quod non fuerunt homines predictorum Rannulfi et Elene, nec sciuerunt dicere ubi iacuerunt, et habuerunt diem de banco ad Westmonasterium, ita quod xij. milites summoniti fuerunt ad faciend' recognicionem

Nota quod non est allocandum essonium de malo lecti si essoniatores cognouerint quod non sunt homines essoniati nec dicere scierint ubi essoniatus iacuerit.

[1] M. m. 13.

Et ideo consideratum est quod terra capiatur in manum Dom. Regis, et ipsi summoneantur quod sint apud S. Edmundum tali die ad audiendum iudicium suum etc.

[1]Assisa uenit recognitura si Thomas et Johannes filii Seywini de Hintelesham et Willelmus filius Willelmi Testepin et tales etc.[2] iniuste etc. disseisiuerunt Nicholaum filium Seywini de libero tenemento suo in Hintelesham post etc. | [278 b.]

[3]Et Johannes uenit et Robertus etc.[3] Et Johannes et Robertus ueniunt et bene concedunt assisam, quia dicunt quod Nicholaus nunquam habuit ibi liberum tenementum quia uillanus est et semper fuit. Sed terra illa libere data fuit ei cum uxore sua, ideo procedat assisa.

Nota quod non remanet assisa noue disseisine propter exceptionem uillenagii de terra que data fuit cum uxore uillani tenenda libere[4].

Juratores dicunt quod Sewinus pater Johannis et Nicholai obiit uillanus et semper tota uita sua tenuit terram illam in uillenagio, et post mortem Sewini uxor eius secundum consuetudinem manerii habuit totam terram illam, et quod manerium fuit de dominico Dom. Regis, et consuetudo talis fuit[5], et omnes filii sui fuerunt cum ea sicut seruientes sui. Postea uenit Willelmus Testepin et locutus fuit ita cum capitali domino quod concessit ei uillenagium illud libere tenendum, et idem Willelmus dedit predicto Johanni filiam suam in uxorem, et mater Johannis dimisit se de terra illa et posuit ipsum Johannem in seisinam, unde bene dicunt quod Nicholaus nunquam habuit seisinam, et ideo dicunt quod non est disseisitus, et ideo in misericordia pro falso clamore.

[6]Assisa uenit recognitura si Johannes filius Porteman frater Edwardi fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de xij. acr. terre cum pert. in Buggeslawe die etc., quam terram Jordanus Corndebof tenet. Qui uenit et dicit quod nichil clamat in terra illa nisi custodiam eo quod Johannes habuit unum filium Willelmum nomine, qui transfretauit xviij. annis transactis et nunquam postea rediit. Et bene cognoscit

Nota de assisa mortis antecessoris de fratre postnato capienda ubi frater antenatus transfretauit et per longum tempus exstiterit ultra mare, ita quod postnatus recuperauit saluo antenato iure suo et seisina si redierit sine placito[7].

[1] A. m. 14.
[2] Ten deforciants including Robert de Hille, A.
[3-3] Om. A.
[4] See above, Case 1837.
[5] It was the custom of the manor that the widow should have the whole of her husband's land.
[6] A. m. 14 d.
[7] So Br. f. 277 b. This is Fitz. *Mordauncestor* 55.

quod predictus Johannes obiit seisitus, et si predictus Willelmus obierit, iste Edwardus est propinquior heres.

Et quia Edwardus cognoscit quod predictus Johannes habuit quemdam filium Willelmum nomine et quod tantum tempus preteriit postquam iuit ultra mare, consideratum est quod Edwardus recuperauit seisinam suam saluo predicto Willelmo iure suo si redierit, ita quod statim habeat seisinam suam cum redierit. Et Jordanus in misericordia.

1904. [1]Assisa uenit recognitura si Rogerus le Bor et tales[2] etc. iniuste etc. disseisiuerunt Benedictum Walterum[3] filium Walteri de libero tenemento suo in Thorendona post etc. Et Rogerus tantum uenit et nichil dicit etc.

Juratores dicunt quod predicti Rogerus et alii non disseisiuerunt eum sicut breue dicit, quia due acre terre unde uisus factus est date fuerunt ecclesie[4] in escambio pro duabus acris aliis quas persona ecclesie dedit Rogero le Bor pro predictis acris. Post uenit Robertus Passelewe et fuit persona[5] illius et cepit in manum suam omnes terras ecclesie, inter quas cepit[6] duas acras, et reddidit Rogero suas duas acras. Et post uenit Nicholaus frater predicti Benedicti et intrusit se in duas acras quas Rogerus habuit, et tradidit eas Benedicto fratri suo, et ipsi duo seminauerunt eas, et post uenit Benedictus et asportauit uesturam. Et quia nichil habuit in eis nisi per intrusionem, consideratum est quod non est disseisitus de libero tenemento suo, et ideo nichil capiat per assisam. Et Rogerus et alii inde quieti et Benedictus in misericordia pro falso clamore. Et Robertus Passelewe concessit postea quod reddet Benedicto escambium suum.

Nota quod nichil recuperabit per assisam qui nichil habuit nisi per intrusionem. Casus de Cornw'.[7]

1905. [8]Salomon de S. Edmundo pro se et Beatricia uxore eius cuius loco etc. petunt[9] uersus Oliuam filiam Andree et Elenam, Agatham, Matillidem, Elizabeth et Egidiam sorores ipsius Oliue quadraginta acras terre cum pert. in Hecham et

[1] A. m. 14d.
[2] *Hubertus le Bor. Walterus fil. Brunwini*, A.
[3] Om. *Walterum*, A.
[4] No name in A.
[5] Sic, A; supply *ecclesie*.
[6] Supply *predictas* A.
[7] Br. t. 160, 161. The last words seem a reference to some other case.
[8] A. m. 15.
[9] Sic, A.

ius ipsius Beatricie etc., et uersus quamlibet illarum sextam partem xl. acrarum terre, unde Hugo de Hecham antecessor ipsius Beatricie fuit seisitus ut de feodo et iure tempore H. Regis etc., et de ipso Hugone debuit descendere ius terre illius Edwino fratri suo, set Edwinus obiit priusquam Hugo, unde debuit ius descendere Radulfo filio ipsius Edwini, et de ipso Radulfo Agathe filie sue, et de Agatha isti Beatricie ut filie et heredi sue, et hoc offert probare etc. prout curia etc.

Et Oliua et omnes alie per attornatum suum ueniunt et defendunt ius earum quando etc., et dicunt quod Hugo de cuius seisina loquitur nullum fratrem habuit nec Edwinum nec alium, set reuera habuit unam sororem Elstridam nomine, que habuit duos filios unum Thurkildum primogenitum et alium Edwinum postnatum | patrem predicti Radulfi. De [279.] Thurkillo exiit quedam filia Matillis nomine, et de ipsa Matillide quidam Simon, qui adhuc uiuit et manet apud Hecham qui maius ius habet in terra predicta[1] si ius haberet[1] quam predicta Beatricia, et petit[2] iudicium si super hoc debeant eis respondere, desicut idem Simon exiit de fratre primogenito sicut predictum est.

Et Salomon et Beatricia dicunt quod predictus Edwinus fuit frater predicti Hugonis et non filius Estrilde, et inde ponunt se super patriam. Et Oliua similiter. Et ideo dies datus est eis apud S. Edmundum tali die etc. ut tunc fiat inde inquisicio si opus fuerit, et tunc ueniat Simon etc.

[3]Ad diem illum uenit Simon et dicit ipse est filius Matillidis, et Matillis fuit filia Thurkilli sicut tenentes dicunt, qui quidem Simon cognoscit se esse uillanum.

Magna assisa ad recognoscendum utrum ille qui tenet maius ius tenendi quam ille qui petit, sicut ille qui exiit de uillano stipite[4].

Et Oliua et omnes alie dicunt quod reuera uillanus est, et Hugo per quem clamat similiter uillanus fuit et omnes qui de eo exierunt, et ponunt se in magnam assisam Dom. Regis, et petunt recognicionem fieri utrum ipse maius ius habeant in terra illa an predicti Salomon et Beatricia sicut ipsa que exiit de uillano stipite etc.

6. [5]Assisa uenit recognitura si Radulfus le Gros, Willelmus

[1-1] Interlined in A.
[2] Sic, A.
[3] Postscript.
[4] Supply *habeat* after *ius*. Bracton, f. 316, cites what seems an earlier stage of this case to illustrate a point of procedure.
[5] A. m. 15.

de Predes et Mabilia filia Godwini iniuste etc. disseisiuerunt Margeriam filiam Simonis de libero tenemento suo in Copedlee post ult' etc. Et Radulfus uenit et nichil etc.

Nota de assignatis[1].

Juratores dicunt quod quidam capellanus pater predicte Margerie emit terram illam sibi et assignatis suis ita quod in extremis laborans dedit terram illam predicte Margerie. Et post mortem capellani uenit mater Margerie et dedit Willelmo de Predes domino feodi iij. sol. per sic quod caperet fidelitatem Margerie et redderet ei seisinam suam, et ipse sic fecit, et posuit eam in seisinam, et in seisina fuit per duos annos et dimidium. Et tunc uenit predictus Willelmus et emit terram illam de Mabilia matre Margerie et statim uendidit eam Radulfo le Gros. Et ideo omnes disseisiuerunt eam. Et ideo consideratum est quod Margeria recuperauit seisinam suam, et Radulfus et alii in misericordia.

Nota optimum de assignatis, quod laborans in extremis ante mortem assignauit filie sue quandam terram sine seisina quam haberet in uita donatoris, et post mortem cepit dominus capitalis fidelitatem et posuit eam in seisinam, et postea eiecta recuperauit seisinam suam.[2]

1907. [3]Assisa uenit recognitura si Hubertus Corndebof iniuste etc. disseisiuit Willelmum Fulekyn de libero tenemento suo in Cnodeshale post etc. Et Hubertus[4] etc.

Juratores dicunt quod predictus Hubertus ita disseisiuit eum de chimino, sed chiminum commune est omnibus de patria, et Willelmus seminauit iter illud et Hubertus pasuit bladum. Et quia Willelmus nullum habuit liberum tenementum, consideratum est quod Willelmus nichil capiat per hanc etc., et sit in misericordia pro falso clamore etc.

Nota quod nullus habere potest liberum tenementum in chimino publico quod commune est omnibus de patria.

1908. [5]Assisa uenit recognitura si Walterus de Hatfeld et Matillis uxor eius iniuste etc. disseisiuerunt Mabiliam la Cunere de libero tenemento suo in Gypewico post etc.

Et Walterus uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri et quod predicta Mabilia nullum debet habere liberum tenementum, quia occidit uirum suum et ipse cepit terram in manum suam pro defectu seruicii.

Et xij. iuratores et coronatores uille de Gipewico record-

Nota de dementia[6]. Nota de uxore que occidit uirum suum in dementia sua et tum sustinuit iudicium [illegible] propter dementiam, et recuperauit seisinam per assisam, set preceptum fuit quod custodiretur[7].

[1] This note is on the inner, the other on the outer margin.

[2] This suggests that when a gift has been made to a man and his assigns, he can make an assign by last will. See on this Br. f. 18 b, 19, 112 b.

[3] A. m. 15.

[4] Does not come and was attached. A.

[5] A. m. 15 d. Among pleas and assizes of the vill of Ipswich.

[6] This note is on the inner, the other on the outer margin.

[7] See Br. f. 276 b. § 2. [illegible] Fitz. Dower, [illegible], and Damages, 83.

antur quod predicta Mabilia fuit demens ante iter iusticiariorum ultimo itinerancium scil. G. de Boclande et sociorum suorum, et ipsa ligata fregit ligamentum suum et occidit Hugonem Tinctorem uirum suum quadam securi, et fugiendo uersus aquam uolens submergere se capta fuit et imprisonata, et loquela presentata fuit coram prefatis iusticiariis, et ibi propter demenciam suam quieta fuit, et postea rediit domi et fuit in seisina de domo illa quousque Walterus eiecit eam et W. fil' eius[1].

Et Walterus cognoscit quod terra illa est hereditas predicti Willelmi et nichil clamat in eo nisi seruicium suum. Et ideo Mabilia habeat seisinam suam etc., et statim reddit Willelmo filio suo illam terram. Et quesita quare occidit uirum suum, dicit quod nichil inde sciuit. Ideo custodiatur[2].

[3]Assisa uenit recognitura si Thomas de Coleuilla auunculus Mabilie et Johanne fuit seisitus etc. de x. acr. terre cum pert. in Merlefordia die etc., unde Adam Harie et Alicia uxor eius tenent tantum etc. et Euerardus filius Ranwe tantum etc. |

Et Adam et Alicia uen' et bene cognoscit[4] quod Thomas obiit seisitus ut de feodo, et dic'[5] quod ipsa Alicia fuit soror ipsius Thome, et bene concedunt quod si Lucas[6] haberet pueros de corpore suo quod ipsi essent heredes propinquiores, set nullos habuit de uxore sibi desponsata, unde dicunt quod predicta Johanna et Mabilia sunt bastarde. Et ideo inde sine die. Et Mabilia et Johanna habeant breue ad Episcopum etc. [279 b.]

Nota quod opposita fuit bastardia duabus sororibus. Juratores dixerunt quod una illarum nata fuit antequam mater sua esset desponsata et alia post. Ambo recuperauerunt saluo iure postnate si inde loqui uellet[7].

Et Euerardus non uenit, et assisa summonita fuit coram S. de Hales, R. Duket, iusticiariis ultimo itinerantibus, ita quod tunc fuit ei dies datus in aduentu iusticiariorum, et Mabilia et Johanna infra etatem sunt et non possunt placitare, ideo uersus eum capiatur assisa per defaltam.

[1] *Willelmum filium eius*, A.

[2] *Loquendum apud S. Edmundum*; margin of A.

[3] A. m. 16.

[4] *cogn'*. A.

[5] *dicit*, A.

[6] No explanation in A; but Luke was father of the *plaintiffs* and brother of Thomas.

[7] Bracton, f. 271, gives this case. Seemingly he cites it also, f. 238 b, as to there being no resummons when the assize is brought by an infant; but the text refers to Sussex instead of Suffolk.

Juratores dicunt quod predictus Thomas obiit inde seisitus ut de feodo et post terminum, set dicunt quod Lucas pater ipsarum Mabilie et Johanne desponsauit uxorem suam postquam Mabilia nata fuit, set bene dicunt quod Johanna nata fuit postquam mater earum desponsata fuit. Et ideo consideratum est quod Mabilia et Johanna recuperauerunt seisinam suam saluo iure Johanne si inde loqui uoluerit uersus Mabiliam cum ad etatem uenerit etc.

1910. [1]Assisa uenit recognitura si Walterus Dacus, Rogerus de Muhaut et Thomas Faber iniuste etc. disseisiuerunt Alexandrum Bart de libero tenemento suo in Frammesdena post etc. Et Rogerus et Thomas ueniunt et nichil dicunt quare assisa remaneat.

Nota recuperet querens propter tenementum [illegible], quod non est uerum si iusta est donatio [illegible] [2].

Juratores dicunt quod Alexander nunquam fuit in seisina nisi tantum modo quod ipse carianit marlam super terram uno die summo mane et misit carucam suam super terram et statim amota fuit. Et ideo consideratum est quod Alexander nichil capit per assisam.

1911. [3]Assisa uenit recognitura si Rogerus de Muhaut et alii etc. iniuste etc. disseisiuerunt Willelmum filium Rogeri de libero tenemento suo in Framesdena post etc. Et omnes ueniunt et bene concedunt assisam.

Item de tenera seisina que tenera reputatur, quia per dimidium diem.

Juratores dicunt quod Rogerus pater predicti Willelmi dimisit terram illam cuidam Rogero Fabro ad terminum uite sue, et post mortem ipsius Rogeri [Fabri] uenit predictus Willelmus et asportauit arbores cuiusdam haye et arauit terram per dimidium diem quousque[4] uis predicti Rogeri [Fabri] et al'[5] inde amouerunt carucam suam, set non per preceptum Rogeri. Et quia non habuit seisinam nisi per dimidium diem et seisina ita tenera fuit [et iniuriosa[6]]

[1] A. m. 16 d.

[2] For the phrase *tenera seisina* see Br. f. 39. The doctrine of this note is just Bracton's; he who has no title does not get a seisin protected by law against those who have title, until he has occupied the land for some time; but he who has title is seised so soon as he enters. See the interpolation of *iniuriosa* in the next case. This is Fitz. Assise, 429.

[3] A. m. 16 d.

[4] Supply *predicti Rogerus et alii et*, A.

[5] Om. *et al'*, A. The second interpolation of *Fabri* seems erroneous.

[6] Interpolated by Annotator, not in A. See note to last case. This is Fitz. Assise, 428. The point of this case and the last was afterwards attended. See below Case 1931.

consideratum est quod nullam inde seisinam habuit. Et ideo Rogerus et alii inde sine die et Willelmus in misericordia.

[1]Assisa uenit recognitura si Ernaldus Badhegh' pater Hugonis fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de dim. acr. terre cum pert. in Rindham die etc., quam terram Matheus filius Thome tenet. Qui uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia terra illa data fuit[2] in maritagium cum quadam Gunnilda de qua nullum heredem habuit, set postea duxit quamdam aliam uxorem de qua habuit Hugonem predictum, unde bene dicit quod non habuit aliquod ius nisi per Gunnildam. Et quia infans est infra etatem et non potest placitare, inquiratur per iuratores et procedat etc.

Juratores dicunt quod predicta terra data fuit predicto Ernaldo in maritagium cum predicta Gunnilda, set post mortem Gunnilde et puerorum ipsius Gunnilde fecit idem Ernaldus tantum uersus Matheum de Valeynes capitalem dominum feodi qui terram illam dederat in maritagium, quod dedit ei terram illam in feodo et obiit inde seisitus, et quod iste etc.[3] Et ideo consideratum est quod Hugo recuperauit seisinam suam et Matheus in misericordia etc.

[4]Assisa uenit recognitura si Adam de Bedingfeuld et Constancia uxor eius iniuste etc. disseisiuerunt Simonem Carpentarium de libero tenemento suo in Kanetona post etc.

Adam uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri quia Willelmus filius ipsius Simonis desponsauit quamdam filiam suam ante tempus guerre, et eam dotauit per assensum et uoluntatem ipsius Simonis, et quod Willelmus obiit infra guerram, et post mortem suam uenit idem Adam et recepit dotem filie sue secundum quod idem Simon ei concesserat, et ita est filia sua in seisina ut de dote sua.

Et Simon uenit et bene concedit quod predictus Willelmus filius suus desponsauit filiam suam per uoluntatem suam, set nunquam fuit dotata | de terra sua per uoluntatem suam quia [380.]
reuera post mortem Willelmi uenit idem Adam et per uim

[1] A. m. 17.
[2] Given to Ernald.
[3] Sic, A. And that this Hugh is Ernald's next heir.
[4] A. m. 19.

Nota quod si uis aliqua facta fuerit in gwerra si statim post gwerram non conqueratur consentire uidetur quia iniuria per dissimulationem abolitur[1].

guerre distrinxit eum ad faciendum filie sue dotem de tota terra sua.

Et Adam uenit et dicit quod non distrinxit eum, set habuit dotem filie sue per uoluntatem suam et per cartas suas. Et quia Simon cognouit quod fecit dotem filie ipsius Ade et post guerram nullam querelam fecit quod idem Adam ipsum ad hoc distrinxerat, consideratum est quod Simon nichil inde capiat per assisam et sit in misericordia pro falso clamore etc.

1914. Assisa uenit recognitura si Sewallus de Hisenelestuna pater Ade obiit seisitus in dominico suo ut de feodo de xvj acr. terre cum pert. in eadem uilla, die etc., quam terram Rogerus Fine et Wimarca uxor eius tenent. Qui ueniunt et dicunt quod terra illa est uillenagium Ricardi Mandut et quod ipsi sunt uillani eiusdem Ricardi. Et ideo sine die etc.

1915. [2]Assisa uenit recognitura si Adam de Hackebeche iniuste etc. disseisiuit Willelmum filium Eustachii de libero tenemento suo in Dunham post etc. Et Adam uenit et dicit quod piscaria unde assisa aramiata est, communis est pluribus et non liberum tenementum suum, et inde ponit se super iuratam.

Nota quod ubi res communis est inter aliquos sicut piscaria unus per se conqueri non poterit nisi tenend' in communi.

Juratores dicunt quod predictus Adam non disseisiuit eum de piscaria unde uisus factus est, quia piscaria communis est eidem Ade, et antecessoribus suis fuit communis, et preterea idem Willelmus est in seisina ut de communi. Et ideo consideratum est quod Adam eat inde sine die et Willelmus in misericordia pro falso clamore etc.[3]

1916. [4]Assisa uenit recognitura si Hawisia que fuit uxor Albredi de Prestona iniuste et sine iudicio disseisiuit G. de Capella de libero tenemento suo in Prestona post etc.

Et Hawisia uenit et dicit quod non disseisiuit eum iniuste quia seisinam quam habet, habet ipsa per consideracionem curie S. Edmundi.

Responsio contra assisam quod recuperauit per iudicium curie. Sum' recordum curie[5].

Et Gaufridus dicit quod reuera ipsa implacitauit eum in

[1] See Br. f. 16 b and f. 209 b where will be found these words Patientia enim longa trahitur ad consensum, et negligentia sive dissimulatio abolent iniuriam.

[2] A. m. 21.

[3] This is Fitz. Assise, 127.

[4] A. m. 23 d.

[5] Probably [illegible] Penton, f. 205 b, has a case just to the effect from this eyre, St Edmund v Westone, which is found in A.

curia S. Edmundi de predicta terra, ita quod ipse uocauit inde ad warantum Hugonem Ver, qui uenit in eadem curia et ei warentizauit, et super warantum illud cons' ei[1] seisinam suam. Et ideo senescallus[2] habeat recordum etc.

Post uenit Willelmus Tropinel uir ipsius Hawisie, et dicit quod ipsa est uxor sua et quod desponsauit eam antequam assisa aramiata esset. Et Galfridus non potuit hoc dedicere. Et ideo consideratum est quod Hawisia eat inde sine die et G. in misericordia.

[3]Assisa uenit recognitura si Brianus filius Radulfi auunculus Johannis filii Willelmi fuit seisitus in dominico suo etc., de xxiiij. acr. terre cum pert. in Fornham die etc., et si etc., quam terram Emma filia Roberti de Eluedena tenet. Que uenit et dicit quod non tenet terram illam nisi in custodia cum Radulfo filio suo, et uocat inde ad warantum eundem Radulfum.

Contra assisam mortis quod talis antecessor persona fuit et habuit ecclesias et nunquam uxorem desponsauit.

Post uenit Emma et dicit quod Alicia mater istius Johannis soror predicti Briani et predictus Brianus fuerunt bastardi, quia Radulfus pater ipsorum nunquam desponsauit uxorem, quia tota uita sua uixit ut persona et habuit ecclesias suas. Et Johannes non potuit hoc dedicere quin Radulfus obiisset persona, nec ostendere potest quod unquam uxorem desponsasset, et ideo consideratum est quod Emma inde quieta et Johannes in misericordia etc.

[4]Assisa uenit recognitura si Thomas de Dodenes et tales etc. iniuste etc. disseisiuerunt Adam filium Willelmi de libero tenemento suo in Bentlegha post etc.

Nota de domino qui feoffat uillanum de terra tenenda libere pro certo seruicio, heres suus recuperat seisinam suam per assisam noue disseisine[7].

Juratores dicunt quod Willelmus pater Ade fuit aliquando uillanus, set Thomas de Dodenes fecit eum liberum ita quod redderet ei pro tenemento suo iiij. sol. et iiij. gallinas et manducauit[5] secum quando tulerunt[6] gallinas pro omni seruicio, et tali libertate obiit pater suus, et quando pater obiit quia Adam filius suus noluit facere antiquas consuetudines, predicti Thomas et alii ipsum eiecerunt de terra illa et ita disseisiuerunt eum. Et ideo consideratum est quod

[1] Sic, A; *considerauerunt ei* (?)
[2] The steward of the Abbot of Bury.
[3] A. m. 21 d.
[4] A. m. 22.
[5] *manducaret*, A.
[6] *tulerit*, A.
[7] See Br. f. 192 b.

Adam recuperauit seisinam suam de predicta terra uersus predictum Thomam etc. et ipse Thomas et omnes alii in misericordia etc. | [29 b.]

1919. [1]Isobella que fuit uxor Roberti de Ver petit uersus Willelmum Blundum et Ceciliam uxorem eius duas carucatas terre et unum mesuagium preter xiij. acras terre cum pert. in Kotteringham ut dotem suam, unde Robertus quondam uir suus eam nominatim dotauit die quo eam desponsauit etc.

Et Willelmus et Cecilia ueniunt et dicunt quod non debet ad hoc breue respondere, quia habet dotem suam de tota terra unde Robertus quondam uir suus obiit seisitus, et eciam duas partes per finem quem fecit cum Dom. Rege pro habenda custodia filii sui, et desicut breue dicit quod nichil habet, et habet, non uult etc.

Et Isobella uenit et dicit quod nichil habet nomine dotis, set solum racione custodie terre filii sui, et dicit quod Robertus de Ver quondam uir suus dedit ei predictam terram pro tercia parte tocius terre sue quam tunc tenuit.

Et Willelmus et Cecilia ueniunt et dicunt quod non debent inde respondere sine participibus suis, eo quod ipsi terram illam tenent ad partem suam, quia minus habuerunt de maritagio quam alie sorores ipsius Cecilie. Et quesiti si umquam terra partita esset inter eos, dicunt quod non. Et ideo respondeant sine participibus.

Nota quod ubi hereditas non est partita inter coheredes et unus implacitetur de aliqua parte quam ipse tenuerit, respondebit sine participibus[2].

Et Willelmus et Cecilia dicunt quod non fuit ita dotata, immo dotata fuit de tercia parte tocius terre quam uir suus tenuit die quo eam desponsauit, et inde habet sectam sufficientem scilicet tales[3].

Si mulier petens dotem dicat quod dotata fuit nominatim, et respondeatur quod de tercia parte, et ex utraque parte producatur secta, si secta non sufficiat, inquiratur ueritas per patriam[6].

Et Comitissa[4] uenit et dicit quod non fuit dotata de tercia parte per totum, immo nominatim de predicta terra, et inde producit sectam scil. tales etc.[5], et si secta non sufficit, ponit se super patriam de Kensingtona ubi desponsata fuit. Et Willelmus et Cecilia similiter si eorum secta non sufficit. Et sciendum quod Hugo de Ver heres Roberti de

[1] A. m. 25.

[2] Bracton, f. 130, cites this case without date.

[3] Thirteen names, A.

[4] Isabella was Countess of Oxford.

[5] Six names, A.

[6] Bracton, f. 304 b, cites this case.

Ver presens fuit et bene concessit quod nominatim dotata fuit de eadem terra. Consideratum est quod iurata inde fiat, et uicecomes Middlesexie diligenter inquirat qui fuerunt ubi[1] Robertus de Ver eam desponsauit et ex illis et ex aliis de uisneto de Kensingtona per quos etc. uenire faciat apud Westmonasterium tali die xij. tam milites etc. alios a supradictis etc.[2]

[3]Robertus de Wikes et tales etc. iiij. milites summoniti ad eligendum vj. milites simul cum aliis prius electis ad faciendum recognicionem magne assise inter Willelmum de Crikecot petentem et Petrum de Thelnetham et Matillidem uxorem eius tenentes de centum acr. terre cum pert. in Ouesdena, unde idem Petrus et Matillis uocauerunt ad warantum Egidium de Merc, et qui eis warentizauit, et qui postea se reddidit ordini Fratrum Minorum, Et per concessionem eiusdem Petri et Matillidis, qui tenentes sunt, procedit assisa magna ut de warentia ipsius Egidii, utrum ipse Petrus et Matillis qui tenentes sunt habeant maius ius in terra illa ut de warentia ipsius Egidii, an predictus Willelmus. Et sciendum est quod prohibitum fuit eidem Egidio ex parte Dom. Regis apud Westmonasterium ne quid uenderet de terra sua quam eodem die tenuit quo warentiam illam fecit, ne warentiam illam facere non posset, ita quod preceptum fuit uicecomiti Suffolkie quod caperet in manum Dom. Regis de terra ipsius Egidii ad ualenciam predictarum c. acrarum etc. Et sciendum est quod idem Egidius antequam se redderet religioni posuit se in magnam assisam de eadem terra eodem modo quo predictus Petrus, [4]uenerunt et elegerunt istos[5] etc.

Postea uenit eadem assisa [6]apud Westmonasterium[6] per tales etc. Qui iurati dicunt quod Willelmus de Kirketorft antecessor predicti Willelmi non habuit terram illam nisi ad terminum in uadio, et ideo dicunt quod predictus Petrus et Matillis maius ius habent in predicta terra ut ius ipsius

[1] *ubi* repeated.
[2] The jurors are to be other than the suitors.
[3] A. m. 25 d.
[4] Here ends a long series of parentheses. The four knights who were summoned come and choose the recognitors.
[5] The names follow in A.
[6–6] Omit A.

Matillidis quam predictus W., quia Osbertus de Clanuilla[1] qui terram illam emit, post terminum Willelmi preteritum, de quodam Henrico cuius hereditas terra illa fuit, dedit eam in maritagium cum filia sua Willelmo de Mere[2] patri Egidii et idem Willelmus dedit eam predicto Petro cum predicta Matillide in maritagium. Et ideo consideratum est quod Petrus et Matillis et heredes ipsius Matillidis teneant quiete in perpetuum de predicto Willelmo et heredibus suis, et Willelmus in misericordia etc.

1921. [3]Assisa uenit recognitura si Herbertus de Alason et tales[4] etc. iniuste etc. disseisiuerunt Radulfum de Bray de libero tenemento suo in Gaislegha post etc. Et Herbertus et alii ueniunt et dicunt quod assisa non debet inde fieri, quia terra unde uisus factus est data fuit Willelmo de Bosco et Alicie uxori eius sorori ipsius Herberti tenendam [281.] ipsi Willelmo | et heredibus qui de eo et Alicia exierunt, et mortua Alicia que habuit unam filiam de ipso Willelmo, et Radulfus postea uenit et posuit se in terram illam et ipsi eiecerunt eum, et petit iudicium desicut predicta terra data fuit predicto Willelmo et Alicie et heredibus eorum si idem Radulfus post mortem ipsius Alicie aliquid ibi habere possit.

Et Radulfus uenit et dicit quod predicta terra data fuit predicto Willelmo in maritagium cum predicta Alicia, et post mortem Willelmi idem Herbertus dedit ei predictam Aliciam in uxorem cum toto maritagio suo. Et inde profert cartam ipsius Herberti que hoc testatur. Et desicut prolem habuit de ipsa Alicia, petit iudicium si debeat tenere terram illam tota uita sua.

Nota quod maritagium uxoris remanet uiro propter prolem procreatam inter eos licet ipsa hereditas uxoris[5].

Et Herbertus uenit et defendit conuencionem factam, et cognoscit sigillum, quia dicit quod predicta Alicia soror sua habuit sigillum suum in custodia per unum mensem postquam desponsata fuit.

Postea[6] apud Westmonasterium ad diem sibi statutum

[1] *Glanuilla*, A.
[2] *Mere*, A.
[3] A. m. 25 d.
[4] *Will. de Criketoft, Osbert. de Blancheuilla et Will. Turgis*, A.
[5] See above, Case 487, which deals with the same transactions. The right of the second husband to curtesy in various circumstances was a very debatable point.
[6] Postscript from Hilary term

non uenit Herbertus. Et habuit diem etc. Ad quem diem se fecit essoniari et habuit diem per essoniatorem suum. Ad quem diem non uenit, nec secutus est dictum suum scilicet quod terra illa data fuit in maritagium predicto modo. Et ideo consideratum est quod Radulfus recuperauit seisinam suam, et Herbertus in misericordia etc.

[1]Assisa uenit recognitura si Amselinus de Ilegha, Ricardus de Illegha etc. iniuste etc. disseisiuerunt Hugonem de Monte Caniso et Aliciam uxorem eius de libero tenemento suo in Illegha post etc. Et Anselinus uenit et nichil dicit etc.

Juratores dicunt quod predictus Anselinus dedit predictam Aliciam filiam suam predicto Hugoni, et prolocutum fuit inter eos quod daret ei medietatem tocius perquisiti sui in Illegha et quod cohabitarent in una domo, ita quod idem Anselinus habitaret in una camera et ipsi in alia. Et idem Anselinus exiuit de domo et tradidit eis hostium per haspam, et statim peciit hospicium caritatiue, et semper postea remansit in seisina ita quod terra illa culta fuit caruca ipsius Anselini et blada expendebantur in communi, ita quod fecit de terra illa sicut de sua ut prius. Et quia predictus Anselinus nunquam fuit extra seisinam, consideratum est quod Hugo et Alicia nichil capiant per assisam etc. Nota de terra data et seisina facta per ostium et haspam et postea in crastino uenit donator et petiit hospicium caritatiue et semper postea remansit in seisina[2].

3. [3]Assisa uenit recognitura utrum una acra terre et dimidia etc. cum pert. in Kedingdona fuit laicum feodum Roberti de Kedingdona an libera elemosina pertinens ad ecclesiam Willelmi de Valle de Kedingdona. Et Willelmus uenit et dicit quod quando factus fuit persona inuenit ecclesiam seisitam de eadem terra et quod idem Robertus nunquam fuit in seisina. Et petit iudicium si debeat ad hoc breue respondere. Et Robertus cognoscit quod nunquam fuit in seisina. Et ideo quia tale breue non iacet, consideratum est quod Willelmus persona inde sine die, et Robertus in Nota quod assisa utrum non iacet in persona laici, set tantum in persona persone, set breue de recto[4].

[1] A. m. 26.
[2] Bracton, f. 50, cites this case.
[3] A. m. 27.
[4] Bracton, f. 285 b, cites this case. Pateshull had decided that the layman could bring the assize, but afterwards changed his opinion, as, says Bracton, is shown by this decision. Bracton however notes that Robert admitted that he had not been seised.

misericordia, et perquirat sibi per breue de recto si uoluerit. [1]et sit in misericordia pro etc[1].

1924. Johannes filius Hugonis queritur quod Alanus frater suus iniuste disseisiuit eum de libero tenemento suo in Kambes infra etc.

Et Alanus uenit et dicit quod non disseisiuit eum, quia ipse est heres patris sui, et pater suus obiit inde seisitus et ita quod eodem die quo obiit uenit ipse et posuit se in terram illam.

Et Johannes dicit quod pater eorum non obiit inde seisitus quia dedit terram illam in uita sua, et inde ponit se super iuratam. Et Alanus similiter.

Juratores dicunt quod reuera in uita Hugonis fuit facta quedam conuencio inter Johannem et Alanum ita quod Johannes dedit Alano xxviij. sol. per sic quod remitteret ei ius suum, et post uenit idem Hugo et dimisit se de terra illa in curia capitalis domini, ita quod dedit ei intelligi quod Alanus remisit Johanni ius suum, et capitalis dominus cepit homagium Johannis et de releuio xl. solidos, et postea iuit Hugo et fuit itinerans per patriam per duos menses et postea reuenit domi et fuit ibi per unum annum et amplius, et ibi obiit, et bene dicunt quod conuencio inter fratres facta fuit per quinque annos antequam pater dimisit se predicto modo. Et quesiti si Alanus interesset, dicunt quod nesciunt. Et Alanus dicit quod interfuit et apposuit clamium et prohibuit ne aliquid inde fieret ad exheredacionem suam, et inde producit sectam, et defendit predictam conuencionem.

Fratres fecerunt quandam conuencionem in uita patris, ita quod antenatus dedit postnato terram uel quod remitteret ei ius suum. Et pater demisit se de terra in curia capitalis domini, et capitalis dominus cepit homagium ipsius Alani et Alanus[2] dedit releuium. Et Hugo pater fuit itinerans per patriam per duos menses et postea rediit domi et ibi fuit per j. annum et ibi obiit. Et Alanus recuperauit.

Et quia Hugo dedit intelligi quod predictus Johannes fuit heres suus, et per illam falsitatem cepit capitalis dominus homagium ipsius Johannis, et predictus Alanus defendit predictam conuencionem, et postea idem Hugo obiit seisitus, consideratum est quod Alanus recuperauit seisinam suam talem qualem H. pater suus habuit, et Johannes in misericordia pro falso clamore etc. |

[281 b.]

[1-1] Om. A.

[2] Corr. Johannis et Johannes.

Bracton, f. 50, cites the case and states its facts.

PLACITA RESIDUA ET ASSISE DE COM. SUFFOLKIE TERMINATE IN COM. NORFOLKIE CORAM M. DE PATESHULLA ANNO REGIS HENRICI SUPRADICTO[1].

Assisa uenit recognitura si Ricardus Russel iniuste etc. disseisiuit Elenam de Beriche de libero tenemento suo in Romerstona post etc. Et Ricardus uenit et bene concedit assisam. Norf.

Juratores dicunt quod reuera predicta Elena tradidit ei unum pratum ad firmam ad terminum quatuor annorum, infra quem terminum fuit quedam conuencio prolocuta inter eos quod haberet pratum illud ad uitam suam, set non fuit secuta, et idem Ricardus post terminum retinuit pratum et arauit et traxit ad feodum Episcopi[2]. Et ideo dicunt quod disseisiuit eam. Et ideo consideratum est quod Elena recuperauit seisinam suam, et Ricardus in misericordia. Nota de prolocutione nondum assecuta et ideo feoffamentum nullum.

Assisa uenit recognitura si Johannes persona de Bedefend iniuste etc. disseisiuit Leticiam que fuit uxor Rogeri de Herst et Petrum filium Rogeri de libero tenemento suo in Bedefendia post etc. Et Johannes uenit et dicit quod Petrus obiit, et non uult respondere nisi curia considerauerit. Et post uenit Leticia et cognoscit quod nullam habuit seisinam post mortem uiri sui. Et hoc idem dicunt iuratores. Ideo consideratum est quod Johannes inde sine die et Leticia et Petrus[3] in misericordia etc.

Assisa uenit recognitura si Walterus le Curteys pater Ricardi fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de x. acr. terre cum pert. in Houlegha die etc., quam terram Willelmus Lupus et Isobella uxor eius tenent. Qui uenit et uocat[4]

[1] Seemingly the judges being unable to finish all the Suffolk business during the time allotted for their visit to Suffolk, adjourned what remained to the session in Norfolk. A is still Tower Roll 14. The loss of some of its membranes prevents our seeing whether the cases which follow were preceded by any heading denoting that they were heard in Norfolk. Most seem to be Suffolk cases.

[2] Probably the bishop of Ely. The hundred of Mitford belonged to St. Awdrey's liberty. Reymerston is in it.

[3] Is not he dead?

[4] Sic.

inde ad warantum Johannem filium Thome de Huntindon, qui presens est et eis warentizat, et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia idem Ricardus habet unum fratrem primogenitum Willelmum nomine qui uiuit et habuit totam hereditatem Walteri patris sui. Et proferunt[1] cyrographum factum in curia Regis Ricardi inter ipsum Willelmum fratrem suum et Petrum filium Ulfi, in quo continetur quod idem Willelmus receptus fuit in curia Dom. Regis sicut heres patris sui.

Nota quod assisa mortis antecessoris non iacet inter fratres de hereditate paterna, licet ibi obiecta esset bastardia, set breue de recto[2].

Et Ricardus cognoscit quod habet fratrem primogenitum Willelmum scilicet, set dicit quod bastardus est eo quod pater suus fuit persona. Et quia cognoscit quod habet fratrem primogenitum et quod uendidit[3] xxx. libratas terre de hereditate predicti Walteri patris sui, et xxx. anni transacti sunt postquam cirographum factum fuit in predicta curia in qua predictus Willelmus admissus fuit ut heres consideratum est quod assisa mortis antecessoris non iacet set si uelit perquirat sibi per breue de recto si uoluerit etc.

1928. Suff. [4]Robertus filius Normanni et tales etc. recognitores assise ultime presentacionis de ecclesia de Berningeham[5] capte coram S. de Hales et sociis suis summoniti ad certificandum iusticiarios de sacramento quod inde fecerunt, scil. de hoc quod dixerunt quod Robertus filius Walteri presentauit ultimam personam ad predictam ecclesiam, desicut T. Norwicensis Episcopus testatur quod quidam Willelmus Gernun fuit persona quando Rogerus de Berningham obiit et ante et post. Et omnes iuratores[6] ueniunt et dicunt super sacramentum suum quod Robertus filius Walteri presentauit Rogerum de Berningeham qui ultimo obiit persona ad presentacionem eiusdem Walteri[7] in eadem ecclesia. Et bene dicunt quod quando obiit habitus fuit pro persona et obiit ut persona et testamentum fecit de garbis et bonis eiusdem ecclesie ut persona. Et quesiti quis habuit alia

Nota de ecclesia de Berningeham et Willelmo Gernun.

[1] Sic.

[2] Bracton, f. 278, cites this case.

[3] William sold part of the land. He was in as heir and exercised dominion.

[4] A. m. 30.

[5] The assise seems to have been between Robert son of Walter and Eustace of Barningham.

[6] Except two, A.

[7] Corr. Roberti, A.

ciones de termino Pasche et garbas de autumpno proximo precedenti, dicunt quod dictus Rogerus cepit expleta a principio quadragesime usque ad obitum suum et oblaciones Pasche et omnia prouentualia usque circiter festum S. Petri Aduincula[1], quo tempore obiit in seisina ut persona, quia predicto tempore quadragesime recuperauit idem Rogerus seisinam suam de predicta ecclesia uersus Willelmum Gernun.

Et Willelmus Gernun cognoscit quod Rogerus recuperauit seisinam suam per Archiepiscopum Cantuariensem in principio quadragesime sicut predictum est, set sentencia illa reuocata fuit postea per iudices suos delegatos qui debuerunt reuocare per mandatum Dom. Pape quod inde habuerunt.

Et iuratores dicunt quod postquam predictus Rogerus recuperauit seisinam suam fuit in continua possessione usque ad mortem suam et obiit seisitus.

[2]Et quia Willelmus cognoscit quod Rogerus recuperauit seisinam suam uersus eum, et iuratores precise dicunt quod Rogerus obiit persona in eadem ecclesia ad presentacionem Roberti, consideratum est quod Robertus recuperauit seisinam suam de aduocacione illa, et Eustachius[3] in misericordia etc. | [282.]

[4]Beatricia que fuit uxor Stephani de Bononia petit uersus Willelmum Luciel unum mesuagium cum pert. in Stowe ut ius suum, et in quod idem Willelmus non habet ingressum nisi per predictum Stephanum, cui etc.

Et Willelmus uenit et defendit ius suum, et bene cognoscit quod habuit ingressum per predictum Stephanum et per ipsam, set post mortem Stephani uenit ipsa in ligia uiduitate sua et quietum clamauit ei totum ius suum per cartam suam quam profert et que hoc testatur, et quod hoc sit uerum ponit se super testes carte et dicit quod carta debuit fieri in hundredo Claueringe com. Essexie etc.

Et Beatricia uenit et defendit cartam illam et quietam clamanciam et totum, et dicit quod nunquam uenit in hundredo ubi carta illa confici debuit, nec aliquam cartam ei inde fecit, et bene dicit quod nunquam postquam uir suus

[1] 1st Aug.
[2] Postea from Westminster, A.
[3] *de Burlingeham*, A.
[4] A. m. 30 d.

obiit uenit in comitatu illo preterquam quando iuit apud Londoniam propter quamdam assisam quam tunc aramiauit uersus ipsum Willelmum, et offert Dom. Regi tantum[1] per sic quod illud inquiratur per patriam. Et ad istud inquirendum, consideratum est quod prius fiat inde inquisicio per patriam in qua ipsa Beatricia manet si ipsa postquam uir suus obiit exiuit de patria, ita quod iuit in comitatu Essexie ad faciendam predictam cartam uel non, et postea per testes nominatos in carta.

Juratores dicunt quod nunquam audiuerunt quod ipsa exiuit de patria sua nec uenit in comitatu Essexie postquam uir suus obiit preterquam semel quando iuit apud Londoniam pro assisa quam aramiauit uersus predictum Willelmum. Et dies datus est eis apud Westmonasterium de audiendo ueredicto testium in carta etc[2].

1930. [3]Hamo de Flemtona petit uersus Willelmum le Despenser de Hemegraue quod permittat ipsum habere communam in quatuor acris pasture cum pert. in Flemingtona, de qua Alanus pater Hamonis obiit seisitus die quo obiit tanquam pertinente ad liberum tenementum suum in eadem uilla etc. Et Willelmus uenit et uocat inde ad warantum Thomam de Hemegraue per cartam suam quam profert. Et Hamo uenit et dicit quod non debet ei inde warentizare, quia ipse non petit tenementum set solum communam, et preterea carta illa facta fuit xxx. annis transactis et antequam Alanus obiit qui obiit inde seisitus sicut predictum est. Et Willelmus uenit et defendit quod pater suus non obiit inde seisitus, et ideo fiat inde iurata etc. Concordati.

Nota de communa pasture [illegible]

1931. [4]Assisa uenit recognitura si Willelmus de Cressi pater Willelmi de Cressi[5] fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de octo acris terre cum pert. in Cretinges die etc. quam terram Ricardus de Pulham tenet. Qui uenit et uocat inde ad warantum heredes Walteri de Bononia et [illegible] [illegible] nominare. Post uenit[6] Osbertus de Stanham et Johannes de Cretinges persona nepotes et duo ex heredibus Walteri de

[1] Half mark. A.
[2] Fifteen marks A.
[3] A. m. 51.
[4] A. m. 51 d.
[5] [illegible] A.
[6] [illegible] A.

Bononia et dicunt quod nolunt respondere sine participibus suis scil. Edmundo de Thudeham Juliana et Mabilia filiabus Walteri de Bononia. Qui omnes summoniti fuerunt et non uenerunt, ideo per defaltam eorum procedat assisa, et si Ricardus perdiderit per assisam sequatur uersus eos de warentia.

Nota quod tenens nesciuit warantum nominare set uenerunt warant' per se[1].

Juratores dicunt quod predictus Willelmus obiit seisitus de quadam parte predicte terre scil. de tota terra preter tres acras, set post uenit Walterus de Bononia et dedit terram illam cuidam Radulfo persone, et idem Radulfus eandem terram dedit predicto Ricardo in maritagium cum filia sua, cuius filius infra etatem est. Preterea dicunt quod idem Ricardus cepit j. marcam de Willelmo de Cresey per sic quod uocaret predictos heredes ad warantum et non faceret mencionem de herede uxoris sue.

Nota quod assisa tercii antecessoris ubi warantus uocatus est procedit per defaltam waranti, et ita quod si tenens amiserit per defaltam tunc demum procedat placitum de warantia[2].

Et Ricardus hoc cognoscit, set dicit quod ipse Ricardus post mortem uxoris sue adquisiuit unam cartam de Waltero de Bononia que testatur quod idem Walterus dedit eidem Ricardo terram illam pro homagio et seruicio suo. Et iuratores quesiti utrum predictus Walterus dedit predictam terram prius predicto Ricardo uel antecessoribus predicti Willelmi, dicunt quod primo dedit eam Willelmo de Cresey patri ipsius Willelmi, et post mortem eius pro defectu seruicii cepit eam in manum suam et dedit eam in maritagium sicut predictum est. Et quia mater[3] pueri obiit seisita ut de feodo de predicta terra, et filius suus infra etatem est, consideratum est quod etas sua expectetur etc. et Ricardus in misericordia pro falsitate sua.

[4]Assisa uenit recognitura si Rogerus de Burdeles auunculus Willelmi fuit seisitus etc. de sex sol. redditus cum pert. | in Catesthorpe die etc. quem redditum Sarra de Beringham tenet. Que uenit et uocat inde ad warantum Eustachium de Beringham filium suum. Qui uenit et ei warentizat et uocat inde ad warantum Johannem filium Bernardi per cartam ipsius Johannis, quam profert, et que testatur quod idem Johannes dedit ei redditum illum. [282 b.]

[1] Br. f. 382 b.
[2] Br. f. 258.
[3] Richard's wife.
[4] A. m. 32.

Et Johannes uenit et dicit quod habet redditum illum per uxorem suam, cuius hereditas terra illa est, et petit iudicium si debeat sine ea respondere etc.

Et Willelmus dicit quod ipsa non debet expectari quia nunquam seisinam habuit eo quod predictus Rogerus auunculus suus obiit inde seisitus ut de feodo, et Johannes cepit redditum in manum suam et ipse illum dedit. Et consideratum est quod respondeat. Post uenit Johannes et reddidit ei seisinam suam etc., et faciat escambium etc.

1933. [1]Thomas filius Alani, Warinus filius Alani et Stephanus filius Alani petunt uersus Willelmum filium Alani medietatem xvj. acr. terre cum pert. in Heclesse ut racionabilem partem suam que eos contingit de hereditate predicti Alani patris eorum et petunt ut terram partibilem.

Et Willelmus uenit et dicit quod non debet ad hoc breue respondere, quia ipsi habent duos fratres uiuentes de quibus nulla mencio fit in breui. Et alii hoc cognoscunt, et ideo inde sine die etc.

1934. [2]Anketillus de Brom optulit se iiij[to]. die uersus Priorem de Oxn'[3] de placito probandi libertatem suam. Et Prior non uenit etc. Ideo consideratum est quod Anketillus sit in tali libertate qua prius fuit, et Prior in misericordia, et preceptum est uicecomiti quod non permittat Priorem eum iniuste uexare etc.

Nota quod si quis diem habuerit de probanda libertate sua, et petens non uenerit, petitus remaneat in tali libertate qua prius, et petens in misericordia, et ulterius non uexet petitum.

1935. [4]Willelmus filius Sefridi petit uersus Thomam filium Ranulfi xxx. acr. terre cum pert. in Newetona ut ius suum unde Willelmus auunculus suus fuit seisitus etc. tempore H. Regis aui etc. capiendo etc., et de ipso Willelmo descendit ius terre illius Sefrido fratri suo, quia obiit sine herede de se, et de Sefrido isti Willelmo ut filio et heredi suo, et hoc offert etc.

Et Thomas uenit et defendit ius suum etc.

Et Willelmus offert disracionare uersus Thomam ius suum et seisinam predicti Willelmi per corpus cuiusdam liberi hominis sui si curia consideraverit, desicut idem Willelmus est de fratre primogenito et Thomas de fratre

[1] A. m. 32.
[2] A. m. 32.
[3] [illegible] A; Monast. vol. [illegible]
[4] A. m. 33.

ostnato, quia quidam Ailmarus habuit tres filios, Willelmum rimogenitum, Sefridum medium, et Rannulfum postnatum, t Willelmus obiit sine herede de se sicut predictum est, et Villelmus[1] filius Sefridi et Thomas[1] filius Rannulfi.

Quidam petiit per breue de recto terram et optulit probare per quendam, et tenens defendit et dixit quod petens quietam clamauit terram illam, et petens defendit quietam clamanciam, et tenens offert defendere per corpus suum, set nullam sectam producit de quieta clamancia uel conuentione, set quod uult probare per corpus suum, et non potest esse secta sui ipsius. Ideo recuperat petens.

Et Thomas cognoscit parentelam predictam, set dicit uod Sefridus quietum clamauit totum ius et clamium suum redicto Rannulfo pro una naui precii xx. marc. et pro terra uam ei dedit precii xx. marc. quam terram idem Sefridus edit Warino Stikeman in maritagium cum filia sua, et hoc ffert probare per corpus suum sicut curia etc.

Et Willelmus defendit totam conuencionem illam et uietam clamanciam et hoc offert defendere per corpus suum i curia considerauerit uel per patriam si curia etc., [2]et hoc tc.[2] et offert tantum[3] etc. pro inquisicione etc.

Et quia Thomas non nominat locum neque tempus quo redicta conuencio et quieta clamancia fieri debuit, et preterea ullam sectam producit de conuencione facta set per corpus uum sicut[4] non potest esse secta sui ipsius, consideratum est uod Willelmus recuperauit seisinam suam et Thomas in nisericordia, salua matri ipsius Thome dote sua quousque ieccrit eam per legem terre etc.

[5]Adam filius Ailmeri petit uersus Ailmerum de Lafham . acr. terre cum pert. in Lafham ut ius suum, in quas non abet ingressum nisi per Matillidem que fuit uxor Rogeri ilii Aselack' que eas ei uendidit dum predictus Adam fuit nfra etatem et in custodia ipsius Matillidis.

Cadit petens per breue de ingressu ubi nullam habet sectam de ingressu et quia cognoscit quod primo implacitauit eum per breue de recto.

Et Ailmerus uenit et defendit ius suum et predictum ngressum, et dicit quod antecessores sui et ipse tenuerunt erram illam l. annis transactis, et hoc offert probare etc.

Et Adam nichil ostendit de ingressu nec aliquam sectam nde producit, et preterea cognoscit quod implacitauit eum er breue de recto. Et ideo consideratum est quod Ailmerus at inde sine die, et Adam in misericordia, et perquirat se er breue de recto etc. | [283.]

[6]Agnes que fuit uxor Roberti Risi petit medietatem unius

[1] Supply *fuit*, A.
[2–2] Om. A.
[3] One mark, A.
[4] Corr. *desicut*.
[5] A. m. 33 d.
[6] A. m. 34 d.

acre terre cum pert. in Dunniuetona uersus Rogerum de Berners.

Nota quod ca[illegible] breue et tenens amittit cum nesciat nominare warantum suum[1].

Et Rogerus uenit et uocauit inde ad warantum filiam predicti Roberti, set nesciuit eam nominare. Et ideo consideratum est quod Agnes recuperauit seisinam suam, et ipse in misericordia etc.

1938. [2]Petrus le Moynne [tenens] optulit se iiij^to. die uersus Petrum de Nerefordia de placito xxx. acr. terre cum pert. in Bertona unde placitum fuit in comitatu inter eundem Petrum et Petrum, et unde idem Petrus le Moyne uocauit ad warantum Radulfum de la Suore, qui obiit, et filius eius est infra etatem, ita quod [Radulfus] posuit se in magnam assisam. Et comitatus recordatur quod idem Petrus [de Nerefordia[3]] non perquisiuit breue ad eligendum xij. Ideo consideratum est quod Petrus [le Moyne] sine die, et Petrus de Nerefordia in misericordia etc.

Nota quod tenens qui uocauit warantum in magna assisa et qui warentizauit et obiit antequam tenens perquireret breue de eligendo xij. et heres waranti infra etatem, quod tenens sine die et petens in misericordia.

1939. [4]Matillis[5] que fuit uxor Mathei de Thurstona petit uersus Robertum filium Ade medietatem trium acr. terre cum pert. in eadem uilla etc. ut dotem suam.

Si res data fuerit in communi particeps non respondebit sine participe.

Et Robertus uenit et dicit quod terra illa data fuit sibi et matri sue in communi per cartam, quam profert et que hoc testatur, et desicut nulla mencio fit in breui de matre sua, petit iudicium si debeat ei respondere sine matre sua.

Et Matillis non potuit hoc dedicere, ideo consideratum est quod non respondeat sine matre sua. Ideo Robertus inde sine die, et Matillis in misericordia etc.

1940. [6]Jurata xxiiij. ad conuincendum xij. uenit recognitura si Walterus Dacus et Rogerus de Michaut et Thomas Faber iniuste etc. disseisiuerunt Alexandrum Bat de libero tenemento suo in Framesdena post etc., unde idem Alexander questus fuit quod iuratores illius assise capte coram iusticiariis apud Gipewicum falsum fecerunt sacramentum. Qui dicunt super sacramentum suum quod Walterus le Waleys tradidit

[1] Cited, Br. f. 297.

[2] A. m. 37. The words in brackets are added by the annotator.

[3] The demandant. But according to the marginal note it was the tenant who had not obtained the writ.

[4] A. m. 37.

[5] On f. [illegible], Bracton has a case from this eyre which seems to concern this plaintiff; but it can not be this case.

[6] For earlier proceedings see Case 1910.

cuidam Rogero Fabro tenementum istud unde uisus factus fuit tenendum in uita sua tantum. Postea uenit idem Walterus et dedit eidem Alexandro tenementum istud pro homagio et seruicio suo et homagium suum inde cepit, saluo Rogero termino suo, et post terminum ipsius Rogeri idem Alexander habere deberet tenementum illud in dominico sicut idem Walterus habere deberet, ita quod in uita ipsius Rogeri cepit idem Alexander seruicium ipsius Rogeri [qui se attornauit predicto Alexandro[2]] per duos annos scil. xxj. den., et defuncto ipso Rogero, uenit ipse Alexander et posuit se in seisinam et cepit inde expleta et fuit in plena seisina quousque Walterus le Daneys[3] etc. cum iniuste etc. Et dicunt precise quod iuratores prime assise falsum fecerunt sacramentum. Et ideo consideratum est quod predictus Alexander recuperauit seisinam suam et omnes primi iuratores capiantur, scilicet tales etc.

Nota quod bene poterit quis dare ad terminum et postea alium feoffare saluo termino tenentis, siue terram tenuerit ad terminum annorum uel ad uitam, et si tenens ad terminum se attornauerit ei qui feoffatus fuerit[1].

1. [4]Eadem assisa uenit recognitura si Rogerus de Michaut etc. iniuste etc. disseisiuit Willelmum filium Rogeri de libero tenemento suo in Fremmesdona etc., unde idem Willelmus questus fuit quod iuratores prime assise capte coram iusticiariis apud Gipewicum falsum etc. Qui dicunt super sacramentum suum quod Rogerus pater ipsius Willelmi terram illam unde uisus factus fuit dimisit cuidam Rogero Fabro ad terminum uite sue tantum. Postea idem Rogerus pater predicti Willelmi crucesignatus proficisci uoluit uersus Terram Sanctam et conuocauit uicinos suos multos et ipsum Rogerum fabrum suum similiter, et dixit ei ut confiteretur coram uicinis suis si aliquod ius habuit in terra illa nisi in uita sua tantum, et ipse coram eis cognouit quod nichil habuit in terra illa nisi in uita sua tantum. Idem autem Rogerus pater istius Willelmi profectus est in Terram Sanctam et ibi obiit. Rogerus autem Faber qui illam terram tenuit ad terminum uite sue tantum cito post obiit. Post cuius obitum Willelmus filius Rogeri et heres posuit se

[1] See Br. f. 220 b.

[2] By the annotator. This case must have been on one of the membranes missing from the Roll, so it is impossible to say whether this interpolation was warranted.

[3] The same as Walterus Dacus.

[4] For earlier proceedings see Case 1911.

in terram illam et fuit in seisina sine omni contradiccione et impedimento a festo tali etc. usque etc., ita quod arbores prostrauit, terram arauit etc., et ita fuit in seisina quousque predictus Rogerus etc. Et dicunt precise quod primi iuratores falsum fecerunt sacramentum [eo quod dixerunt quod filius Rogeri qui dimisit terram scil. Willelmus non fuit iniuste disseisitus.[1]] Et ideo capiantur. Et Willelmus recuperauit
[283 b] seisinam suam, et alii in misericordia etc. |

PLACITA DE ITINERE M. DE PATTESHULLA ET SOCIORUM SUORUM IN COMITATU LEYRCESTRIE ANNO REGIS HENRICI QUINTO[2].

1942. Leirc. Henricus Putrel et tales etc. quatuor milites summoniti ad eligendum xij. ad faciendum recognicionem magne assise inter Robertum filium Petri petentem et Robertum filium Eue tenentem de una uirg. terre cum pert. in Trengestona, unde idem Robertus filius Eue qui tenens est se posuit in magnam assisam et peciit recognicionem fieri quis eorum maius ius habeat in terra illa, uenerunt etc. et elegerunt istos tales etc. Post uenit Robertus filius Eue et dicit quod terra illa est Eue matris sue scil. maritagium suum et ipsa fuit in partibus transmarinis, et putauit quod mortua esset et ipsa rediit, et bene dicit quod nichil clamat in uita matris sue, et ipse producit matrem suam. Et Robertus filius Petri hoc non dedixit, et ideo inde sine die quamdiu ipsa uixerit etc.

1943. Nota quod remanet magna assisa sine die usque ad etatem quia petens est infra etatem. Loquela inter Robertum filium Willelmi de Bothorp petentem et Robertum le Franceys tenentem de una uirg. terre cum pert. in Bothorpe unde idem Robertus posuit se in magnam assisam uersus eum, remanet sine die, eo quod Robertus filius Willelmi est infra etatem, et ideo sine die usque ad etatem eius, et tunc resummoneatur loquela si uoluerit in eodem statu quo nunc scil. quod quatuor milites summoneantur.

1944. Reginaldus Basset et tales etc. iiij. milites summoniti ad

[1] Interpolated by the annotator in margin.

[2] Commission, Rot. Cl. vol. 1. p. 176.

eligendum xij.[1] inter Willelmum filium Johannis petentem et Willelmum Grim tenentem de una uirg. terre cum pert. in Newetona unde idem Willelmus qui tenens est posuit se in magnam assisam et peciit etc. utrum ipse maius ius habeat tenendi terram illam de ipso Willelmo filio Johannis an idem Willelmus etc., uenerunt et elegerunt istos etc. Post uenit Willelmus filius Johannis et cognouit quod cepit homagium ipsius Willelmi Grim de eadem terra coram iusticiariis ultimo itinerantibus apud Couintriam. Et ideo consideratum est quod assisa remaneat, et Willelmus Grim et heredes sui teneant in pace de ipso Willelmo filio Johannis et heredibus suis etc[2].

Item remanet magna assisa sine die eo quod petens cognouit quod cepit homagium tenentis.

Assisa uenit recognitura si unum mesuagium et una uirgata terre etc. in Northona sit libera elemosina pertinens ad ecclesiam de Gauby, unde Thomas Clericus est persona, an laicum feodum Thome Maufe.

Et Thomas Maufe qui terram illam tenet uenit et dicit quod de predicta terra in Northona inplacitatur in comitatu per breue de recto, et petit iudicium si debeat ad hoc breue respondere desicut aliud breue fuit prius impetratum.

Et quia persona non dedicit quod breue de recto non fuit prius impetratum, consideratum est quod de terra illa remaneat assisa etc.

Item remanet assisa utrum coram iusticiariis quia tenens dixit quod prius inplacitatus fuit ab alio in comitatu per breue de recto.

Assisa uenit recognitura si Robertus Spigurnel et Isobella uxor eius iniuste etc. disseisiuerunt Robertum Copsy de libero tenemento suo in Shaustona post etc.

Juratores dicunt quod non disseisiuerunt eum, quia Robertus nunquam habuit seisinam, set ipsi Robertus et Robertus inter se fecerunt collusionem ut Isobella predicta cuius maritagium terra est exheredaretur. Et hoc conuictum est per ipsos Robertum et Robertum, ideo ambo custodiantur, et Isobella teneat terram suam in pace etc.

Collusio facta inter alios ut uerus heres tenens exheredaretur per assisam noue.

Assisa uenit recognitura si Adam Talebot iniuste etc. disseisiuit Eliam de Beletona de libero tenemento suo in Swanitona post etc.

Et Adam uenit et nichil dicit quare assisa remaneat,

[1] Supply *ad faciendam recognicionem magne assise.*

[2] This is Fitz. *Droyt* 66.

De bosco quod tenetur a duobus in communi.

quia ipsi habent unum boscum in communi, et bene concedit quod habeat de bosco medietatem.

Et Elias cognoscit quod ita habent boscum in communi et quod de illo bosco tulit assisam, quia idem Adam asportauit maremium suum, ideo tulit hoc breue, et cognoscit quod de bosco uendito habuit medietatem denariorum et nichil aliud scit ostendere, et ideo in misericordia pro falso clamore, et
[284.] Adam inde sine die etc. |

1948. Assisa uenit recognitura si Willelmus Clericus frater Walteri de Leyrcestria fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de uno mesuagio cum pert. in suburbio Leicestrie die quo etc., et si etc., quod mesuagium Jacobus filius Willelmi Pipaund tenet. Qui uenit et est infra etatem et petit etatem suam. Et quesitus si pater suus obiit seisitus, dicit quod non. Et ideo non habeat etatem, set respondeat. Et ipse uenit et uocat inde ad warantum Willelmum filium Asce de Leicestria patrem suum. Et Willelmus uenit et ei warentizat. Post uenit Jacobus et dicit quod male uocauit ad warantum, quia Willelmus frater ipsius Walteri dedit ei terram illam pro homagio suo, et inde profert cartam suam que hoc testatur, et petit quod Walterus ei warentizet. Et quia est infra etatem, non occasionetur.

Nota quod ille qui tenet et est infra etatem respondebit infra etatem, quia pater suus non obiit seisitus, et ideo procedit assisa mortis[1].

Et W.[2] dicit quod Willelmus[3] frater suus non habuit mesuagium illud nisi in uita sua tantum, et inde ponit se super iuratam. Et Walterus similiter. Et ideo procedat iurata.

Juratores dicunt quod Willelmus[4] obiit inde seisitus sicut breue dicit, quia tenuit hereditabiliter sibi et heredibus suis, et Walterus est proximus heres suus. Et ideo consideratum est quod Walterus habeat seisinam suam, et Jacobus in misericordia.

1949. Assisa uenit recognitura si Willelmus Faber de Stapelfordia iniuste etc. disseisiuit Isobellam de Coleuilla de libero tenemento suo in Stapelfordia post etc. Et ipse uenit et concedit assisam.

[1] Br. f. 275.

[2] The initial is followed by a little hole apparently made in an attempt to erase. This W. must I think be William, father of Jacob, who represents his son.

[3] William Clerk, brother of Walter.

[4] William Clerk.

Juratores dicunt quod non disseisiuit eam sicut breue dicit, quia ipsa clamat unam bouatam terre uersus Comitem de Ferariis per breue de recto, et de eadem terra durante placito in comitatu arauit ipsa duos sellones, et ipse non permisit eam asportare bladum. Et ideo consideratum est quod ipsa nichil capiat per hanc assisam et sit in misericordia pro falso clamore etc. Intrusio durante placito de recto.

[illegible]. Assisa uenit recognitura si Ricardus le Moynne iniuste etc. disseisiuit Priorem de Chaueumba de libero tenemento suo in Wymundeham post etc. Et Ricardus uenit et dicit quod habuit ingressum per Dom. Regem J. per uicecomitem suum per S. de Segraue tunc uicecomitem in tempore guerre, et inde uocat eundem uicecomitem ad warantum qui inde recepit breue Dom. Regis. Et S. de Segraue uenit et dicit quod in tempore guerre fuit ipse apud Leicestriam et Oliuerus de Buteuilla fuit ibi ex parte Dom. Regis, et tunc dictum fuit ei quod Ricardus le Moyne dixerat Dom. Regi quod inimicus suus scilicet Hugo de Chaucumba tenuit hereditatem suam et peciit Dom. Regem ut illam ei redderet et Dom. Rex ut audiuit illam ei reddidit. Postea uero per magnum tempus tulit idem Ricardus ei breue Dom. Regis, quia dubitauit quod alia seisina non esset firma, ut ei seisinam faceret, set ipse nullam seisinam ei fecit, eo quod prius illam habuit.

Et Ricardus hoc cognoscit. Et ideo consideratum est quod Prior habeat seisinam suam, et Ricardus in misericordia etc. eo quod uocauit warantum et nullum habet.

1. Assisa uenit recognitura si Isolda filia Roberti mater Hugonis fuit seisita etc. de una uirg. terre cum pert. in Hemmingtona die etc., et si etc., quam terram Johannes filius Ricardi tenet. Qui uenit et dicit quod est infra etatem et quod pater suus obiit seisitus de eadem terra et petit etatem suam.

Et Hugo dicit quod ipse non debet inde etatem habere quin respondeat, quia pater suus non obiit seisitus ut de feodo, quia paraster suus illam ei tradidit ad terminum scilicet in uita sua tantum ut illam quam habuit in custodia

cum matre sua cuius hereditas illa fuit[1], et inde ponit se super iuratam. Et Johannes similiter si etatem habere debeat etc. Concordati sunt.

1952. Assisa uenit recognitura si Rogerus filius Henrici pater Willelmi fuit seisitus etc. de uno mesuagio etc. in suburbio Leicestrie, quam terram Thomas filius Roberti et Margeria uxor eius tenent. Qui ueniunt et dicunt quod assisa non debet inde fieri uersus eam, quia ipsi tenent inde terciam partem in dotem, et duas partes tenent in custodia cum quodam puero ipsius Margerie, qui presens est et infra etatem.

Et Willelmus dicit quod hoc non debet ei nocere quia etc. [234 b.] | quia ipse est filius predicti Rogeri et heres suus de prima uxore ei desponsata, et Rogerus pater suus post mortem matris sue duxit ipsam Margeriam in uxorem et de ea habuit predictum puerum, et tenent se ita in hereditate patris sui ad eum exheredandum, et ideo non debet assisa remanere.

Et Thomas et Margeria cognoscunt quod Willelmus est heres Rogeri et filius primogenitus suus, et nichil clamant nisi dotem scil. terciam partem. Et ideo Willelmus habeat seisinam suam de duabus partibus et tercia pars remaneat ipsis in dotem etc.

1953. Assisa uenit etc. si Rogerus le Esquieler et tales etc. iniuste etc. prostrauerunt quandam sepem in Barewella ad nocumentum liberi tenementi Willelmi de Hastinges in eadem uilla post etc.

Et Rogerus le Esquieler tantum uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia haya illa prostrata fuit per preceptum Dom. Regis per breue suum quod uicecomes recepit. Et uicecomes presens hoc testatur, et profert breue in hec uerba etc., unde uicecomes dicit quod per breue illud per legales homines prostrata fuit haya, eo quod nulla fuit ibi tempore Roberti Comitis etc. Et fuit breue tale, H. dei gracia etc. uicecomiti Leic. salut. Precipimus tibi quod permittas homines de Sheltona[2] habere communam pasture

[1] Hugh's step-father, husband of Isolde, demised to John (or to John's father Richard) land which belonged to Isolde mother of Hugh.

[2] Barwell and Earl Shilton. Earl Robert of Leicester died in 1204.

sue in Barewella sicut eam habere debent et habere consueuerunt tempore Roberti quondam Comitis Leicestrie etc.[1]

Et Willelmus dicit quod hoc breue non debet ei nocere quin assisa procedat, quia homines de Sheltona nunquam tempore Comitis Roberti habuerunt communam ultra hayam illam, et ideo illam per breue illud prosternere non debuerunt. Et preterea dicit quod tempore Roberti Comitis, quia homines predicti nec alii aliquam communam habuerunt infra hayam illam, impetrauit ipse licenciam a Dom. J. Rege de claudendo bosco illo, et ita per licenciam facta fuit haya, et nunc de nouo reparata et emendata.

Et Rogerus et alii dicunt quod terra fuit tunc temporis in manu Dom. Regis, set dum Comes Robertus et antecessores sui habuerunt terram illam semper habuerunt communam in bosco illo infra hayam, et nunquam fuit ibi haya leuata etc.

Et Willelmus dicit quod sequitur assisam suam, et si curia considerauerit quod iurata fieri debeat per alia uerba quam per breue noue disseisine, libenter eam concedet etc.

Et quia alii cognoscunt disseisinam et per breue Dom. Regis quod proferunt, remaneat assisa. Datus est dies apud Westmonasterium de audiendo iudicio suo. Ad quem diem uenit Willelmus et dicit quod predicti homines nunquam tempore Comitis Roberti habuerunt communam in bosco illo infra hayam, et inde ponit se super iuratam. Et alii similiter. Et ideo fiat etc.[1]

4. Assisa uenit recognitura si Johannes filius Alwini pater Rogeri fuit seisitus etc. de duobus mesuagiis etc. in suburbio Leicestrie die etc., et si etc., unde Willelmus filius Johannis tenet unum mesuagium et Matillis que fuit uxor Johannis le Pannuer aliud.

Nota quod non iacet assisa mortis inter fratres qui sunt de uno patre et eadem matre[2].

Et Willelmus uenit et dicit quod ipsi sunt fratres de uno patre et una matre et ideo non uidetur ei quod assisa debeat inter eos fieri, eo quod ipsi sunt fratres de uno patre et una matre, et ideo non uidetur ei etc.

[1] This is Fitz. *Assise*, 126.

[2] Br. f. 278 b. This is Fitz. *Mordauncester*, 51.

Et Rogerus hoc cognoscit et ideo inde sine die.

Et Matillis uenit et dicit quod Johannes uir suus fuit frater ipsius Rogeri et habuit illud mesuagium ex dono patris sui, et ipsa illud tenet in custodia cum filiabus suis et ideo non potest sine eis respondere.

Et Auicia, Gunnilda et Berta filie sue et Johannis uiri sui presentes sunt et hoc idem cognoscunt, et dicunt quod Johannes pater earum fuit seisitus de illo mesuagio die quo iter arripuit uersus Jerosolimam in quo itinere obiit ut dicunt, et tres[1] earum sunt infra etatem et petunt etatem suam.

Et Matillis petit iudicium si ipsa debeat ad hoc breue respondere, desicut nichil clamat in mesuagio illo nisi custodiam.

Et quia Rogerus non dedicit quin pater earum fuit seisitus die quo iuit in peregrinacione de illo mesuagio et ipse sunt infra etatem, et breue non loquitur de eis consideratum est quod assisa non fiat inter eos, et ideo sine die, et ipse habeant etatem suam etc.

1955. [255.] Assisa uenit recognitura si Reginaldus Champiun pater Simonis fuit seisitus in dominico suo etc. ut etc. | de una uirg. terre cum pert. in Sacristona die etc. quam terram Willelmus Stake tenet. Qui uenit et dicit quod non tenet terram illam immo Willelmus filius suus illam tenet, qui presens est et hoc cognoscit.

Ille super quem uenit assisa dixit quod non tenuit terram set filius suus. Juratores ante sacramentum dixerunt quod tenera pater ceperat homagium filii sui et cartam ei fecit set semper remansit pater in seisina, et ideo respondeat pater.

Et Simon dicit quod Willelmus pater illam tenet et non filius, et ideo inquiratur per iuratores ante sacramentum. Et iuratores dicunt quod Willelmus pater cepit inde homagium filii sui et cartam suam inde ei fecit, set pater semper remansit in seisina. Et ideo pater respondeat contra assisam. Et bene concedit assisam.

Juratores dicunt quod Reginaldus obiit ita seisitus etc. et post ult' etc. et quod Simon est proximus heres etc.

1956. Assisa uenit recognitura si Robertus Yep pater Alicie que est infra etatem fuit seisitus in dominico suo ut etc. de uno mesuagio cum pert. in Cotes die etc., quod mesuagium Beatricia que fuit uxor Roberti Bars tenet. Et ipsa tenet

[1] Perhaps the name of one daughter has been omitted above.

uenit. Et quia Alicia est infra etatem non resummoneatur Beatricia set capiatur assisa per defaltam. Juratores dicunt quod Robertus ita obiit seisitus etc. et ideo etc.

Nota quod capitur assisa primo die sine resummonitione tenentis per defaltam tenentis quia tenens est infra etatem[1].

7. Assisa uenit recognitura si Walterus filius Willelmi frater Emme fuit seisitus etc. de una uirg. terre cum pert. in Thorpe die etc., quam terram Robertus filius Radulfi tenet. Qui uenit et dicit quod est infra etatem et quod Ricardus frater suus obiit inde seisitus ut de feodo et quod est heres eius, et ideo petit etatem suam.

Et Emma non dedicit quod frater suus obiit seisitus, set dicit quod ipse habet etatem sicut de socagio. Et carta ipsius Roberti testatur quod est socagium, et ideo respondeat. Et ipse uocat inde ad warantum Priorem de Uluescroft[3]. Habeat eum tali die etc.

Nota plenam etatem de socagio set non de feodo militari[2].

8. [4]Assisa uenit recognitura si Auicia de Berchauestona mater Alicie que est infra etatem fuit seisita in dominico suo etc. de una uirg. terre cum pert. in Shepe die etc., quam terram Johannes filius Thome qui similiter est infra etatem tenet. Et uenit et dicit quod pater suus tenuit terram illam ex dono Thurgisii aui sui, et obiit inde seisitus ut de feodo, et ipsa Alicia est soror eius ex parte patris, et ideo petit etatem suam, et Auicia tenuit terram illam in dotem.

Et custos Alicie dicit quod terra illa data fuit in maritagium cum Amicia matre sua, et Auicia obiit inde seisita post mortem Thome, et ideo petit assisam suam. Et custos quesitus si Thomas habuit inde seisinam antequam duxerat Auiciam in uxorem, dicit quod reuera fuit[5]. Set quia Alicia est infra etatem, nec credendum est custodi suo uel alicui eorum cum ambo[6] sint infra etatem, ideo inquiratur per sacramentum iuratorum si Thomas obiit seisitus de terra illa ut de feodo nec ne, et si data fuit ei antequam duxit Auiciam in uxorem nec ne.

Nota quod ubi uterque infra etatem tam petens quam tenens remanebit assisa pro etate tenentis, licet petens sit infra etatem[7].

Juratores dicunt quod Thomas obiit seisitus ut de feodo.

[1] Br. f. 238 b.

[2] Bracton, f. 275, 275 b, cites this case.

[3] In Charnwood. Monast. vol. 6, p. 565.

[4] Thomas married twice; by his first wife he had a son John; his second wife was Avice or Amice and by her he had a daughter Alice. This is Fitz. *Taile*, 28.

[5] Sic.

[6] Alice and John.

[7] Br. f. 274 b.

Et ideo consideratum est quod Johannes habeat etatem suam, et ideo sine die etc.

1959. Assisa uenit recognitura si Reginaldus Boye pater Emme uxoris Jordani Boye fuit seisitus in dominico suo etc. de una bouat. terre et dim. etc. in Wymundeham die etc., unde Henricus de Tibetoft tenet tantum etc. et Willelmus Boye tantum etc. Et Henricus non uenit, et ideo resummoneatur. Et Willelmus uenit et nichil dicit etc.

Juratores dicunt quod Reginaldus non obiit seisitus ut de feodo, quia Wymarca mater eiusdem Reginaldi tenuit terram illam in dotem, et idem Reginaldus fuit custos matris sue et cum ea in terra illa, et tantum locutus fuit cum Willelmo fratre suo predicto quod concessit eidem Reginaldo terram illam post decessum matris sue, et inde cepit homagium suum, et idem Reginaldus obiit antequam mater sua et ideo non obiit seisitus ut de feodo quia nullam seisinam inde habuit

[285 b.] etc. |

1960. Jurata uenit recognitura ex consensu parcium si Rosanna de Finemere mater Petronille que fuit uxor Roberti le Templer tenuit unam hidam terre cum pert. in Kaysham, unde ipsa Petronilla clamat terciam partem uersus Willelmum le Fauconer ut racionabilem porcionem suam que eam contingit de hereditate que fuit predicte Rosanne matris sue in feodo, uel ut dotem suam ex dono Willelmi Seonard quondam uiri ipsius Rosanne etc.

Juratores dicunt quod quando Willelmus filius Seonardi debuit ducere predictam Rosannam in uxorem, parentes ipsius Rosanne non fuerunt pacati nisi idem Willelmus daret eidem Rosanne de terra sua que eidem Rosanne posset remanere et heredibus suis in perpetuum, eo quod idem Willelmus habuit pueros de uxore prius ei desponsata, ita quod ipsa priusquam desponsata esset recepit dimidiam

Nota quod ualet in casu donatio facta inter uirum et uxorem uel quasi dotales, quia in ipsa donatione uel paulo ante[1].

marcam eodem die quo desponsata fuit pro seisina habenda, et ideo intelligunt quod fuit seisita ut de feodo, quia dedit ei terram illam habendam sibi et heredibus suis de se prouenientibus priusquam illam desponsasset, et illam dimidiam marcam recepit nomine seisine, et ideo non fuit dos. Et

[1] For *donatione* read *desponsatione*. See Br. f. 29.

ideo consideratum est quod ipsa recuperauit seisinam suam de predicta tercia parte, et Willelmus in misericordia etc.

1. Petrus de Bertona optulit se iiij[to]. die uersus Hugonem Blundum de Gloucestria de placito appelli de pace Dom. Regis infracta, unde idem Hugo ipsum Petrum appellauit. Et Hugo non uenit etc. et habuit diem etc. Et ideo Petrus inde sine die et Hugo capiatur. Et quia Petrus non uenit armatus sicut ei preceptum fuit, ideo custodiatur et plegii sui in misericordia etc.

Nota quod appellatus debet uenire armatus ad diem suum licet appellans non uenerit.

2. Assisa uenit recognitura si Radulfus le Forter frater Henrici fuit seisitus etc. ut de feodo de duabus uirg. terre cum pert. in Brunestthorpe etc., quam terram Willelmus de Warda tenet. Qui uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri quia predictus Radulfus fuit bastardus, ita quod idem Henricus in uita sua probauit ipsum Radulfum ad bastardum per quod idem Henricus habuit totam hereditatem patris sui. Et Henricus defendit quod nunquam probauit eum ad bastardum, nec bastardus fuit etc. Et Willelmus non potest hoc dedicere, et concedit assisam.

Nota de bastardia que opponitur petenti per assisam mortis, contra assisam, de eo de cuius morte et seisina petitur terra.

Juratores dicunt quod Radulfus obiit seisitus de tota terra predicta ut de feodo, et quod H. est propinquior etc. et quod obiit post terminum. Et ideo Henricus habeat seisinam suam, et Willelmus in misericordia etc.

3. Assisa uenit recognitura si Radulfus de Mortona pater Rogeri fuit seisitus in dominico suo etc. de dim. uirg. terre cum pert. in Mortona die etc., quam terram Robertus filius Iuonis tenet. Qui uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri uersus eum, quia ipse non tenet terram illam immo quidam Simon eam tenet ex dono suo cum sorore sua etc.

Et Rogerus dicit quod die quo breue suum fuit impetratum et quo summonicio facta fuit tenuit ipse terram illam et non Simon, et inde ponit se super iuratores. Et Robertus similiter. Et ideo inquiratur sine sacramento. Et iuratores testantur quod die quo uisum fecerunt de terra tenuit predictus Robertus terram et non Simon. Et ideo procedat assisa.

Nota de eo uersus quem petitur per assisam, non tenuit terram. Responsio quod die quo breue fuit impetratum et die summonicionis tenuit. Et iuratores sine sacramento dixerunt quod tenuit, et ideo processit assisa[1].

[1] Br. f. 132 b.

Juratores dicunt quod post sacramentum factum[1] uenit Rogerus et cognouit quod pater suus non fuit seisitus de quo etc. et non uult sequi hoc breue. Et ideo Robertus inde sine die etc.

1964. Albreda que fuit uxor Ricardi le Despenser petit uersus Philippum filium Radulfi Presbiteri unam uirg. etc. in Suttona ut dotem suam unde nominatim dotata fuit.

Nota de dote nominata, et quod uxor recuperet terram nominatam et feoffatus qui uocauerit warantum habeat escambium ad ualenciam de heredibus, quod non esset si de tercia parte per totum[2]. [286.]

Et Philippus uenit et uocat inde ad warantum heredes predicti Ricardi, scil. Aliciam, Elizabeth, Isoldam et Agatham, que sunt in custodia ipsius Albrede. Et Albreda hoc cognouit. Et datus est dies etc., et tunc uenerunt filie et sunt infra etatem. Et Philippus non dedicit quod ipsa non fuit dotata nominatim inde. Et ideo consideratum est quod Albreda habeat seisinam suam de illa uirg. terre etc., | et quod Philippus habeat escambium de terra filiarum ad ualenciam illius uirg. terre quousque heredes etatem habeant si ipsa prius non obierit, et tunc redeat predicta terra ad Philippum et heredes suos, et alia terra etc.[3]

1965. Assisa uenit recognitura si Robertus filius Marie iniuste etc. disseisiuit Ricardum *Uniet* de libero tenemento suo in Normantona post etc. Et Robertus uenit et bene concedit assisam.

Nota quidam dedit terram cuidam per sic quod desponsaret filiam suam, et noluit postmodo eam desponsare, et ideo ex quo non est satisfactum condicioni dotatio nulla, quod talis disseisiri posset[4].

Juratores dicunt quod Robertus disseisiuit eum sicut breue dicit. Et postea conuicti sunt iuratores quod non disseisiuit eum, quia idem Robertus concessit ei terram illam per sic quod desponsaret filiam suam et non desponsauit eam, et ideo nullam seisinam habuit. Et ideo iuratores capiantur.

1966. Henricus filius Baldewini petit uersus Walterum le Neir quod faciat ei seruicia et consuetudines que ei facere debet de libero tenemento quod de eo tenet in Humbrestan etc.

Et Walterus uenit et uocat inde ad warantum Robertum

[1] Apparently the jurors retired from the court and the plaintiff then came to them.

[2] If the widow's dower was *non nominata* she would not recover from her husband's feoffee. Br. f. 299 b

[3] The excambium will revert to the heirs of Richard. This is Fitz. *Recouere en value*, 27.

[4] Bracton, f. 23, cites this case, but insists that the ejectment should take place without delay. This is Fitz. *Attaint*, 75.

de Haya filium Roberti[1], eo quod de eo tenet ut dicit et nichil tenet de ipso Henrico.

Et Robertus uenit et dicit quod est infra etatem et ei warentizat sicut ille qui est infra etatem, et petit etatem suam etc.

Et Henricus dicit quod iniuste se facit warantum suum nec etatem habere debet, quia Robertus pater suus in ligia potestate sua dedit ei feodum illud, et attornauit ei eundem Walterum per uoluntatem ipsius Walteri, ita quod Walterus fecit ei homagium suum, et in seisina fuit de seruicio suo ita quod Robertus pater suus non fuit seisitus de seruicio eiusdem Walteri anno et die quo obiit, set ipse fuit seisitus de seruicio eius scil. de tanto etc. per tres annos ante obitum Roberti et post, ita quod idem Walterus per liberacionem ipsius Walteri[2] patris et per uoluntatem eiusdem Walteri fecit idem[3] Walterus ei homagium, et inde ponit se etc.

Et Walterus similiter ponit se in iuratam quod Robertus pater fuit seisitus anno et die quo obiit et ideo fiat inde iurata.

Juratores dicunt quod Robertus de Haya pater Roberti fuit seisitus de seruicio illius Walteri anno et die quo obiit, quia reuera in anno ante guerram fecit idem Robertus cartam suam eidem Henrico pro denariis quos ei dedit, tali modo quod si redderet denarios ad terminum statutum tunc redderet cartam suam, sin autem, remaneret seruicium ipsius Walteri eidem Henrico, et hoc factum fuit sine assensu Walteri, et ante terminum datum obiit Robertus. Et ideo consideratum est quod Walterus eat inde quietus, et Henricus nichil capiat per iuratam et sit in misericordia etc.

7. Assisa uenit recognitura si Johannes Blundus pater Johannis fuit seisitus in dominico suo etc. de dim. uirg. terre cum pert. in Fleckeneye etc. quam terram Hugo Peuerel tenet. Qui uenit et dicit quod de eadem terra tulit Lucas de Fleckeneye quamdam assisam noue disseisine uersus eum

[1] *qui medius est* is interlined but I am not certain whether it is meant to stand. Robert seemingly is not vouched as mesne.

[2] Corr. *Roberti.* Robert the father delivered over Walter to Henry, and Walter did homage to Henry.

[3] *idem* repeated; this second *idem Walterus* is not wanted.

ita quod datus est dies de audiendo iudicio suo apud Westmonasterium, et petit iudicium si super hoc debeat assisa procedere. Et preterea saluo hoc responso, dicit quod Iuo filius Ricardi dedit terram illam Roberto Peuerel patri suo per cartam suam quam profert et que hoc testatur, et inde uocat Gregorium filium suum ad warantum, qui est infra etatem.

Nota quod assisa noue disseisine prius terminari debet quam assisa mortis, et quia remansit assisa noue per iudicium, ideo procedere debuit assisa mortis, set remansit propter etatem tenentis quia pater suus obiit seisitus ut de feodo[1].

Dies datus est eis de audiendo iudicio suo etc., et interim remaneat iurata quousque sciatur quid fiat de assisa noue disseisine, et Gregorius remaneat, quia Johannes cognouit quod est infra etatem. Ad quem diem remansit assisa noue disseisine per iudicium curie, et Johannes uenit et cognouit quod Iuo obiit seisitus de seruicio ipsius Luce. Et ideo Gregorius habeat etatem suam etc.

1968. Johannes filius Baldewini optulit se etc. uersus Thomam de Esseby de placito quod warentizaret eidem Thome unam uirg. terre cum pert. in Sharnefordia quam tenet etc.

Et Thomas non uenit et fuit petens ita quod loquela fuit in comitatu per breue de recto inter Matillidem de Flamanuilla petentem et ipsum Thomam tenentem de eadem terra, et posita fuit in respectum eo quod tulit[2] breue de warentizacione etc., et modo non uenit. Et ideo preceptum est uicecomiti quod procedat in comitatu in loquela illa non obstante aliquo breui quod idem Thomas ferat de warentia, et
[296 b.] Johannes sine die, et Thomas et plegii sui in misericordia. |

1969. Semannus Balistarius petit uersus Willelmum Pipart x. marcas quas ei debet de plegio Roberti Pikeman, quia uicecomes Notingham quesiuit decem marcas ab eodem Roberto pro quadam misericordia, et ipse Semannus plegiauit eum, et illas decem marcas ei pro eo reddidit, et quia idem Willelmus habuit custodiam Simonis filii et heredis predicti Roberti ideo petit uersus ipsum Willelmum debitum illud.

Et Willelmus uenit et defendit quod nichil ei debet, quia ipse non habet custodiam Simonis, nec eum unquam plegiauit, nec est heres predicti Roberti, sed reuera idem Simon fuit aliquando cum eo per balliam Philippi Marke quamdiu ei placuit, et ideo petit iudicium si debeat inde respondere.

[1] See Br. f. 112 b. [2] Thomas.

Et consideratum est quod non respondeat, quia nichil habet etc. nec fuit plegius, et ideo inde sine die etc.

Geua que fuit uxor Simonis le Esquier petit uersus Petrum Peuerel terciam partem dim. uirg. terre cum pert. in Langedona ut dotem suam etc. unde etc.

Et Petrus uenit et defendit quod non debet inde dotem habere quia predictus Simon die quo eam desponsauit non tenuit terram illam ita quod eam dotare posset de tercia parte, et inde ponit se super iuratam.

Juratores dicunt quod Simon non tenuit terram illam quod eam dotare posset, quia quidam Willelmus frater Roberti patris ipsius Petri tradidit terram illam et aliam ipsi Roberto fratri suo postnato dum iuit ad scolas, et interim idem Robertus tradidit illam dim. uirg. terre predicto Simoni eo quod putauit quod frater suus esset mortuus, et postea uenit Willelmus et fuit capellanus et recuperauit terram suam, et ideo non fuit[1] seisitus ita quod eam dotare posset. Et ideo consideratum est quod Petrus inde sine die et Geua in misericordia etc.

Assisa uenit recognitura si Thurstanus Forestarius pater Roberti qui est infra etatem fuit seisitus in dominico suo etc. de una uirg. terre cum pert. in Thurmedestona die etc., quam terram Gilibertus de Burstal tenet. Qui uenit et dicit quod Thurstanus non fuit seisitus die quo obiit, quia ipse in ligia potestate sua reddidit ei terram illam ut ius suum per cartam suam quam profert et que hoc testatur.

Et Robertus dicit quod de carta nichil scit, set si facta fuit postea tenuit pater suus et obiit inde seisitus, ita quod obiit ad tale tempus, et inuadiauerat quamdam partem eiusdem terre duobus hominibus de Leicestria, qui in autumpno post mortem habuerunt blada illius terre, et inde ponit se super iuratam.

Juratores dicunt quod reuera tercio die uel quarto ante obitum Thurstani in languore suo fecit ipse cartam illam eidem Giliberto, sed idem Gilibertus nullam seisinam habuit in uita sua nisi tantum quod ui prostrauit quamdam domum quam mater Thurstani tenuit in dotem, et quod illi quibus

[1] Simon.

idem Thurstanus terram illam dimisit in uadium post mortem eiusdem Thurstani habuerunt blada sine contradictione a autumpno, et ideo uidetur eis quod obiit seisitus ut de feodo et in dominico, et quod idem Robertus propinquior heres eius est. Et ideo consideratum est quod Robertus recuperauit seisinam suam, et G. in misericordia etc. |

[28 d.] DE ITINERE M. DE PATESHULLA ET SOCIORUM SUORUM COM. STAFFORDIE ANNO REGIS HENRICI V^TO^. INCIPIENTE VJ^TO^.[1]

1972. Assisa uenit recognitura si Henricus de Fulfordia et Thomas frater eius iniuste etc. disseisiuerunt Alanum filium Giliberti et Mataniam uxorem eius de libero tenemento suo in Fulefordia infra assisam. Juratores dicunt quod ipsi disseisiuerunt eum[2]. Et ideo consideratum est quod Alanus recuperauit etc. Et sciendum quod Ricardus de Lee nominatus fuit disseisitor in breui, set ipse obiit, et alii predicti tenent totum tenementum, ideo uersus eos capta fuit assisa etc.

Nota quod cum nominati sint duo disseisitores in breui et unus moriatur ex principalibus non propter hoc cadit assisa si contentum sit quod alii nominati in breui teneant tenementum illud.

1973. Assisa uenit recognitura si Ricardus Kelling iniuste etc. disseisiuit Johannem filium Willelmi de libero tenemento suo in Rugges[3] infra assisam.

Et Ricardus dicit quod uilla de Ruggele solet esse de dominico manerio Dom. Regis ubi nulla assisa debet capi. Et totus comitatus quesitus, dicit quod semper uiderunt in quolibet aduentu iusticiariorum assisas capi de noua disseisina de predicta uilla. Et Ricardus nichil aliud dixit, et ideo capiatur assisa. Juratores dicunt quod ipse disseisiuit eum etc.

Nota quod si manerium quod solet esse de dominico Dom. Regis [illegible] alicui et postea semel capta fuerit assisa noue uel mortis de consuetudine, iterum capietur assisa propter consuetudinem.[4]

1974. Assisa uenit recognitura si Thomas filius Rogeri iniuste etc. disseisiuit Thomam filium Nicholai et Dionisiam uxorem eius de libero tenemento suo in Aluredeston infra assisam

[1] [illegible] vol. 1. p. 176.
[2] Sic.
[3] Sic, Ruggeley.
[4] [illegible]

Et Thomas concessit assisam. Juratores dicunt quod ipse non disseisiuit eos quia ipsi nunquam habuerunt inde seisinam, set ipsa Dionisia reuera aliquo tempore fuit cum matre sua cuius dos terra illa fuit, sed ut de feodo nullam seisinam inde habuerunt. Et ideo consideratum est quod eat inde sine die et predicti Thomas et Dionisia in misericordia etc.

. Assisa uenit recognitura si Johannes Dagod et tales iniuste etc. disseisiuerunt Johannem de Brimstona de communa pasture sue in Brimtona que pertinet ad liberum tenementum suum in eadem uilla infra etc. Et ipsi ueniunt et concedunt assisam. Juratores dicunt quod reuera idem Johannes assartauit quamdam partem bosci ubi ipse solet habere communam suam circiter duas acras et dim. de mora et illas fecit includere, set alibi potest habere communam ubique in bosco quantum pertinet ad tenementum suum etc. Post uenit et retraxit se etc.

Contra constitutionem de Mertona[1].

3. Assisa uenit recognitura si Petrus de Durantestorpe iniuste etc. disseisiuit Rogerum Cheles de libero tenemento suo in Parua Rideware infra etc.

Et Petrus uenit et dicit quod nullum liberum tenementum habuit in eadem uilla, et inde ponit se super assisam.

Juratores dicunt quod quidam Robertus Cheles cuius hereditas terra illa fuit cum laboraret in extremis commisit terram illam Rogero de Cheles fratri suo iuniori in custodia cum pueris suis qui tunc fuerunt infra etatem, et eo Roberto defuncto remansit terra illa ipsi Rogero in custodia qui illam tenuit. Postea uero quando pueri Roberti fratris primogeniti habuerunt etatem iuerunt perquirere se, et ipse Rogerus semper remansit in seisina usque ad obitum suum, et eo defuncto remansit seisina terre illius isti Rogero per duas uesturas, et tunc uenit iste Petrus ut capitalis dominus et eum eiecit et posuit filios predicti Roberti fratris primogeniti in seisinam terre illius. Et ideo consideratum est quod non disseisiuit ipsum iniuste quia liberum tenementum non habuit etc.

[1] Alluding of course to the chapter touching approvement. Observe that the plaintiff withdraws. This is Fitz. *Comen*, 26.

1977. Assisa uenit recognitura si Joh
auunculus Henrici de Rewel fuit se
terre etc. in eadem uilla etc., quam te
tenet. Qui uenit et dicit quod ipse n
nec tenuit die quo breue etc., sed q
eius ex dono suo eam tenet.

Et Henricus dicit quod Adam illa

Et iuratores quesiti absque sac
Alditha tenet et tenuit die etc. Et id

[287 b.]

1978. Assisa uenit recognitura si Robert
iniuste etc. disseisiuerunt Robertum
tenemento suo in Hoptona infra etc
dicunt quod assisa non debet inde fie
Roberti de Cauereswella cuius hered
uxor presbiteri, et ipse filius presbite
inde seisita sine herede quem habe
quod ipse nullam seisinam inde ha
super assisam.

Et Robertus[1] dicit quod ipse fuit
uiuente matre sua que obiit tempor
guerram recuperauit seisinam suam
illam tenuit fere per duos annos, et
suam.

Nota de intrusione tempore gwerre, et intrusores statim reelecti fuerunt.

Juratores dicunt quod ipsi non d
ipse nunquam fuit inde seisitus nisi
intrusit se in terram illam, sed idem
eiecerunt eum. Et ideo consideratu
alii eant inde quieti, et Robertus de
cordia etc.

1979. [Nota] quod non iacet assisa noue [de] sectis ad molendinum, et ex [quo] sequitur quod non dicitur liberum tenementum uisus fieri non possit uel de tenemento, uel de tenemento unde redditus prouenit[2].

Assisa uenit recognitura si Milo
disseisiuit Henricum filium Ricardi d
in Creitona infra etc. Et Milo non u
eius uenit pro eo, et dicit quod ips

[1] Plaintiff.

[2] Corr. *ex quo sequitur quod non dicitur liberum tenementum ubi uisus fieri non possit uel de tenemento, uel de tenemento unde redditus prouenit.* There can be no assize unless a tene-
ment c
of a re
rent iss
as to th
is Fitz.

posuit in uisu suo, et petit quod ei dicat de quo tenemento ipse queritur etc.

Et Henricus dicit quod de secta terre et hominum eiusdem Milonis de Creytona ad molendinum eiusdem Henrici de Crakemere.

Et ipsa petit iudicium si de tali secta possit aramiare assisam noue disseisine ut de libero tenemento. Consideratum est quod non est liberum tenementum. Et ideo sine die etc.

Assisa uenit recognitura utrum dim. acr. prati cum pert. in Blumenhilla fuit libera elemosina pertinens ad ecclesiam de Blumenhilla unde Herbertus de Blumenhilla est persona, an laicum feodum Johannis de Brimtona. Qui uenit et uocauit inde ad warantum Johannem Dagod per cartam suam, quam profert etc., et que testatur etc.

Et Johannes[1] presens fuit et cognoscit cartam et dicit quod ipse per cartam illam non debet ei warentizare illam dim. acr. prati, quia ipsa non est pertinens ad terram de qua carta loquitur. Dicit eciam quod Herbertus predictus fuit seisitus de illa dim. acr. ut de iure ecclesie sue priusquam ipse dederat eidem Johanni terram illam et ipso eodem die et postea, et per ipsum Herbertum habuit ipse[2] illam dim. acr. prati per quamdam filiam eiusdem Herberti quam ipse duxit in uxorem, que cum mortua esset idem Herbertus uoluit recuperare ad illam dim. acr. et non potuit, unde ipse aramiauit assisam istam, et quod ita sit et non pertinens ad terram de qua carta loquitur, ponit etc. Utrum sit libera elemosina uel laicum feodum.

Et Johannes dicit quod ipse nullum ingressum[3] in terram illam per ipsum Herbertum, sed per ipsum Johannem.

Juratores dicunt quod illa dim. acr. prati est libera elemosina predicte ecclesie et non laicum feodum Johannis, nec eciam pertinens ad terram de qua predicta carta loquitur. Et ideo consideratum est quod predictus Herbertus recuperauit seisinam suam ut de iure ecclesie sue, et predictus Johannes in misericordia etc.

Emma que fuit uxor Ricardi filii Steyn petit uersus

[1] Dagod: probably Bagod.
[2] John of Brimton.
[3] Supply *habet*.

Robertum filium Roberti dim. mesuagium etc. in Lichefeld ut ius suum, et ut illud in quod idem Robertus non habet ingressum nisi per Robertum de Galia' patrem suum, cui prefatus Ricardus uendidit, cui ipsa Emma in uita sua contradicere non potuit etc. Et sciendum est quod Robertus est infra etatem et petit etatem suam. Sed quia pater suus presens fuit et cognouit quod dederat ei mesuagium illud, consideratum est quod pater respondeat.

Nota quod pater qui uendidit filio qui est infra etatem de hereditate uxoris, respondebit pro filio cum presens fuerit et cognouerit donationem.

Qui dixit quod reuera predictus Ricardus uir suus et ipsa uendiderunt ei illud dim. mesuagium pro sex marcis et coram tota uillata abiurauerunt illud secundum usagium uille.

Et uillata de Lichefeuld[1] dicit quod consuetudo uille sue non est talis quod aliquis possit uendere maritagium uxoris sue.

Et ipsa Emma defendit quod ipsa nunquam illud uendidit. Et ideo consideratum est quod ipsa recuperauit seisinam suam et Robertus in misericordia etc.

1982. Assisa noue disseisine quam Hugo de Brugfeldia aramiauit uersus Henricum de Perles remanet, eo quod idem Hugo obiit. Postea testatum est quod filius eius qui habet idem nomen aramiauit illam assisam. Et ideo procedat etc.[2] |

Nota quod assisa noue disseisine quam [pater] aramiauit qui mortuus est procedit sub nomine filii sui qui habet idem nomen quod pater habuit, set hoc mirum propter errorem persone quia non sunt idem. [Pater] et filius non eadem persona[2].

[1] Which is represented before the justices by twelve burgesses.

[2] The words in [] are conjectured; the margin is damaged. The annotator seems mistaken in supposing that the writ has been brought by the father. Bracton, f. 188 b, agrees with the annotator that the father's writ will not avail the son though their names be the same; persona tamen diuersa est, et non eadem cui facta est iniuria.

[3] This is the very foot of f. 287 b and the end of a quire.

APPENDIX.

A Lost Page Restored.

NOTE:—The following cases were I believe on the missing page of the Note-Book, which once came between what are now ff. 10 and 11, so that these cases stood between Cases 67 and 68. The Roll A from which I take them is Coram Rege Roll No. 2; B = Coram Rege Roll No. 1. The process of restoration is described in my Introduction.

[1]Assisa uenit recognitura si Asketillus[2] pater Matillidis et Alicie uxoris Gaufridi le Parchiminer et Reginaldi filii Simonis fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de ij. uirgatis terre cum pertinenciis in Burcote die qua obiit etc., quam terram Robertus de Esteote tenet, qui uocauit inde ad warantum Henricum de Braybroc, qui uenit et ei warentizauit, et uocauit inde ad warantum Ricardum filium Simeonis, ita quod Ricardus summonitus fuit ad esse a die S. Joh. in tres septimanas et tunc non uenit etc. Et ideo consideratum est quod assisa procedat pro defectu ipsius Ricardi, et si Henricus amittat per assisam, recuperet uersus Ricardum. Set ponitur in respectum usque in Oct. S. Hil. prece petentis pro defectu recognitorum, quia tantum decem uenerunt etc. et uicecomes habeat corpora aliorum[3]. Buck.

[4]Magister Alexander de Dorsetia optulit se quarto die uersus Rogerum de Auder', Gaufridum filium Gaufridi et Willelmum de Lattona de placito quod reddant ei xxv. marcas quas ei debent pro Jordano Heyrun[5] cuius plegii ipsi sunt Northumb.

[1] A. m. 12 d; B. m. 9.
[2] *Anketinus*, B.
[3] For later proceedings see Cases 1293, 1394, 1529.
[4] A. m. 13; B. m. 10 d.
[5] *Hayrun*, B.

etc. Et ipsi non uenerunt etc., et pluries preceptum fuit uicecomiti quod attachiaret eos etc., et iterum per meliores plegios etc., et postea quod distringeret eos per terras et catalla sua etc. Et uicecomes mandauit quod subtrahunt se etc., et ideo per consilium curie preceptum est uicecomiti quod capiat in manum Dom. Regis totam terram eorum cum omnibus catallis in terris illis inuentis et saluo custodiat in manum etc. ita quod ipsi Rogerus etc. uel aliquis ex parte sua manum non apponat quousque aliud preceptum inde habuerit, eo quod ipsi Rogerus etc. ut mandasti iusticiariis subtrahunt se ne ueniant in curiam nostram ad standum recto etc. de debito quod Magister Alexander de Dorsetia clamat uersus eos, et summoneat eos quod sint a die S. Mart. in xv. dies audituri inde iudicium suum[1].

3. Surr. [2]Alexander de Thorpe petit uersus Adam Winde et Aliciam uxorem eius tres acras terre et j. acram prati[3] in la Huthe ut ius suum.

Radulfus de la Hale uersus eundem tres acras terre et j. acram prati etc. Robertus filius Godrici uersus eosdem j. acram terre etc. Hugo Keche uersus eosdem et plures alii petentes nominati in uno et eodem breui petierunt uersus eosdem xv. acras terre et v. acras prati cum pertinenciis in eadem uilla etc. per breue de recto quod loquitur de xv. acris terre et v. acris prati. Et Alexander primo nominatus in breui de recto non ponitur in Pone[4] et ideo illud Pone non concordat breui de recto, unde consideratum est quod tenentes inde sine die et omnes tenentes[5] in misericordia[6] quia nulla loquela fuit in comitatu inter eos nominatos in Pone de tanta terra.

4. Suff. [7]Johannes de Geddingeham optulit se iiij^{to}. die uersus Hubertum filium Huberti et Matillidem uxorem eius et Agnetem sororem ipsius Matillidis de placito terre quam ipsi petunt uersus eundem Johannem. Et ipsi non uenerunt etc. et loquela ista fuit coram iusticiariis itinerantibus in

[1] This seems the case cited anonymously by Br. f. 440 b.

[2] A. m. 13; B. m. 10 d.

[3] *prati cum pertinenciis*, B.

[4] The writ removing the case from the county court.

[5] *petentes*, B, and rightly.

[6] B stops.

[7] A. m. 13 d.

comitatu Soffolkie ita quod per quoddam essonium de malo lecti quod idem Johannes fecerat coram eis dederunt ei milites, qui ad eum missi fuerunt ad eum uidendum, diem coram iusticiariis apud Westmonasterium in crastino S. Petri Aduincula. Et Dom. Thesaurarius et alii barones[1] qui interfuerunt testati fuerunt quod ad diem illum optulit se idem Johannes, et Hugo de Monte Canisio attornatus petentium similiter, set quia idem Hugo dixerat coram eis quod nullum diem habuit de illo placito nisi tantum ad comparandum et audiendum quo waranto surrexit, dederunt eidem Johanni a die S. Mich. in xv. dies pro defectu recordi. Et tunc non uenerunt petentes nec attornatus eorum, et ideo Johannes sine die et alii in misericordia.

[2]Willelmus de Bouen'[3] pro se et Agnete uxore eius Buck. cuius loco etc. petierunt uersus Simonem de Leuekenora terciam partem j. carucate terre cum pertinenciis in Faulega ut dotem ipsius Agnetis que eam contingit de libero tenemento quod fuit Nicholai de Buleheye quondam uiri sui etc. Et Simon uenit et uocauit inde ad warantum filias et heredes ipsius Nicholai scil. Reginaldum de Albo Monasterio et Aliciam uxorem eius et Margeriam sororem ipsius Alicie que est infra etatem et in custodia Rogeri de la Stane, et dictum fuit eisdem Reginaldo et Rogero quod uenirent pro eisdem Alicia et Margeria. Et ipsi ueniunt, et Simon uenit et petit uersus eos quod warentizent ei terram predictam, quia predictus Nicholaus pater earum illam ei dedit per cartam suam quam profert et que hoc testatur quod donum illud ei fecit.

Et Reginaldus uenit et dicit quod uersus eum de parte sua non potest illa dotem petere quia alias inplacitauit ipsa eum de dote sua ita quod concordati fuerunt tali modo quod ipse concessit terciam partem tocius terre que fuit Nicholai uiri[4] in Hersturste et in Lafhulla et ipsa inde tenuit se pacatam, et curia hoc idem recordatur.

Et Rogerus de Stane dicit quod ipsa non potest de terra

[1] Perhaps there were no justices on the Bench on the 2nd of August; so the essoinee appeared in the Exchequer.

[2] A. m. 14; B. m. 11.

[3] *Bouenay*, B.

[4] Supply *sui*, B.

illa dotem habere quia predictus Nicholaus non fuit inde seisitus die quo eam desponsauit, et preterea ipse dotauit eam de tercia parte tocius terre quam tenuit eo die quo eam desponsauit.

Et Willelmus dicit quod reuera ipse non tenuit terram illam die quo etc., quia quidam auunculus illam tenuit etc. et postea ei descendit iure hereditario et ideo Nicholaus dotauit eam de tota terra quam tenuit et que ei descendere potuit iure hereditario, et inde ponit se super iuratam. Et Rogerus similiter. Fiat inde iurata et ueniat a die S. Mart. in xv dies ad recognoscendum si dotauit eam de terra quam tenuit tantum, uel de tercia parte terre quam tenuit et preterea de tercia parte tocius terre que ei descendere potuit. Et quia desponsata est in com. Suff. fiat ibi summonicio.

6. Surr. [1]Euerardus Aurifaber petit uersus Philippum Vitdener quod teneat ei conuencionem factam inter eos de quarta parte unius hide terre cum pertinenciis in Launeye etc., unde Euerardus ostendit quod predictus Philippus dedit ei pro homagio et seruicio suo et pro xxviij. marcis totam terram de Lefherste cum omnibus pertinenciis suis per cartam suam quam profert et que hoc idem testatur, unde dicit quod cum esset in seisina de predicta terra per donum suum et per cartam illam, uenit idem Philippus et eum inde disseisiuit et dampnum ei fecit contra conuencionem illam, ad ualenciam l. marc. et inde producit sectam etc.

Et Philippus uenit et defendit uim et iniuriam nunc et alias quando defendere debebit et dampnum predictum l. marc., et dicit quod non uidetur ei quod debeat ad hoc breue respondere, quia de eadem terra aramiauit idem Euerardus assisam noue disseisine uersus eum ita quod assisa capta fuit coram insticiariis itinerantibus ultimo in partibus illis, et iuratores eum penitus aquietauerunt, et si curia considerauerit quod debeat super hoc ei respondere per hoc breue, dicet aliud[2].

Et Euerardus cognoscit quod de eadem terra fuit assisa capta inter eos et quod iuratores dixerunt quod Philippus non disseisiuit eum eo quod nunquam cepit expleta set bene

[1] A. m. 11 d., B. m. 11 d. [2] B. [illegible]

cognouerunt quod quedam conuencio facta fuit inter eos in curia Dom. Cantuariensis etc.

Et quia carta quam idem Euerardus profert loquitur simpliciter de dono suo pro homagio et seruicio suo et nulla mencio facta est de conuencione, et preterea ipse cognoscit quod assisa noue disseisine capta fuit, Consideratum est quod Philippus eat quietus de hoc breue et Eborardus in misericordia pro iniusta exaccione et perquirat se alio modo si uoluerit.

[1] Assisa uenit recognitura si Gilibertus de Lundreis[2] pater Johannis fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de dimidia hida terre cum pertinenciis in Bergh' die qua obiit etc., et si etc., quam terram Robertus de Chetwude tenet. Qui uenit et dixit quod assisa non debuit inde procedere quia Osbertus frater ipsius Johannis primogenitus implacitauit eum in curia Dom. Regis Johannis, ita quod per iudicium eiusdem curie recessit ipse Robertus inde quietus, et inde ponit se super recordum curie et super rotulos. Habeat recordum etc. Surr.

Et curia recordatur quod alias fuit placitum in curia Dom. Regis Johannis de eadem terra inter Osbertum Capellanum fratrem ipsius Johannis petentis et quosdam Stephanum de Norwude et Feidenam uxorem eius, qui terram illam tenuerunt in dotem ipsius Feidene de hereditate predicti Roberti que ei postea descendit, et unde idem Robertus uocatus fuit ad warantum, qui dixit quod quidam Johannes primus uir ipsius Feidine terram illam disracionauerat in curia Dom. Cantuariensis per finem duelli uersus Gilibertum patrem eorum[3], ita quod curia Dom. Cantuariensis scilicet Sancti Thome summonita ad faciendum inde recordum hoc idem recordata fuit[4]. Et ideo tunc consideratum fuit scil. anno regni Regis Johannis viij°. quod Stephanus, Feidina et Robertus eant quieti et Osbertus in misericordia. Postea autem anno Regis eiusdem xv° implacitauit idem Osbertus eosdem Stephanum et Feidinam de eadem terra, qui eodem

[1] A. m. 15; B. m. 11 d.

[2] *London'* B.

[3] Father of Osbert and of John the plaintiff.

[4] Saint Thomas of course was dead when, what was still called, his court had to bear record in the eighth year of John.

modo uocauerunt inde ad warantum predictum Robertum, qui uenit et warentizauit et dixit quod alias recesserat inde quietus uersus eundem Osbertum, et inde uocauit curiam Dom. Regis ad warantum, et curia tunc hoc idem recordata fuit, et ideo tunc iterum consideratum fuit quod ipsi inde recederent quieti et Osbertus arestaretur, et commissus fuit Magistro Johanni de Stotefordia officiali Domini Londoniensis[1].

Et quia predictus Johannes clamat ex parte ipsius Giliberti patris sui qui terram illam amisit per finem duelli sicut curia Dom. Regis recordatur, et preterea ipsi Stephanus et Feidina et Robertus recesserunt tociens quieti uersus predictum Osbertum de eodem placito, adhuc consideratum est quod Robertus eat inde quietus et Johannes in misericordia, et nullum habeat recuperare de aliqua parte illius terre uel heredes sui. Et sciendum quod hec loquela uenit de itinere iusticiariorum et terminata fuit in banco apud Westmonasterium.

8. Dorset [2]Hamelinus filius Radulfi attachiatus fuit ad respondendum Hugoni de Gundeuilla quare ipse tulit assisam noue disseisine uersus predictum Hugonem dominum suum de tenemento in Pimpre, desicut ipse uillanus est et cognouit se esse uillanum Hugonis patris predicti Hugonis tempore Dom. J. Regis patris Dom. Regis coram iusticiariis suis apud Shireburniam ut dicit, unde idem Hugo dicit per attornatum suum quod tunc fuerunt iusticiarii Simon de Pateshulla, Eustachius de Faucunbergo et plures alii socii sui, et inde ponit se super curiam Dom. Regis et super iusticiarios et super recordum curie scil. quod cognouit se esse uillanum patris sui sicut predictum est.

Et Hamelinus uenit et defendit quod non est uillanus nec unquam cognouit se esse uillanum in curia Dom. Regis sicut ipse Hugo dicit, et inde ponit se similiter super curiam et recordum set dicit quod tunc temporis tenuit quandam terram in uilenagium et tunc cognouit quod terra illa fuit uilenagium et nunquam cognouit se esse uillanum[3]

[1] He was a clerk.
[2] A. m. 15 d., B. m. 12.
[3] [illegible]

[redacted]

Inuentum est in rotulo Simonis de Pateshulla quod cognouit se esse uillanum Hugonis de Gundeuilla sicut predictum est, set quia Hamelinus recessit sine licencia ante iudicium suum, consideratum est quod Hugo habeat breue etc. quod uicecomes habeat corpus eius in crastino S. Hill. ad audiendum iudicium etc. et ad ostendendum quare recessit sine licencia etc. Idem inuentum est in rotulo Eustachii de Faucunbergo[1].

[1] For later proceedings see Case 1411, where the annotator alludes in the margin to this record.

END OF VOL. III.

CAMBRIDGE: PRINTED BY C. J. CLAY, M.A. AND SONS, AT THE UNIVERSITY PRESS.

UNIVERSITY PRESS, CAMBRIDGE.
October, 1887.

CATALOGUE OF

WORKS

PUBLISHED FOR THE SYNDICS

OF THE

Cambridge University Press.



London: C. J. CLAY AND SONS,
CAMBRIDGE UNIVERSITY PRESS WAREHOUSE,
AVE MARIA LANE.
GLASGOW: 263, ARGYLE STREET.

Cambridge: DEIGHTON, BELL AND CO.
Leipzig: F. A. BROCKHAUS.

1000
12/10/87

PUBLICATIONS OF

The Cambridge University Press.

THE HOLY SCRIPTURES, &c.

THE CAMBRIDGE PARAGRAPH BIBLE of the A[illegible] thorized English Version, with the Text Revised by a Collation of [illegible] Early and other Principal Editions, the Use of the Italic Type [illegible] uniform, the Marginal References remodelled, and a Critical Intro[illegible] duction prefixed, by F. H. A. SCRIVENER, M.A., LL.D., Editor [illegible] the Greek Testament, Codex Augiensis, &c., and one of the Revis[illegible] of the Authorized Version. Crown 4to. gilt. 21*s.*

From the *Times.*

"Students of the Bible should be particularly grateful (to the Cambridge University Press) for having produced, with the able assistance of Dr Scrivener, a complete critical edition of the Authorized Version of the English Bible, an edition such as, to use the words of the Editor, 'would have been executed long ago had this version been nothing more than the greatest and best known of English classics.' Falling at a time when the formal revision of this version has been undertaken by a distinguished company of scholars and divines, the publication of this edition must be considered most opportune."

From the *Athenæum.*

"Apart from its religious importance, the English Bible has the glory, which but few sister versions indeed can claim, of being the chief classic of the language, of having, in conjunction with Shakspeare, and in an immeasurable degree more than he, fixed the language beyond any possibility of important change. Thus the recent contributions to the literature of the subject, by such workers as Mr Francis Fry and Canon Westcott, appeal to a wide range of sympathies; and to these may now be added Dr Scrivener, well known for his labours in the cause of the Greek Testament criticism, who has brought out, for the Syndics of the Cambridge University P[illegible] an edition of the English Bible, [illegible] the text of 1611, revised by a [illegible] later issues on principles stated [illegible] Introduction. Here he enters at length [illegible] the history of the chief editions of the [illegible] and of such features as the marg[illegible] use of italic type, and the changes of [illegible] graphy, as well as into the most [illegible] question as to the original texts from [illegible] our translation is produced."

From the *Methodist Recorder.*

"This noble quarto of over [illegible] every respect worthy of editor and [illegible] alike. The name of the Cambridge [illegible] Press is guarantee enough for its [illegible] outward form, the name of the editor [illegible] guarantee for the worth and accuracy of [illegible] contents. Without question, it is the [illegible] Paragraph Bible ever published, and [illegible] duced price of a guinea brings it within [illegible] of a large number of students."

From the *London Quarterly Review.*

"The work is worthy in every respect of [illegible] editor's fame, and of the Cambridge University Press. The noble English Version, to which our country and religion owe so much, [illegible] probably never presented before in so perfect form."

THE CAMBRIDGE PARAGRAPH BIBLE. STUDENT'S EDITION, on *good writing paper*, with one column of print and wi[illegible] margin to each page for MS. notes. This edition will be found [illegible] great use to those who are engaged in the task of Biblical criti[illegible] Two Vols. Crown 4to. gilt. 31*s.* 6*d.*

THE AUTHORIZED EDITION OF THE ENGLIS[illegible] BIBLE (1611), ITS SUBSEQUENT REPRINTS AND M[illegible] DERN REPRESENTATIVES. Being the Introduction to the Cambridge Paragraph Bible (1873), re-edited with corrections and additions. By F. H. A. SCRIVENER, M.A., D.C.L., LL.D., Pr[illegible] bendary of Exeter and Vicar of Hendon. Crown 8vo. 7*s.* 6*d.*

THE LECTIONARY BIBLE, WITH APOCRYPHA divided into Sections adapted to the Calendar and Tables [illegible] Lessons of 1871. Crown 8vo. 3*s.* 6*d.*

London: C. J. CLAY & SONS, Cambridge University Press Warehouse, Ave Maria Lane.

BREVIARIUM AD USUM INSIGNIS ECCLESIAE SARUM. Juxta Editionem maximam pro CLAUDIO CHEVALLON ET FRANCISCO REGNAULT A.D. MDXXXI. in Alma Parisiorum Academia impressam: labore ac studio FRANCISCI PROCTER, A.M., ET CHRISTOPHORI WORDSWORTH, A.M.

FASCICULUS I. In quo continentur KALENDARIUM, et ORDO TEMPORALIS sive PROPRIUM DE TEMPORE TOTIUS ANNI, una cum ordinali suo quod usitato vocabulo dicitur PICA SIVE DIRECTORIUM SACERDOTUM. Demy 8vo. 18*s.*

"The value of this reprint is considerable to liturgical students, who will now be able to consult in their own libraries a work absolutely indispensable to a right understanding of the history of the Prayer-Book, but which till now usually necessitated a visit to some public library, since the rarity of the volume made its cost prohibitory to all but a few. . . . Messrs Procter and Wordsworth have discharged their editorial task with much care and judgment, though the conditions under which they have been working are such as to hide that fact from all but experts."—*Literary Churchman.*

FASCICULUS II. In quo continentur PSALTERIUM, cum ordinario Officii totius hebdomadae juxta Horas Canonicas, et proprio Completorii, LITANIA, COMMUNE SANCTORUM, ORDINARIUM MISSAE CUM CANONE ET XIII MISSIS, &c. &c. Demy 8vo. 12*s.*

"Not only experts in liturgiology, but all persons interested in the history of the Anglican Book of Common Prayer, will be grateful to the Syndicate of the Cambridge University Press for forwarding the publication of the volume which bears the above title, and which has recently appeared under their auspices."—*Notes and Queries.*

"Cambridge has worthily taken the lead with the Breviary, which is of especial value for that part of the reform of the Prayer-Book which will fit it for the wants of our time . . . For all persons of religious tastes the Breviary, with its mixture of Psalm and Anthem and Prayer and Hymn, all hanging one on the other, and connected into a harmonious whole, must be deeply interesting."—*Church Quarterly Review.*

"The editors have done their work excellently, and deserve all praise for their labours in rendering what they justly call 'this most interesting Service-book' more readily accessible to historical and liturgical students."—*Saturday Review.*

FASCICULUS III. In quo continetur PROPRIUM SANCTORUM quod et sanctorale dicitur, una cum accentuario. Demy 8vo. 15*s.*

FASCICULI I. II. III. complete, £2. 2*s.*

GREEK AND ENGLISH TESTAMENT, in parallel Columns on the same page. Edited by J. SCHOLEFIELD, M.A. late Regius Professor of Greek in the University. Small Octavo. New Edition, with the Marginal References as arranged and revised by Dr SCRIVENER. Cloth, red edges. 7*s.* 6*d.*

GREEK AND ENGLISH TESTAMENT. THE STUDENT'S EDITION of the above, on *large writing paper.* 4to. 12*s.*

GREEK TESTAMENT, ex editione Stephani tertia, 1550. Small 8vo. 3*s.* 6*d.*

THE NEW TESTAMENT IN GREEK according to the text followed in the Authorised Version, with the Variations adopted in the Revised Version. Edited by F. H. A. SCRIVENER, M.A., D.C.L., LL.D. Crown 8vo. 6*s.* Morocco boards or limp. 12*s.*

THE PARALLEL NEW TESTAMENT GREEK AND ENGLISH, being the Authorised Version set forth in 1611 Arranged in Parallel Columns with the Revised Version of 1881, and with the original Greek, as edited by F. H. A. SCRIVENER, M.A., D.C.L., LL.D. Prebendary of Exeter and Vicar of Hendon. Crown 8vo. 12*s.* 6*d.* *The Revised Version is the Joint Property of the Universities of Cambridge and Oxford.*

London: C. J. CLAY & SONS, Cambridge University Press Warehouse, Ave Maria Lane.

THE OLD TESTAMENT IN GREEK ACCORDING TO THE SEPTUAGINT. Edited by H. B. SWETE, D.D., Honorary Fellow of Gonville and Caius College. Vol. I. Genesis—IV Kings. Crown 8vo. 7*s.* 6*d.*

THE BOOK OF ECCLESIASTES, with Notes and Introduction. By the Very Rev. E. H. PLUMPTRE, D.D., Dean of Wells. Large Paper Edition. Demy 8vo. 7*s.* 6*d.*

"No one can say that the Old Testament is a dull or worn-out subject after reading this singularly attractive and also instructive commentary. Its wealth of literary and historical illustration surpasses anything to which we can point in English exegesis of the Old Testament; indeed, even Delitzsch, [illegible] is to leave no source of [illegible] is far inferior on this head to Dr Plumptre."—*Academy*, Sept. 10, 1881.

THE GOSPEL ACCORDING TO ST MATTHEW in Anglo-Saxon and Northumbrian Versions, synoptically arranged: with Collations exhibiting all the Readings of all the MSS. Edited by the Rev. W. W. SKEAT, Litt.D., Elrington and Bosworth Professor of Anglo-Saxon. **New Edition.** Demy 4to. 10*s.*

THE GOSPEL ACCORDING TO ST MARK, uniform with the preceding, by the same Editor. Demy 4to. 10*s.*

THE GOSPEL ACCORDING TO ST LUKE, uniform with the preceding, by the same Editor. Demy 4to. 10*s.*

THE GOSPEL ACCORDING TO ST JOHN, uniform with the preceding, by the same Editor. Demy 4to. 10*s.*

"*The Gospel according to St John, in Anglo-Saxon and Northumbrian Versions:* Edited for the Syndics of the University Press, by the Rev. Walter W. Skeat, M.A., completes an undertaking designed and commenced by that distinguished scholar, J. M. Kemble, some forty years ago. Of the particular volume now before us, we can [illegible] it is worthy of its two predecessors. We [illegible] that the service rendered to the study of Anglo-Saxon by this Synoptic collection [illegible] be overstated."—*Contemporary Review.*

THE POINTED PRAYER BOOK, being the Book of Common Prayer with the Psalter or Psalms of David, pointed as they are to be sung or said in Churches. Royal 24mo. 1*s.* 6*d.*

The same in square 32mo. cloth. 6*d.*

THE CAMBRIDGE PSALTER, for the use of Choirs and Organists. Specially adapted for Congregations in which the "Cambridge Pointed Prayer Book" is used. Demy 8vo. cloth extra, 3*s.* 6*d.* cloth limp, cut flush. 2*s.* 6*d.*

THE PARAGRAPH PSALTER, arranged for the use of Choirs by BROOKE FOSS WESTCOTT, D.D., Regius Professor of Divinity in the University of Cambridge. Fcap. 4to. 5*s.*

The same in royal 32mo. Cloth 1*s.* Leather 1*s.* 6*d.*

"The Paragraph Psalter exhibits all the care, thought, and learning that those acquainted with the works of the Regius Professor of Divinity at Cambridge would expect to find, and there is not a clergyman or [illegible] in England who should be without [illegible] as a work of reference."—*Morning Post.*

THE MISSING FRAGMENT OF THE LATIN TRANSLATION OF THE FOURTH BOOK OF EZRA, discovered, and edited with an Introduction and Notes, and a facsimile of the MS., by ROBERT L. BENSLY, M.A., Lord Almoner's Professor of Arabic. Demy 4to. 10*s.*

"It has been said of this book that it has added a new chapter to the Bible, and, startling as the statement may at first sight appear, it is no exaggeration of the actual fact, if by the Bible we understand that of the larger [illegible] which contains the Apocrypha, and [illegible] Second Book of Esdras can be [illegible] part of the Apocrypha."—*Saturday Review.*

GOSPEL DIFFICULTIES, or the Displaced Section of S. Luke. By the Rev. J. J. HALCOMBE, Rector of Balsham and Rural Dean of North Camps, formerly Reader and Librarian at the Charterhouse. Crown 8vo. 10*s.* 6*d.*

CODEX S. CEADDAE LATINUS. Evangelia SSS. Matthaei, Marci, Lucae ad cap. III. 9 complectens, circa septimum vel octavum saeculum scriptvs, in Ecclesia Cathedrali Lichfieldiensi servatus. Cum codice versionis Vulgatae Amiatino contulit, prolegomena conscripsit, F. H. A. SCRIVENER, A.M., D.C.L., LL.D., Hendoni apud Trinobantes vicarius, Ecclesiae Cathedralis Exoniensis prebendarius, Collegii SS. Trinitatis apud Cantabrigienses olim scholaris. Imp. 4to. With 3 plates. £1. 1*s.*

THE ORIGIN OF THE LEICESTER CODEX OF THE NEW TESTAMENT. By J. RENDEL HARRIS, M.A. With 3 plates. Demy 4to. 10*s.* 6*d.*

THEOLOGY—(ANCIENT).

THE GREEK LITURGIES. Chiefly from original Authorities. By C. A. SWAINSON, D.D., late Master of Christ's College, Cambridge. Crown 4to. Paper covers. 15*s.*

"Jeder folgende Forscher wird dankbar anerkennen, dass Swainson das Fundament zu einer historisch-kritischen Geschichte der Griechischen Liturgien sicher gelegt hat."—ADOLPH HARNACK, *Theologische Literatur-Zeitung.*

THE PALESTINIAN MISHNA. By W. H. LOWE, M.A., Lecturer in Hebrew at Christ's College, Cambridge. Royal 8vo. 21*s.*

THEODORE OF MOPSUESTIA'S COMMENTARY ON THE MINOR EPISTLES OF S. PAUL. The Latin Version with the Greek Fragments, edited from the MSS. with Notes and an Introduction, by H. B. SWETE, D.D., Rector of Ashdon, Essex, and Honorary Fellow of Gonville and Caius College, Cambridge. In Two Volumes. Volume I., containing the Introduction, with Facsimiles of the MSS., and the Commentary upon Galatians—Colossians. Demy 8vo. 12*s.*

"In dem oben verzeichneten Buche liegt uns die erste Hälfte einer vollständigen, ebenso sorgfältig gearbeiteten wie schön ausgestatteten Ausgabe des Commentars mit ausführlichen Prolegomena und reichhaltigen kritischen und erläuternden Anmerkungen vor."—*Literarisches Centralblatt.*

"It is the result of thorough, careful, and patient investigation of all the points bearing on the subject, and the results are presented with admirable good sense and modesty."—*Guardian.*

"Auf Grund dieser Quellen ist der Text bei Swete mit musterhafter Akribie hergestellt. Aber auch sonst hat der Herausgeber mit unermüdlichem Fleisse und eingehendster Sachkenntniss sein Werk mit allen denjenigen Zugaben ausgerüstet, welche bei einer solchen Text-Ausgabe nur irgend erwartet werden können. . . . Von den drei Haupthandschriften . . . sind vortreffliche photographische Facsimile's beigegeben, wie überhaupt das ganze Werk von der *University Press* zu Cambridge mit bekannter Eleganz ausgestattet ist."—*Theologische Literaturzeitung.*

"It is a hopeful sign, amid forebodings which arise about the theological learning of the Universities, that we have before us the first instalment of a thoroughly scientific and painstaking work, commenced at Cambridge and completed at a country rectory."—*Church Quarterly Review* (Jan. 1881).

"Hernn Swete's Leistung ist eine so tüchtige dass wir das Werk in keinen besseren Händen wissen möchten, und mit den sichersten Erwartungen auf das Gelingen der Fortsetzung entgegen sehen."—*Göttingische gelehrte Anzeigen* (Sept. 1881).

VOLUME II., containing the Commentary on 1 Thessalonians—Philemon, Appendices and Indices. 12*s.*

"Eine Ausgabe . . . für welche alle zugänglichen Hülfsmittel in musterhafter Weise benutzt wurden . . . eine reife Frucht siebenjährigen Fleisses."—*Theologische Literaturzeitung* (Sept. 23, 1882).

"Mit derselben Sorgfalt bearbeitet die wir bei dem ersten Theile gerühmt haben."—*Literarisches Centralblatt* (July 29, 1882).

"M. Jacobi commença...une édition du texte. Ce travail a été repris en Angleterre et mené à bien dans les deux volumes que je signale en ce moment...Elle est accompagnée de notes érudites, suivie de divers appendices, parmi lesquels on appréciera surtout un recueil des fragments des oeuvres dogmatiques de Théodore, et précédée d'une introduction où sont traitées à fond toutes les questions d'histoire littéraire qui se rattachent soit au commentaire lui-même, soit à sa version Latine."—*Bulletin Critique*, 1885.

SAYINGS OF THE JEWISH FATHERS, comprising Pirqe Aboth and Pereq R. Meir in Hebrew and English, with Critical and Illustrative Notes. By CHARLES TAYLOR, D.D. Master of St John's College, Cambridge, and Honorary Fellow of King's College, London. Demy 8vo. 10s.

"The 'Masseketh Aboth' stands at the head of Hebrew non-canonical writings. It is of ancient date, claiming to contain the dicta of teachers who flourished from B.C. 200 to the same year of our era. Mr Taylor's explanatory and illustrative commentary is very full and satisfactory."—*Spectator.*

"A careful and thorough edition which does credit to English scholarship, of a short treatise from the Mishna, containing a series of sentences or maxims ascribed mostly to Jewish teachers immediately preceding, or immediately following the Christian era. . ."—*Contemporary Review.*

SANCTI IRENÆI EPISCOPI LUGDUNENSIS libros quinque adversus Hæreses, versione Latina cum Codicibus Claromontano ac Arundeliano denuo collata, præmissa de placitis Gnosticorum prolusione, fragmenta necnon Græce, Syriace, Armeniace, commentatione perpetua et indicibus variis edidit W. WIGAN HARVEY, S.T.B. Collegii Regalis olim Socius. 2 Vols. 8vo. 18s.

M. MINUCII FELICIS OCTAVIUS. The text revised from the original MS., with an English Commentary, Analysis, Introduction, and Copious Indices. Edited by H. A. HOLDEN, LL.D. Examiner in Greek to the University of London. Crown 8vo. 7s. 6d.

THEOPHILI EPISCOPI ANTIOCHENSIS LIBRI TRES AD AUTOLYCUM edidit, Prolegomenis Versione Notulis Indicibus instruxit GULIELMUS GILSON HUMPHRY, S.T.B. Collegii Sanctiss. Trin. apud Cantabrigienses quondam Socius. Post 8vo. 5s.

THEOPHYLACTI IN EVANGELIUM S. MATTHÆI COMMENTARIUS, edited by W. G. HUMPHRY, B.D. Prebendary of St Paul's, late Fellow of Trinity College. Demy 8vo. 7s. 6d.

TERTULLIANUS DE CORONA MILITIS, DE SPECTACULIS, DE IDOLOLATRIA, with Analysis and English Notes, by GEORGE CURREY, D.D. Preacher at the Charter House, late Fellow and Tutor of St John's College. Crown 8vo. 5s.

FRAGMENTS OF PHILO AND JOSEPHUS. Newly edited by J. RENDEL HARRIS, M.A., Fellow of Clare College, Cambridge. With two Facsimiles. Demy 4to. 12s. 6d.

THEOLOGY—(ENGLISH).

WORKS OF ISAAC BARROW, compared with the Original MSS., enlarged with Materials hitherto unpublished. A new Edition, by A. NAPIER, M.A. of Trinity College, Vicar of Holkham, Norfolk. 9 Vols. Demy 8vo. £3. 3s.

TREATISE OF THE POPE'S SUPREMACY, and a Discourse concerning the Unity of the Church, by ISAAC BARROW. Demy 8vo. 7s. 6d.

PEARSON'S EXPOSITION OF THE CREED, edited by TEMPLE CHEVALLIER, B.D. late Fellow and Tutor of St Catharine's College, Cambridge. New Edition. Revised by R. SINKER, B.D., Librarian of Trinity College. Demy 8vo. 12s.

"A new edition of Bishop Pearson's famous work *On the Creed* has just been issued by the Cambridge University Press. It is the well-known edition of Temple Chevallier, thoroughly overhauled by the Rev. R. Sinker, of Trinity College. The whole text and notes have been most carefully examined and corrected, and special pains have been taken to verify the almost innumerable references. These have been more clearly and accurately given in very many places, and the citations themselves have been adapted to the best and newest texts of the several authors—texts which have undergone vast improvements within the last two centuries. The Indices have also been considerably enlarged. Altogether this appears to be the most complete and convenient edition as yet published of a work which has long been recognised in all quarters as a standard one."—*Guardian.*

AN ANALYSIS OF THE EXPOSITION OF THE CREED written by the Right Rev. JOHN PEARSON, D.D. late Lord Bishop of Chester, by W. H. MILL, D.D. late Regius Professor of Hebrew in the University of Cambridge. Demy 8vo. 5*s.*

WHEATLY ON THE COMMON PRAYER, edited by G. E. CORRIE, D.D. late Master of Jesus College. Demy 8vo. 7*s.* 6*d.*

TWO FORMS OF PRAYER OF THE TIME OF QUEEN ELIZABETH. Now First Reprinted. Demy 8vo. 6*d.*

"From 'Collections and Notes' 1867–1876, by W. Carew Hazlitt (p. 340), we learn that—'A very remarkable volume, in the original vellum cover, and containing 25 Forms of Prayer of the reign of Elizabeth, each with the autograph of Humphrey Dyson, has lately fallen into the hands of my friend Mr H. Pyne. It is mentioned specially in the Preface to the Parker Society's volume of Occasional Forms of Prayer, but it had been lost sight of for 200 years.' By the kindness of the present possessor of this valuable volume, containing in all 25 distinct publications, I am enabled to reprint in the following pages the two Forms of Prayer supposed to have been lost."—*Extract from the* PREFACE.

CÆSAR MORGAN'S INVESTIGATION OF THE TRINITY OF PLATO, and of Philo Judæus, and of the effects which an attachment to their writings had upon the principles and reasonings of the Fathers of the Christian Church. Revised by H. A. HOLDEN, LL.D. Crown 8vo. 4*s.*

SELECT DISCOURSES, by JOHN SMITH, late Fellow of Queens' College, Cambridge. Edited by H. G. WILLIAMS, B.D. late Professor of Arabic. Royal 8vo. 7*s.* 6*d.*

"The 'Select Discourses' of John Smith, collected and published from his papers after his death, are, in my opinion, much the most considerable work left to us by this Cambridge School [the Cambridge Platonists]. They have a right to a place in English literary history."—Mr MATTHEW ARNOLD, in the *Contemporary Review.*

"Of all the products of the Cambridge School, the 'Select Discourses' are perhaps the highest, as they are the most accessible and the most widely appreciated...and indeed no spiritually thoughtful mind can read them unmoved. They carry us so directly into an atmosphere of divine philosophy, luminous with the richest lights of meditative genius... He was one of those rare thinkers in whom largeness of view, and depth, and wealth of poetic and speculative insight, only served to evoke more fully the religious spirit, and while he drew the mould of his thought from Plotinus, he vivified the substance of it from St Paul."—Principal TULLOCH, *Rational Theology in England in the 17th Century.*

"We may instance Mr Henry Griffin Williams's revised edition of Mr John Smith's 'Select Discourses,' which have won Mr Matthew Arnold's admiration, as an example of worthy work for an University Press to undertake."—*Times.*

THE HOMILIES, with Various Readings, and the Quotations from the Fathers given at length in the Original Languages. Edited by the late G. E. CORRIE, D.D. Demy 8vo. 7*s.* 6*d.*

DE OBLIGATIONE CONSCIENTIÆ PRÆLECTIONES decem Oxonii in Schola Theologica habitæ a ROBERTO SANDERSON, SS. Theologiæ ibidem Professore Regio. With English Notes, including an abridged Translation, by W. WHEWELL, D.D. late Master of Trinity College. Demy 8vo. 7*s.* 6*d.*

ARCHBISHOP USHER'S ANSWER TO A JESUIT, with other Tracts on Popery. Edited by J. SCHOLEFIELD, M.A. late Regius Professor of Greek in the University. Demy 8vo. 7*s.* 6*d.*

WILSON'S ILLUSTRATION OF THE METHOD OF explaining the New Testament, by the early opinions of Jews and Christians concerning Christ. Edited by T. TURTON, D.D. late Lord Bishop of Ely. Demy 8vo. 5*s.*

LECTURES ON DIVINITY delivered in the University of Cambridge, by JOHN HEY, D.D. Third Edition, revised by T. TURTON, D.D. late Lord Bishop of Ely. 2 vols. Demy 8vo. 15*s.*

S. AUSTIN AND HIS PLACE IN THE HISTORY OF CHRISTIAN THOUGHT. Being the Hulsean Lectures for 1885. By W. CUNNINGHAM, B.D., Chaplain and Birkbeck Lecturer, Trinity College, Cambridge. Demy 8vo. Buckram, 12*s.* 6*d.*

ARABIC, SANSKRIT, SYRIAC, &c.

THE DIVYÂVADÂNA, a Collection of Early Buddhist Legends, now first edited from the Nepalese Sanskrit MSS. in Cambridge and Paris. By E. B. COWELL, M.A., Professor of Sanskrit in the University of Cambridge, and R. A. NEIL, M.A., Fellow and Lecturer of Pembroke College. Demy 8vo. 18s.

POEMS OF BEHA ED DIN ZOHEIR OF EGYPT. With a Metrical Translation, Notes and Introduction, by E. H. PALMER, M.A., Barrister-at-Law of the Middle Temple, late Lord Almoner's Professor of Arabic, formerly Fellow of St John's College, Cambridge. 2 vols. Crown 4to.

Vol. I. The ARABIC TEXT. 10s. 6d.; cloth extra. 15s.
Vol. II. ENGLISH TRANSLATION. 10s. 6d.; cloth extra. 15s.

"We have no hesitation in saying that in both Prof. Palmer has made an addition to Oriental literature for which scholars should be grateful; and that, while his knowledge of Arabic is a sufficient guarantee for his mastery of the original, his English compositions are distinguished by versatility, command of language, rhythmical cadence, and, as we have remarked, by not unskilful imitations of the styles of several of our own favourite poets, living and dead."—*Saturday Review.*

"This sumptuous edition of the poems of Behâ-ed-dîn Zoheir is a very welcome addition to the small series of Eastern poets accessible to readers who are not Orientalists."—*Academy.*

THE CHRONICLE OF JOSHUA THE STYLITE, composed in Syriac A.D. 507 with an English translation and notes, by W. WRIGHT, LL.D., Professor of Arabic. Demy 8vo. 10s. 6d.

"Die lehrreiche kleine Chronik Josuas hat nach Assemani und Martin in Wright einen dritten Bearbeiter gefunden, der sich um die Emendation des Textes wie um die Erklärung der Realien wesentlich verdient gemacht hat . . . Ws. Josua-Ausgabe ist eine sehr dankenswerte Gabe und besonders empfehlenswert als ein Lehrmittel für den syrischen Unterricht; es erscheint auch gerade zur rechten Zeit, da die zweite Ausgabe von Roedigers syrischer Chrestomathie im Buchhandel vollständig vergriffen und diejenige von Kirsch-Bernstein nur noch in wenigen Exemplaren vorhanden ist."—*Deutsche Litteraturzeitung.*

KALILAH AND DIMNAH, OR, THE FABLES OF BIDPAI; being an account of their literary history, together with an English Translation of the same, with Notes, by I. G. N. KEITH-FALCONER, M.A., late Lord Almoner's Professor of Arabic in the University of Cambridge. Demy 8vo. 7s. 6d.

NALOPÂKHYÂNAM, OR, THE TALE OF NALA; containing the Sanskrit Text in Roman Characters, followed by a Vocabulary and a sketch of Sanskrit Grammar. By the late Rev. THOMAS JARRETT, M.A. Trinity College, Regius Professor of Hebrew. Demy 8vo. 10s.

NOTES ON THE TALE OF NALA, for the use of Classical Students, by J. PEILE, Litt.D., Master of Christ's College. Demy 8vo. 12s.

CATALOGUE OF THE BUDDHIST SANSKRIT MANUSCRIPTS in the University Library, Cambridge. Edited by C. BENDALL, M.A., Fellow of Gonville and Caius College. Demy 8vo. 12s.

"It is unnecessary to state how the compilation of the present catalogue came to be placed in Mr Bendall's hands; from the character of his work it is evident the selection was judicious, and we may fairly congratulate those concerned in it on the result. . . . Mr Bendall has entitled himself to the thanks of all Oriental scholars, and we hope he may have before him a long course of successful labour in the field he has chosen."—*Athenæum.*

HISTORY OF ALEXANDER THE SON OF PHILIP THE KING OF THE MACEDONIANS. Syriac Text and English Translation, by E. A. BUDGE, B.A., Christ's College.
[*In the Press.*

ARISTOTLE. THE RHETORIC. With a Commentary by the late E. M. Cope, Fellow of Trinity College, Cambridge, revised and edited by J. E. Sandys, Litt.D. With a biographical Memoir by the late H. A. J. Munro, Litt.D. 3 Vols., Demy 8vo. **Now reduced to 21s.** (originally published at 31s. 6d.)

"[illegible]" "Mr Sandys has performed his arduous duties with marked ability and admirable tact. . . . In every part of his work—revising, supplementing, and completing—he has done exceedingly well."—*Examiner.*

PINDAR. OLYMPIAN AND PYTHIAN ODES. With Notes Explanatory and Critical, Introductions and Introductory Essays. Edited by C. A. M. Fennell, Litt. D., late Fellow of Jesus College. Crown 8vo. 9s.

"[illegible] . . . philology."—*Athenæum.*

"[illegible] as a contribution to the study and treatment of Pindar, Mr Fennell's edition is a work of great merit."—*Saturday Review.*

—— **THE ISTHMIAN AND NEMEAN ODES.** By the same Editor. Crown 8vo. 9s.

"[illegible]"—*Athenæum.*

"This work is in no way inferior to the previous volume. The commentary affords valuable help to the study of the most difficult of Greek authors, and is enriched with notes on points of scholarship and etymology which could only have been written by a scholar of very high attainments."—*Saturday Review.*

PRIVATE ORATIONS OF DEMOSTHENES, with Introductions and English Notes, by F. A. Paley, M.A. Editor of Aeschylus, etc. and J. E. Sandys, Litt.D. Fellow and Tutor of St John's College, and Public Orator in the University of Cambridge.

Part I. Contra Phormionem, Lacritum, Pantaenetum, Boeotum de Nomine, Boeotum de Dote, Dionysodorum. **New Edition.** Crown 8vo. 6s.

"Mr Paley's scholarship is sound and accurate, his experience of editing wide, and if he is content to devote his learning and abilities to the production of such manuals as these, they will be received with gratitude throughout the higher schools of the country. Mr Sandys is deeply read in the German literature which bears upon his author, and the elucidation of matters of daily life, in the delineation of which Demosthenes is so rich, obtains full justice at his hands. . . . We hope this edition may lead the way to a more general study of these speeches in schools than has hitherto been possible."—*Academy.*

Part II. Pro Phormione, Contra Stephanum I. II.; Nicostratum, Cononem, Calliclem. **New Edition.** Crown 8vo. 7s. 6d.

"It is long since we have come upon a work evincing more pains, scholarship, and varied research and illustration than Mr Sandys's contribution to the 'Private Orations of Demosthenes'."—*Saturday Review.*

". . . . the edition reflects credit on Cambridge scholarship, and ought to be extensively used."—*Athenæum.*

DEMOSTHENES AGAINST ANDROTION AND AGAINST TIMOCRATES, with Introductions and English Commentary, by William Wayte, M.A., late Professor of Greek, University College, London. Crown 8vo. 7s. 6d.

"These speeches are highly interesting, as illustrating Attic Law, as that law was influenced by the exigencies of politics. . . . As vigorous examples of the great orator's style, they are worthy of all admiration; and they have the advantage—not inconsiderable when the actual attainments of the average schoolboy are considered—of having an easily comprehended subject matter . . . . Besides a most lucid and interesting introduction, Mr Wayte has given the student effective help in his running commentary. We may note, as being so well managed as to form a very valuable part of the exegesis, the summaries given with every two or three sections throughout the speech."—*Spectator.*

PLATO'S PHÆDO, literally translated, by the late E. M. Cope, Fellow of Trinity College, Cambridge, revised by Henry Jackson, Litt.D., Fellow of Trinity College. Demy 8vo. 5s.

THE BACCHAE OF EURIPIDES. With Introduction, Critical Notes, and Archæological Illustrations, by J. E. SANDYS, Litt.D. New and Enlarged Edition. Crown 8vo. 12*s.* 6*d.*

"Of the present edition of the *Bacchae* by Mr Sandys we may safely say that never before has a Greek play, in England at least, had fuller justice done to its criticism, interpretation, and archæological illustration, whether for the young student or the more advanced scholar. The Cambridge Public Orator may be said to have taken the lead in issuing a complete edition of a Greek play, which is destined perhaps to gain redoubled favour now that the study of ancient monuments has been applied to its illustration."—*Saturday Review.*

"The volume is interspersed with well-executed woodcuts, and its general attractiveness of form reflects great credit on the University Press. In the notes Mr Sandys has more than sustained his well earned reputation as a careful and learned editor, and shows considerable advance in freedom and lightness of style. . . . Under such circumstances it is superfluous to say that for the purposes of teachers and advanced students this handsome edition far surpasses all its predecessors."—*Athenæum.*

"It has not, like so many such books, been hastily produced to meet the momentary need of some particular examination; but it has employed for some years the labour and thought of a highly finished scholar, whose aim seems to have been that his book should go forth *totus teres atque rotundus*, armed at all points with all that may throw light upon its subject. The result is a work which will not only assist the schoolboy or undergraduate in his tasks, but will adorn the library of the scholar."—*The Guardian.*

THE TYPES OF GREEK COINS. By PERCY GARDNER, Litt. D., F.S.A., late Disney Professor of Archæology. With 16 Autotype plates, containing photographs of Coins of all parts of the Greek World. Impl. 4to. Cloth extra, £1. 11*s.* 6*d.*; Roxburgh (Morocco back), £2. 2*s.*

"Professor Gardner's book is written with such lucidity and in a manner so straightforward that it may well win converts, and it may be distinctly recommended to that omnivorous class of readers—'men in the schools'."—*Saturday Review.*

"'The Types of Greek Coins' is a work which is less purely and dryly scientific. Nevertheless, it takes high rank as proceeding upon a truly scientific basis at the same time that it treats the subject of numismatics in an attractive style and is elegant enough to justify its appearance in the drawing-room."—*Athenæum.*

ESSAYS ON THE ART OF PHEIDIAS. By C. WALDSTEIN, M.A., Phil. D., Reader in Classical Archæology in the University of Cambridge. Royal 8vo. With numerous Illustrations. 16 Plates. Buckram, 30*s.*

"I acknowledge expressly the warm enthusiasm for ideal art which pervades the whole volume, and the sharp eye Dr Waldstein has proved himself to possess in his special line of study, namely, stylistic analysis, which has led him to several happy and important discoveries. His book will be universally welcomed as a very valuable contribution towards a more thorough knowledge of the style of Pheidias."—*The Academy.*

"'Essays on the Art of Pheidias' form an extremely valuable and important piece of work. . . . Taking it for the illustrations alone, it is an exceedingly fascinating book."—*Times.*

AN INTRODUCTION TO GREEK EPIGRAPHY. Part I. The Archaic Inscriptions and the Greek Alphabet by E. S. ROBERTS, M.A., Fellow and Tutor of Gonville and Caius College. Demy 8vo. With illustrations. 18*s.*

M. TULLI CICERONIS AD. M. BRUTUM ORATOR. A revised text edited with Introductory Essays and with critical and explanatory notes, by J. E. SANDYS, Litt.D. Demy 8vo. 16*s.*

"This volume, which is adorned with several good woodcuts, forms a handsome and welcome addition to the Cambridge editions of Cicero's works."—*Athenæum.*

"A model edition."—*Spectator.*

"The commentary is in every way worthy of the editor's high reputation."—*Academy.*

M. TULLI CICERONIS DE FINIBUS BONORUM ET MALORUM LIBRI QUINQUE. The text revised and explained; With a Translation by JAMES S. REID, Litt. D., Fellow and Tutor of Gonville and Caius College. 3 Vols. [*In the Press.*

VOL. III. Containing the Translation. Demy 8vo. 8*s.*

M. T. CICERONIS DE OFFICIIS LIBRI TRES, with Marginal Analysis, English Commentary, and copious Indices, by H. A. HOLDEN, LL.D. **Sixth Edition,** Revised and Enlarged. Cr. 8vo. 9*s.*

"Few editions of a classic have found so much favour as Dr Holden's *De Officiis*, and the present revision (sixth edition) makes the position of the work secure."—*American Journal of Philology.*

London: C. J. CLAY & SONS, Cambridge University Press Warehouse, Ave Maria Lane.

M. TVLLI CICERONIS PRO C RA
LIONIS REO] ORATIO AD QVIRIT
tion and Appendices by W. E. HEITLAND,
St John's College, Cambridge. Demy 8vo

M. TULLII CICERONIS DE N
Libri Tres, with Introduction and Co
MAYOR, M.A., together with a new co
English MSS. by J. H. SWAINSON, M.A.
Vol. I. Demy 8vo. 10s. 6d. Vol. II. 1

"Such editions as that of which Prof. Mayor has given us the first instalment will doubtless do much to remedy this undeserved neglect. It is one on which great pains and much learning have evidently been expended, and is in every way admirably suited to meet the needs of the student . . . The notes of the editor are all that could be expected from his well-known learning and scholarship."—*Academy*.

"Der vorliegende zweite Band enthält

N. D. II. u
erheblichen
handenen
jetzt, nach
ist, sagen,
oder kritis
be what g
derten."
vol. 35. p.

P. VERGILI MARONIS OPERA
et Commentario Critico edidit B. H. K
Linguae Prof. Regius. Extra Fcap. 8vo.

See also Pitt Press Series, pp

MATHEMATICS, PHYSICAL

MATHEMATICAL AND PHYSIC
Sir W. THOMSON, LL.D., D.C.L., F.R.S.,
losophy in the University of Glasgow.
Scientific Periodicals from May 1841, to
Demy 8vo. 18s. Vol. II. 15s. [V

"Wherever exact science has found a follower Sir William Thomson's name is known as a leader and a master. For a space of 40 years each of his successive contributions to knowledge in the domain of experimental and mathematical physics has been recognized as marking a stage in the progress of the subject. But, unhappily for the mere learner, he is no writer of text books. His eager fertility overflows into the nearest available journal . . . The papers in this volume deal largely with the subject of the dynamics of heat. They begin with two or

three artic
age of 17,
residence a
—*The Tim*
"We a
greater eff
electricity
years than
reprint of p
ism, and w
destined in
vancement

MATHEMATICAL AND PHYSI
G. G. STOKES, M.A., LL.D., F.R.S., Luc
matics in the University of Cambridge. R
Journals and Transactions, with Additio
Vol. I. Demy 8vo. 15s. Vol. II. 15s.

"...The same spirit pervades the papers on pure mathematics which are included in the volume. They have a severe accuracy of style

which well
jects, and i
their autho

A HISTORY OF THE THEORY
AND OF THE STRENGTH OF MA
the present time. VOL. I. Galilei to
By the late I. TODHUNTER, D.Sc., F.R.
by Professor KARL PEARSON, M.A. Dem
Vol. II. By the same Editor.

A TREATISE ON GEOMETRIC
R. S. HEATH, M.A., Professor of Mathe
College, Birmingham. Demy 8vo. 12s. 6

THE SCIENTIFIC PAPERS OF
J. CLERK MAXWELL. Edited by W. D
Royal 4to.

A TREATISE ON NATURAL PHILOSOPHY. By Sir W. THOMSON, LL.D., D.C.L., F.R.S., and P. G. TAIT, M.A., Professor of Natural Philosophy in the University of Edinburgh. **Part I.** Demy 8vo. 16*s.* **Part II.** Demy 8vo. 18*s.*

ELEMENTS OF NATURAL PHILOSOPHY. By Professors Sir W. THOMSON and P. G. TAIT. Demy 8vo. 9*s.*

AN ATTEMPT TO TEST THE THEORIES OF CAPILLARY ACTION by FRANCIS BASHFORTH, B.D., and J. C. ADAMS, M.A., F.R.S. Demy 4to. £1. 1*s.*

A TREATISE ON THE THEORY OF DETERMINANTS and their applications in Analysis and Geometry, by R. F. SCOTT, M.A., Fellow of St John's College. Demy 8vo. 12*s.*

HYDRODYNAMICS, a Treatise on the Mathematical Theory of the Motion of Fluids, by HORACE LAMB, M.A., formerly Fellow of Trinity College, Cambridge. Demy 8vo. 12*s.*

THE ANALYTICAL THEORY OF HEAT, by JOSEPH FOURIER. Translated, with Notes, by A. FREEMAN, M.A., formerly Fellow of St John's College, Cambridge. Demy 8vo. 16*s.*

PRACTICAL WORK AT THE CAVENDISH LABORATORY. HEAT. Edited by W. N. SHAW, M.A., Fellow and Lecturer of Emmanuel College. Demy 8vo. 3*s.*

THE ELECTRICAL RESEARCHES OF THE Hon. H. CAVENDISH, F.R.S. Written between 1771 and 1781. Edited from the original MSS. in the possession of the Duke of Devonshire, K. G., by the late J. CLERK MAXWELL, F.R.S. Demy 8vo. 18*s.*

"Every department of editorial duty appears to have been most conscientiously performed; and it must have been no small satisfaction to Prof. Maxwell to see this goodly volume completed before his life's work was done."—*Athenæum.*

AN ELEMENTARY TREATISE ON QUATERNIONS. By P. G. TAIT, M.A. *Second Edition.* Demy 8vo. 14*s.*

THE MATHEMATICAL WORKS OF ISAAC BARROW, D.D. Edited by W. WHEWELL, D.D. Demy 8vo. 7*s.* 6*d.*

COUNTERPOINT. A Practical Course of Study, by Professor Sir G. A. MACFARREN, M.A., Mus. Doc. New Edition, revised. Crown 4to. 7*s.* 6*d.*

A TREATISE ON THE GENERAL PRINCIPLES OF CHEMISTRY, by M. M. PATTISON MUIR, M.A., Fellow and Prælector in Chemistry of Gonville and Caius College. Demy 8vo. 15*s.*

"The value of the book as a digest of the historical developments of chemical thought is immense."—*Academy.*

"Theoretical Chemistry has moved so rapidly of late years that most of our ordinary text books have been left far behind. German students, to be sure, possess an excellent guide to the present state of the science in 'Die Modernen Theorien der Chemie' of Prof. Lothar Meyer; but in this country the student has had to content himself with such works as Dr Tilden's 'Introduction to Chemical Philosophy', an admirable book in its way, but rather slender. Mr Pattison Muir having aimed at a more comprehensive scheme, has produced a systematic treatise on the principles of chemical philosophy which stands far in advance of any kindred work in our language. It is a treatise that requires for its due comprehension a fair acquaintance with physical science, and it can hardly be placed with advantage in the hands of any one who does not possess an extended knowledge of descriptive chemistry. But the advanced student whose mind is well equipped with an array of chemical and physical facts can turn to Mr Muir's masterly volume for unfailing help in acquiring a knowledge of the principles of modern chemistry."—*Athenæum.*

ELEMENTARY CHEMISTRY. By M. M. PATTISON MUIR, M.A., and CHARLES SLATER, M.A., M.B. Crown 8vo. 4*s.* 6*d.*

PRACTICAL CHEMISTRY. A Course of Laboratory Work. By M. M. PATTISON MUIR, M.A., and D. J. CARNEGIE, B.A. Crown 8vo. 3*s.*

NOTES ON QUALITATIVE ANALYSIS. Concise and Explanatory. By H. J. H. FENTON, M.A., F.I.C., Demonstrator of Chemistry in the University of Cambridge. Cr. 4to. *New Edition.* 6*s.*

LECTURES ON THE PHYSIOLOGY OF PLANTS, by S. H. VINES, D.Sc., Fellow of Christ's College. Demy 8vo. With Illustrations. 21*s.*

"To say that Dr Vines' book is a most valuable addition to our own botanical literature is but a narrow meed of praise: it is a work which will take its place as cosmopolitan: no more clear or concise discussion of the difficult chemistry of metabolism has appeared ... In erudition it stands alone among English books, and will compare favourably with any foreign competitors."—*Nature.*

"It has long been a reproach to English science that the works in most general use in this country for higher botanical teaching have been of foreign origin.... This is not as it should be, and we welcome Dr Vines' Lectures on the Physiology of Plants as an important step towards the removal of this reproach.... The work forms an important contribution to the literature of the subject.... It will be eagerly welcomed by all students, and must be in the hands of all teachers."—*Academy.*

A SHORT HISTORY OF GREEK MATHEMATICS. By J. GOW, Litt.D., Fellow of Trinity College. Demy 8vo. 10*s.* 6*d.*

DIOPHANTOS OF ALEXANDRIA; a Study in the History of Greek Algebra. By T. L. HEATH, M.A., Fellow of Trinity College, Cambridge. Demy 8vo. 7*s.* 6*d.*

"This study in the history of Greek Algebra is an exceedingly valuable contribution to the history of mathematics."—*Academy.*

"The most thorough account extant of Diophantus's place, work, and critics. . . [The] classification of Diophantus's methods of solution taken in conjunction with the exhaustive abstract, presents the English reader with a capital picture of what Greek algebraists had really accomplished."—*Athenæum.*

THE FOSSILS AND PALÆONTOLOGICAL AFFINITIES OF THE NEOCOMIAN DEPOSITS OF UPWARE AND BRICKHILL with Plates, being the Sedgwick Prize Essay for the Year 1879. By W. KEEPING, M.A., F.G.S. Demy 8vo. 10*s.* 6*d.*

A CATALOGUE OF BOOKS AND PAPERS ON PROTOZOA, CŒLENTERATES, WORMS, and certain smaller groups of animals, published during the years 1861—1883, by D'ARCY W. THOMPSON, B.A. Demy 8vo. 12*s.* 6*d.*

ASTRONOMICAL OBSERVATIONS made at the Observatory of Cambridge by the late Rev. JAMES CHALLIS, M.A., F.R.S., F.R.A.S. For various Years, from 1846 to 1860.

ASTRONOMICAL OBSERVATIONS from 1861 to 1865. Vol. XXI. Royal 4to. 15*s.* From 1866 to 1869. Vol. XXII. Royal 4to. [*Nearly ready.*

A CATALOGUE OF THE COLLECTION OF BIRDS formed by the late H. E. STRICKLAND, now in the possession of the University of Cambridge. By O. SALVIN, M.A. Demy 8vo. £1. 1*s.*

A CATALOGUE OF AUSTRALIAN FOSSILS, Stratigraphically and Zoologically arranged, by R. ETHERIDGE, Jun., F.G.S. Demy 8vo. 10*s.* 6*d.*

ILLUSTRATIONS OF COMPARATIVE ANATOMY, VERTEBRATE AND INVERTEBRATE, for the Use of Students in the Museum of Zoology and Comparative Anatomy. Second Edition. Demy 8vo. 2*s.* 6*d.*

A SYNOPSIS OF THE CLASSIFICATION OF THE BRITISH PALÆOZOIC ROCKS, by the Rev. ADAM SEDGWICK, M.A., F.R.S., and FREDERICK MCOY, F.G.S. One vol., Royal 4to. Plates, £1. 1*s.*

A CATALOGUE OF THE COLLECTION OF CAMBRIAN AND SILURIAN FOSSILS contained in the Geological Museum of the University of Cambridge, by J. W. SALTER, F.G.S. With a Portrait of PROFESSOR SEDGWICK. Royal 4to. 7*s.* 6*d.*

CATALOGUE OF OSTEOLOGICAL SPECIMENS contained in the Anatomical Museum of the University of Cambridge. Demy 8vo. 2*s.* 6*d.*

LAW.

A SELECTION OF CASES ON THE ENGLISH LAW OF CONTRACT. By GERARD BROWN FINCH, M.A., of Lincoln's Inn, Barrister at Law; Law Lecturer and late Fellow of Queens' College, Cambridge. Royal 8vo. 28*s.*

"An invaluable guide towards the best method of legal study."—*Law Quarterly Review.*

THE INFLUENCE OF THE ROMAN LAW ON THE LAW OF ENGLAND. Being the Yorke Prize Essay for 1884. By T. E. SCRUTTON, M.A. Demy 8vo. 10*s.* 6*d.*

"Legal work of just the kind that a learned University should promote by its prizes."—*Law Quarterly Review.*

LAND IN FETTERS. Being the Yorke Prize Essay for 1885. By T. E. SCRUTTON, M.A. Demy 8vo. 7*s.* 6*d.*

COMMONS AND COMMON FIELDS, OR THE HISTORY AND POLICY OF THE LAWS RELATING TO COMMONS AND ENCLOSURES IN ENGLAND. Being the Yorke Prize Essay for 1886. By T. E. SCRUTTON, M.A. Demy 8vo. 10*s.* 6*d.*

AN ANALYSIS OF CRIMINAL LIABILITY. By E. C. CLARK, LL.D., Regius Professor of Civil Law in the University of Cambridge, also of Lincoln's Inn, Barrister-at-Law. Crown 8vo. 7*s.* 6*d.*

"Prof. Clark's little book is the substance of lectures delivered by him upon those portions of Austin's work on jurisprudence which deal with the "operation of sanctions" . . . Students of jurisprudence will find much to interest and instruct them in the work of Prof. Clark."—*Athenæum.*

PRACTICAL JURISPRUDENCE, a Comment on AUSTIN. By E. C. CLARK, LL.D. Crown 8vo. 9*s.*

"Damit schliesst dieses inhaltreiche und nach allen Seiten anregende Buch über Practical Jurisprudence."—König. *Centralblatt für Rechtswissenschaft.*

A SELECTION OF THE STATE TRIALS. By J. W. WILLIS-BUND, M.A., LL.B., Professor of Constitutional Law and History, University College, London. Crown 8vo. Vols. I. and II. In 3 parts. **Now reduced to 30***s.* *(originally published at 46s.)*

"This work is a very useful contribution to that important branch of the constitutional history of England which is concerned with the growth and development of the law of treason, as it may be gathered from trials before the ordinary courts. The author has very wisely distinguished these cases from those of impeachment for treason before Parliament, which he proposes to treat in a future volume under the general head 'Proceedings in Parliament.'"—*The Academy.*

"This is a work of such obvious utility that the only wonder is that no one should have undertaken it before . . . In many respects therefore, although the trials are more or less abridged, this is for the ordinary student's purpose not only a more handy, but a more useful work than Howell's."—*Saturday Review.*

"But, although the book is most interesting to the historian of constitutional law, it is also not without considerable value to those who seek information with regard to procedure and the growth of the law of evidence. We should add that Mr Willis-Bund has given short prefaces and appendices to the trials, so as to form a connected narrative of the events in history to which they relate. We can thoroughly recommend the book."—*Law Times.*

"To a large class of readers Mr Willis-Bund's compilation will thus be of great assistance, for he presents in a convenient form a judicious selection of the principal statutes and the leading cases bearing on the crime of treason . . For all classes of readers these volumes possess an indirect interest, arising from the nature of the cases themselves, from the men who were actors in them, and from the numerous points of social life which are incidentally illustrated in the course of the trials."—*Athenæum.*

THE FRAGMENTS OF THE PERPETUAL EDICT OF SALVIUS JULIANUS, collected, arranged, and annotated by BRYAN WALKER, M.A., LL.D., late Law Lecturer of St John's College, and Fellow of Corpus Christi College, Cambridge. Crown 8vo. 6*s.*

"In the present book we have the fruits of the same kind of thorough and well-ordered study which was brought to bear upon the notes to the Commentaries and the Institutes . . . Hitherto the Edict has been almost inaccessible to the ordinary English student, and such a student will be interested as well as perhaps surprised to find how abundantly the extant fragments illustrate and clear up points which have attracted his attention in the Commentaries, or the Institutes, or the Digest."—*Law Times.*

BRACTON'S NOTE BOOK. A Collection of Cases decided in the King's Courts during the reign of Henry the Third, annotated by a Lawyer of that time, seemingly by Henry of Bratton. Edited by F. W. MAITLAND of Lincoln's Inn, Barrister at Law, Reader in English Law in the University of Cambridge. 3 vols. Demy 8vo. *(In the Press).*

AN INTRODUCTION TO THE STUDY OF JUSTINIAN'S DIGEST. Containing an account of its composition and of the Jurists used or referred to therein. By HENRY JOHN ROBY, M.A., formerly Prof. of Jurisprudence, University College, London. Demy 8vo. 9s.

JUSTINIAN'S DIGEST. Lib. VII., Tit. I. De Usufructu with a Legal and Philological Commentary. By H. J. ROBY, M.A. Demy 8vo. 9s.

Or the Two Parts complete in One Volume. Demy 8vo. 18s.

"[illegible]"—*The Times.*

THE COMMENTARIES OF GAIUS AND RULES OF ULPIAN. With a Translation and Notes, by J. T. ABDY, LL.D., Judge of County Courts, late Regius Professor of Laws in the University of Cambridge, and BRYAN WALKER, M.A., LL.D., late Law Lecturer of St John's College, Cambridge, formerly Law Student of Trinity Hall and Chancellor's Medallist for Legal Studies. New Edition by BRYAN WALKER. Crown 8vo. 16s.

"[illegible]"—*Athenæum.*

THE INSTITUTES OF JUSTINIAN, translated with Notes by J. T. ABDY, LL.D., and the late BRYAN WALKER, M.A., LL.D. Crown 8vo. 16s.

"[illegible]"—*Spectator.*

"[illegible]"—*Law Times.*

SELECTED TITLES FROM THE DIGEST, annotated by the late B. WALKER, M.A., LL.D. Part I. Mandati vel Contra. Digest XVII. 1. Crown 8vo. 5s.

—— Part II. De Adquirendo rerum dominio and De Adquirenda vel amittenda possessione. Digest XLI. 1 and II. Crown 8vo. 6s.

—— Part III. De Condictionibus. Digest XII. 1 and 4—7 and Digest XIII. 1—3. Crown 8vo. 6s.

GROTIUS DE JURE BELLI ET PACIS, with the Notes of Barbeyrac and others; accompanied by an abridged Translation of the Text, by W. WHEWELL, D.D. late Master of Trinity College. 3 Vols. Demy 8vo. 12s. The translation separate, 6s.

HISTORY.

LIFE AND TIMES OF STEIN, OR GERMANY AND PRUSSIA IN THE NAPOLEONIC AGE, by J. R. Seeley, M.A., Regius Professor of Modern History in the University of Cambridge, with Portraits and Maps. 3 Vols. Demy 8vo. 30*s.*

"Dr Busch's volume has made people think and talk even more than usual of Prince Bismarck, and Professor Seeley's very learned work on Stein will turn attention to an earlier and an almost equally eminent German statesman. It has been the good fortune of Prince Bismarck to help to raise Prussia to a position which she had never before attained, and to complete the work of German unification. The frustrated labours of Stein in the same field were also very great, and well worthy to be taken into account. He was one, perhaps the chief, of the illustrious group of strangers who came to the rescue of Prussia in her darkest hour, about the time of the inglorious Peace of Tilsit, and who laboured to put life and order into her dispirited army, her impoverished finances, and her inefficient Civil Service. Stein strove, too,—no man more,—for the cause of unification when it seemed almost folly to hope for success. Englishmen will feel very pardonable pride at seeing one of their countrymen undertake to write the history of a period from the investigation of which even laborious Germans are apt to shrink." —*Times.*

"In a notice of this kind scant justice can be done to a work like the one before us: no short *résumé* can give even the most meagre notion of the contents of these volumes, which contain no page that is superfluous, and none that is uninteresting . . . To understand the Germany of to-day one must study the Germany of many yesterdays, and now that study has been made easy by this work, to which no one can hesitate to assign a very high place among those recent histories which have aimed at original research."—*Athenæum.*

"We congratulate Cambridge and her Professor of History on the appearance of such a noteworthy production. And we may add that it is something upon which we may congratulate England that on the especial field of the Germans, history, on the history of their own country, by the use of their own literary weapons, an Englishman has produced a history of Germany in the Napoleonic age far superior to any that exists in German."—*Examiner.*

THE DESPATCHES OF EARL GOWER, English Ambassador at the court of Versailles from June 1790 to August 1792, to which are added the Despatches of Mr Lindsay and Mr Munro, and the Diary of Lord Palmerston in France during July and August 1791. Edited by Oscar Browning, M.A., Fellow of King's College, Cambridge. Demy 8vo. 15*s.*

THE GROWTH OF ENGLISH INDUSTRY AND COMMERCE. By W. Cunningham, B.D., late Deputy to the Knightbridge Professor in the University of Cambridge. With Maps and Charts. Crown 8vo. 12*s.*

"Mr Cunningham is not likely to disappoint any readers except such as begin by mistaking the character of his book. He does not promise, and does not give, an account of the dimensions to which English industry and commerce have grown. It is with the process of growth that he is concerned; and this process he traces with the philosophical insight which distinguishes between what is important and what is trivial."—*Guardian.*

CHRONOLOGICAL TABLES OF GREEK HISTORY. Accompanied by a short narrative of events, with references to the sources of information and extracts from the ancient authorities, by Carl Peter. Translated from the German by G. Chawner, M.A., Fellow of King's College, Cambridge. Demy 4to. 10*s.*

KINSHIP AND MARRIAGE IN EARLY ARABIA, by W. Robertson Smith, M.A., LL.D., Fellow of Christ's College and University Librarian. Crown 8vo. 7*s.* 6*d.*

"It would be superfluous to praise a book so learned and masterly as Professor Robertson Smith's; it is enough to say that no student of early history can afford to be without *Kinship in Early Arabia.*"—*Nature.*

"It is clearly and vividly written, full of curious and picturesque material, and incidentally throws light, not merely on the social history of Arabia, but on the earlier passages of Old Testament history . . We must be grateful to him for so valuable a contribution to the early history of social organisation."—*Scotsman.*

London: C. J. Clay & Sons, Cambridge University Press Warehouse, Ave Maria Lane.

TRAVELS IN NORTHERN ARABIA IN 1876 AND 1877. By CHARLES M. DOUGHTY, of Gonville and Caius College. With Illustrations. 2 vols. Demy 8vo. [*Nearly ready*.

HISTORY OF NEPĀL, translated by MUNSHĪ SHEW SHUNKER SINGH and PANDIT SHRĪ GUNĀNAND; edited with an Introductory Sketch of the Country and People by Dr D. WRIGHT, late Residency Surgeon at Kāthmāndū, and with facsimiles of native drawings, and portraits of Sir JUNG BAHADUR, the KING OF NEPĀL, &c. Super-royal 8vo. 10*s*. 6*d*.

"The Cambridge University Press have done well in publishing this work. Such translations are valuable not only to the historian but also to the ethnologist; . . . Dr Wright's Introduction is based on personal inquiry and observation, is written intelligently and candidly, and adds much to the value of the volume."—*Nature*.

A JOURNEY OF LITERARY AND ARCHÆOLOGICAL RESEARCH IN NEPAL AND NORTHERN INDIA, during the Winter of 1884-5. By CECIL BENDALL, M.A., Fellow of Gonville and Caius College, Cambridge; Professor of Sanskrit in University College, London. Demy 8vo. 10*s*.

THE UNIVERSITY OF CAMBRIDGE FROM THE EARLIEST TIMES TO THE ROYAL INJUNCTIONS OF 1535, by J. B. MULLINGER, M.A., Lecturer on History and Librarian to St John's College. Part I. Demy 8vo. (734 pp.), 12*s*.

Part II. From the Royal Injunctions of 1535 to the Accession of Charles the First. Demy 8vo. 18*s*.

"That Mr Mullinger's work should admit of being regarded as a continuous narrative, in which character it has no predecessors worth mentioning, is one of the many advantages it possesses over annalistic compilations, even so valuable as Cooper's, as well as over *Athenae*."—Prof. A. W. Ward in the *Academy*.

"Mr Mullinger's narrative omits nothing which is required by the fullest interpretation of his subject. He shews in the statutes of the Colleges, the internal organization of the University, its connection with national problems, its studies, its social life, and the activity of its leading members. All this he combines in a form which is eminently readable."—PROF. CREIGHTON in *Cont. Review*.

"Mr Mullinger has succeeded perfectly in presenting the earnest and thoughtful student with a thorough and trustworthy history."—*Guardian*.

"The entire work is a model of accurate and industrious scholarship. The same qualities that distinguished the earlier volume are again visible, and the whole is still conspicuous for minuteness and fidelity of workmanship and breadth and toleration of view."—*Notes and Queries*.

"Mr Mullinger displays an admirable thoroughness in his work. Nothing could be more exhaustive and conscientious than his method: and his style...is picturesque and elevated."—*Times*.

HISTORY OF THE COLLEGE OF ST JOHN THE EVANGELIST, by THOMAS BAKER, B.D., Ejected Fellow. Edited by JOHN E. B. MAYOR, M.A. Two Vols. Demy 8vo. 24*s*.

"To antiquaries the book will be a source of almost inexhaustible amusement, by historians it will be found a work of considerable service on questions respecting our social progress in past times; and the care and thoroughness with which Mr Mayor has discharged his editorial functions are creditable to his learning and industry."—*Athenæum*.

"The work displays very wide reading, and it will be of great use to members of the college and of the university, and, perhaps, of still greater use to students of English history, ecclesiastical, political, social, literary and academical, who have hitherto had to be content with 'Dyer.'"—*Academy*.

SCHOLAE ACADEMICAE: some Account of the Studies at the English Universities in the Eighteenth Century. By CHRISTOPHER WORDSWORTH, M.A., Fellow of Peterhouse. Demy 8vo. 10*s*. 6*d*.

"Mr Wordsworth has collected a great quantity of minute and curious information about the working of Cambridge institutions in the last century, with an occasional comparison of the corresponding state of things at Oxford. . . . To a great extent it is purely a book of reference, and as such it will be of permanent value for the historical knowledge of English education and learning."—*Saturday Review*.

"Of the whole volume it may be said that it is a genuine service rendered to the study of University history, and that the habits of thought of any writer educated at either seat of learning in the last century will, in many cases, be far better understood after a consideration of the materials here collected."—*Academy*.

THE ARCHITECTURAL HISTORY OF THE UNIVERSITY OF CAMBRIDGE AND OF THE COLLEGES OF CAMBRIDGE AND ETON, by the late ROBERT WILLIS, M.A. F.R.S., Jacksonian Professor in the University of Cambridge. Edited with large Additions and brought up to the present time by JOHN WILLIS CLARK, M.A., formerly Fellow of Trinity College, Cambridge. Four Vols. Super Royal 8vo. £6. 6s.

Also a limited Edition of the same, consisting of 120 numbered Copies only, large paper Quarto; the woodcuts and steel engravings mounted on India paper; price Twenty-five Guineas **net** each set.

MISCELLANEOUS.

A CATALOGUE OF ANCIENT MARBLES IN GREAT BRITAIN, by Prof. ADOLF MICHAELIS. Translated by C. A. M. FENNELL, Litt. D., late Fellow of Jesus College. Royal 8vo. Roxburgh (Morocco back), £2. 2s.

"The object of the present work of Michaelis is to describe and make known the vast treasures of ancient sculpture now accumulated in the galleries of Great Britain, the extent and value of which are scarcely appreciated, and chiefly so because there has hitherto been little accessible information about them. To the loving labours of a learned German the owners of art treasures in England are for the second time indebted for a full description of their rich possessions. Waagen gave to the private collections of pictures the advantage of his inspection and cultivated acquaintance with art, and now Michaelis performs the same office for the still less known private hoards of antique sculptures for which our country is so remarkable. The book is beautifully executed, and with its few handsome plates, and excellent indexes, does much credit to the Cambridge Press. It has not been printed in German, but appears for the first time in the English translation. All lovers of true art and of good work should be grateful to the Syndics of the University Press for the liberal facilities afforded by them towards the production of this important volume by Professor Michaelis."—*Saturday Review.*

"Professor Michaelis has achieved so high a fame as an authority in classical archæology that it seems unnecessary to say how good a book this is."—*The Antiquary.*

RHODES IN ANCIENT TIMES. By CECIL TORR, M.A. With six plates. Demy 8vo. 10s. 6d.

RHODES IN MODERN TIMES. By the same Author. With three plates. Demy 8vo. 8s.

CHAPTERS ON ENGLISH METRE. By Rev. JOSEPH B. MAYOR, M.A. Demy 8vo. 7s. 6d.

THE WOODCUTTERS OF THE NETHERLANDS during the last quarter of the Fifteenth Century. In three parts. I. History of the Woodcutters. II. Catalogue of their Woodcuts. III. List of the Books containing Woodcuts. By WILLIAM MARTIN CONWAY. Demy 8vo. 10s. 6d.

A GRAMMAR OF THE IRISH LANGUAGE. By Prof. WINDISCH. Translated by Dr NORMAN MOORE. Crown 8vo. 7s. 6d.

LECTURES ON TEACHING, delivered in the University of Cambridge in the Lent Term, 1880. By J. G. FITCH, M.A., LL.D. Her Majesty's Inspector of Training Colleges. Cr. 8vo. New Edit. 5s.

"As principal of a training college and as a Government inspector of schools, Mr Fitch has got at his fingers' ends the working of primary education, while as assistant commissioner to the late Endowed Schools Commission he has seen something of the machinery of our higher schools . . . Mr Fitch's book covers so wide a field and touches on so many burning questions that we must be content to recommend it as the best existing *vade mecum* for the teacher."—*Pall Mall Gazette.*

"Therefore, without reviewing the book for the second time, we are glad to avail ourselves of the opportunity of calling attention to the re-issue of the volume in the five-shilling form, bringing it within the reach of the rank and file of the profession. We cannot let the occasion pass without making special reference to the excellent section on 'punishments' in the lecture on 'Discipline.'"—*School Board Chronicle.*

For other books on Education, see Pitt Press Series, pp. 30, 31.

FROM SHAKESPEARE TO POPE: an Inquiry into the causes and phenomena of the rise of Classical Poetry in England. By EDMUND GOSSE, M.A., Clark Lecturer in English Literature at Trinity College, Cambridge. Crown 8vo. 6*s.*

THE LITERATURE OF THE FRENCH RENAISSANCE. An Introductory Essay. By A. A. TILLEY, M.A., Fellow and Tutor of King's College, Cambridge. Crown 8vo. 6*s.*

STUDIES IN THE LITERARY RELATIONS OF ENGLAND WITH GERMANY IN THE SIXTEENTH CENTURY. By C. H. HERFORD, M.A. Crown 8vo. 9*s.*

ADMISSIONS TO GONVILLE AND CAIUS COLLEGE IN THE UNIVERSITY OF CAMBRIDGE March 1558–9 to Jan. 1678–9. Edited by J. VENN, Sc.D., Senior Fellow of the College, and S. C. VENN. Demy 8vo. 10*s.*

CATALOGUE OF THE HEBREW MANUSCRIPTS preserved in the University Library, Cambridge. By Dr S. M. SCHILLER-SZINESSY. Volume I. containing Section I. *The Holy Scriptures;* Section II. *Commentaries on the Bible.* Demy 8vo. 9*s.*

A CATALOGUE OF THE MANUSCRIPTS preserved in the Library of the University of Cambridge. Demy 8vo. 5 Vols. 10*s.* each. INDEX TO THE CATALOGUE. Demy 8vo. 10*s.*

A CATALOGUE OF ADVERSARIA and printed books containing MS. notes, preserved in the Library of the University of Cambridge. 3*s.* 6*d.*

THE ILLUMINATED MANUSCRIPTS IN THE LIBRARY of the Fitzwilliam Museum, Catalogued with Descriptions, and an Introduction, by W. G. SEARLE, M.A. Demy 8vo. 7*s.* 6*d.*

A CHRONOLOGICAL LIST OF THE GRACES, Documents, and other Papers in the University Registry which concern the University Library. Demy 8vo. 2*s.* 6*d.*

CATALOGUS BIBLIOTHECÆ BURCKHARDTIANÆ. Demy 4to. 5*s.*

GRADUATI CANTABRIGIENSES: SIVE CATALOGUS exhibens nomina eorum quos ab Anno Academico Admissionum MDCCC usque ad octavum diem Octobris MDCCCLXXXIV gradu quocunque ornavit Academia Cantabrigiensis, e libris subscriptionum desumptus. Cura HENRICI RICHARDS LUARD S. T. P. Coll. SS. Trin. Socii atque Academiae Registrarii. Demy 8vo. 12*s.* 6*d.*

STATUTES OF THE UNIVERSITY OF CAMBRIDGE and for the Colleges therein, made published and approved (1878–1882) under the Universities of Oxford and Cambridge Act, 1877. With an Appendix. Demy 8vo. 16*s.*

STATUTES OF THE UNIVERSITY OF CAMBRIDGE With Acts of Parliament relating to the University. 8vo. 3*s.* 6*d.*

ORDINANCES OF THE UNIVERSITY OF CAMBRIDGE. Demy 8vo., cloth. 7*s.* 6*d.*

TRUSTS, STATUTES AND DIRECTIONS affecting (1) The Professorships of the University. (2) The Scholarships and Prizes. (3) Other Gifts and Endowments. Demy 8vo. 5*s.*

COMPENDIUM OF UNIVERSITY REGULATIONS, for the use of persons in Statu Pupillari. Demy 8vo. 6*d.*

The Cambridge Bible for Schools and Colleges.

GENERAL EDITOR: THE VERY REVEREND J. J. S. PEROWNE, D.D., DEAN OF PETERBOROUGH.

"It is difficult to commend too highly this excellent series, the volumes of which are now becoming numerous."—*Guardian.*

"The modesty of the general title of this series has, we believe, led many to misunderstand its character and underrate its value. The books are well suited for study in the upper forms of our best schools, but not the less are they adapted to the wants of all Bible students who are not specialists. We doubt, indeed, whether any of the numerous popular commentaries recently issued in this country will be found more serviceable for general use."—*Academy.*

"One of the most popular and useful literary enterprises of the nineteenth century."—*Baptist Magazine.*

"Of great value. The whole series of comments for schools is highly esteemed by students capable of forming a judgment. The books are scholarly without being pretentious: information is so given as to be easily understood."—*Sword and Trowel.*

The Very Reverend J. J. S. PEROWNE, D.D., Dean of Peterborough, has undertaken the general editorial supervision of the work, assisted by a staff of eminent coadjutors. Some of the books have been already edited or undertaken by the following gentlemen:

Rev. A. CARR, M.A., *late Assistant Master at Wellington College.*
Rev. T. K. CHEYNE, M.A., D.D., *late Fellow of Balliol College, Oxford.*
Rev. S. COX, *Nottingham.*
Rev. A. B. DAVIDSON, D.D., *Professor of Hebrew, Edinburgh.*
The Ven. F. W. FARRAR, D.D., *Archdeacon of Westminster.*
Rev. C. D. GINSBURG, LL.D.
Rev. A. E. HUMPHREYS, M.A., *late Fellow of Trinity College, Cambridge.*
Rev. A. F. KIRKPATRICK, M.A., *Fellow of Trinity College, Regius Professor of Hebrew.*
Rev. J. J. LIAS, M.A., *late Professor at St David's College, Lampeter.*
Rev. J. R. LUMBY, D.D., *Norrisian Professor of Divinity.*
Rev. G. F. MACLEAR, D.D., *Warden of St Augustine's College, Canterbury.*
Rev. H. C. G. MOULE, M.A., *late Fellow of Trinity College, Principal of Ridley Hall, Cambridge.*
Rev. W. F. MOULTON, D.D., *Head Master of the Leys School, Cambridge.*
Rev. E. H. PEROWNE, D.D., *Master of Corpus Christi College, Cambridge.*
The Ven. T. T. PEROWNE, B.D., *Archdeacon of Norwich.*
Rev. A. PLUMMER, M.A., D.D., *Master of University College, Durham.*
The Very Rev. E. H. PLUMPTRE, D.D., *Dean of Wells.*
Rev. W. SIMCOX, M.A., *Rector of Weyhill, Hants.*
W. ROBERTSON SMITH, M.A., *Fellow of Christ's College, and University Librarian.*
The Very Rev. H. D. M. SPENCE, M.A., *Dean of Gloucester.*
Rev. A. W. STREANE, M.A., *Fellow of Corpus Christi College, Cambridge.*

THE CAMBRIDGE BIBLE FOR SCHOOLS & COLLEGES.

Continued.

Now Ready. Cloth, Extra Fcap. 8vo.

THE BOOK OF JOSHUA. By the Rev. G. F. MACLEAR, D.D. With 2 Maps. 2*s.* 6*d.*

THE BOOK OF JUDGES. By the Rev. J. J. LIAS, M.A. With Map. 3*s.* 6*d.*

THE FIRST BOOK OF SAMUEL. By the Rev. Professor KIRKPATRICK, M.A. With Map. 3*s.* 6*d.*

THE SECOND BOOK OF SAMUEL. By the Rev. Professor KIRKPATRICK, M.A. With 2 Maps. 3*s.* 6*d.*

THE FIRST BOOK OF KINGS. By Rev. Prof. LUMBY, D.D. 3*s.* 6*d.*

THE SECOND BOOK OF KINGS. By the same Editor. 3*s.* 6*d.*

THE BOOK OF JOB. By the Rev. A. B. DAVIDSON, D.D. 5*s.*

THE BOOK OF ECCLESIASTES. By the Very Rev. E. H. PLUMPTRE, D.D., Dean of Wells. 5*s.*

THE BOOK OF JEREMIAH. By the Rev. A. W. STREANE, M.A. With Map. 4*s.* 6*d.*

THE BOOK OF HOSEA. By Rev. T. K. CHEYNE, M.A., D.D. 3*s.*

THE BOOKS OF OBADIAH AND JONAH. By Archdeacon PEROWNE. 2*s.* 6*d.*

THE BOOK OF MICAH. By Rev. T. K. CHEYNE, D.D. 1*s.* 6*d.*

THE BOOKS OF HAGGAI AND ZECHARIAH. By Archdeacon PEROWNE. 3*s.*

THE GOSPEL ACCORDING TO ST MATTHEW. By the Rev. A. CARR, M.A. With 2 Maps. 2*s.* 6*d.*

THE GOSPEL ACCORDING TO ST MARK. By the Rev. G. F. MACLEAR, D.D. With 4 Maps. 2*s.* 6*d.*

THE GOSPEL ACCORDING TO ST LUKE. By Archdeacon F. W. FARRAR. With 4 Maps. 4*s.* 6*d.*

THE GOSPEL ACCORDING TO ST JOHN. By the Rev. A. PLUMMER, M.A., D.D. With 4 Maps. 4*s.* 6*d.*

THE ACTS OF THE APOSTLES. By the Rev. Professor LUMBY, D.D. With 4 Maps. 4*s.* 6*d.*

THE EPISTLE TO THE ROMANS. By the Rev. H. C. G. MOULE, M.A. 3*s.* 6*d.*

THE FIRST EPISTLE TO THE CORINTHIANS. By the Rev. J. J. LIAS, M.A. With a Map and Plan. 2*s.*

THE SECOND EPISTLE TO THE CORINTHIANS. By the Rev. J. J. LIAS, M.A. 2*s.*

THE EPISTLE TO THE EPHESIANS. By the Rev. H. C. G. MOULE, M.A. 2*s.* 6*d.*

THE EPISTLE TO THE HEBREWS. By Arch. FARRAR. 3*s.* 6*d.*

THE GENERAL EPISTLE OF ST JAMES. By the Very Rev. E. H. PLUMPTRE, D.D., Dean of Wells. 1*s.* 6*d.*

THE EPISTLES OF ST PETER AND ST JUDE. By the same Editor. 2*s.* 6*d.*

THE EPISTLES OF ST JOHN. By the Rev. A. PLUMMER, M.A., D.D. 3*s.* 6*d.*

THE CAMBRIDGE BIBLE FOR SCHOOLS & COLLEGES.

Continued.

Preparing.

THE BOOK OF GENESIS. By the Very Rev. the DEAN OF PETERBOROUGH.

THE BOOKS OF EXODUS, NUMBERS AND DEUTERONOMY. By the Rev. C. D. GINSBURG, LL.D.

THE BOOK OF PSALMS. By the Rev. Prof. KIRKPATRICK, M.A.

THE BOOK OF ISAIAH. By W. ROBERTSON SMITH, M.A.

THE BOOK OF EZEKIEL. By the Rev. A. B. DAVIDSON, D.D.

THE EPISTLE TO THE GALATIANS. By the Rev. E. H. PEROWNE, D.D.

THE EPISTLES TO THE PHILIPPIANS, COLOSSIANS AND PHILEMON. By the Rev. H. C. G. MOULE, M.A.

THE EPISTLES TO THE THESSALONIANS. By the Rev. W. F. MOULTON, D.D.

THE BOOK OF REVELATION. By the Rev. W. SIMCOX, M.A.

THE CAMBRIDGE GREEK TESTAMENT
FOR SCHOOLS AND COLLEGES,

with a Revised Text, based on the most recent critical authorities, and English Notes, prepared under the direction of the General Editor,

THE VERY REVEREND J. J. S. PEROWNE, D.D.

Now Ready.

THE GOSPEL ACCORDING TO ST MATTHEW. By the Rev. A. CARR, M.A. With 4 Maps. 4*s.* 6*d.*

"Copious illustrations, gathered from a great variety of sources, make his notes a very valuable aid to the student. They are indeed remarkably interesting, while all explanations on meanings, applications, and the like are distinguished by their lucidity and good sense."—*Pall Mall Gazette.*

THE GOSPEL ACCORDING TO ST MARK. By the Rev. G. F. MACLEAR, D.D. With 3 Maps. 4*s.* 6*d.*

"The Cambridge Greek Testament, of which Dr Maclear's edition of the Gospel according to St Mark is a volume, certainly supplies a want. Without pretending to compete with the leading commentaries, or to embody very much original research, it forms a most satisfactory introduction to the study of the New Testament in the original . . . Dr Maclear's introduction contains all that is known of St Mark's life, with references to passages in the New Testament in which he is mentioned, an account of the circumstances in which the Gospel was composed, with an estimate of the influence of St Peter's teaching upon St Mark, an excellent sketch of the special characteristics of this Gospel, an analysis, and a chapter on the text of the New Testament generally . . The work is completed by three good maps."—*Saturday Review.*

THE GOSPEL ACCORDING TO ST LUKE. By Archdeacon FARRAR. With 4 Maps. 6*s.*

THE GOSPEL ACCORDING TO ST JOHN. By the Rev. A. PLUMMER, M.A., D.D. With 4 Maps. 6*s.*

"A valuable addition has also been made to 'The Cambridge Greek Testament for Schools,' Dr Plummer's notes on 'the Gospel according to St John' are scholarly, concise, and instructive, and embody the results of much thought and wide reading."—*Expositor.*

THE ACTS OF THE APOSTLES. By the Rev. Prof. LUMBY, D.D., with 4 Maps. 6*s.*

THE FIRST EPISTLE TO THE CORINTHIANS. By the Rev. J. J. LIAS, M.A. 3*s.*

THE SECOND EPISTLE TO THE CORINTHIANS. By the Rev. J. J. LIAS, M.A. [*In the Press.*

THE EPISTLE TO THE HEBREWS. By Archdeacon FARRAR. [*In the Press.*

THE EPISTLES OF ST JOHN. By the Rev. A. PLUMMER, M.A., D.D. 4*s.*

THE PITT PRESS SERIES.

[*Copies of the Pitt Press Series may generally be obtained bound in two parts for Class use, the text and notes in separate volumes.*]

I. GREEK.

SOPHOCLES.—OEDIPUS TYRANNUS. School Edition, with Introduction and Commentary, by R. C. JEBB, Litt. D., LL.D., Professor of Greek in the University of Glasgow. 4*s.* 6*d.*

XENOPHON.—ANABASIS, BOOKS I. III. IV. and V. With a Map and English Notes by ALFRED PRETOR, M.A., Fellow of St Catharine's College, Cambridge. 2*s.* each.

"We welcome this addition to the other books of the *Anabasis* so ably edited by Mr Pretor. Although originally intended for the use of candidates at the university local examinations, yet this edition will be found adapted not only to meet the wants of the junior student, but even advanced scholars will find much in this work that will repay its perusal."—*The Schoolmaster.*

"Mr Pretor's 'Anabasis of Xenophon, Book IV.' displays a union of accurate Cambridge scholarship, with experience of what is required by learners gained in examining middle-class schools. The text is large and clearly printed, and the notes explain all difficulties. . . . Mr Pretor's notes seem to be all that could be wished as regards grammar, geography, and other matters."—*The Academy.*

BOOKS II. VI. and VII. By the same Editor. 2*s.* 6*d.* each.

"Another Greek text, designed it would seem for students preparing for the local examinations, is 'Xenophon's Anabasis,' Book II., with English Notes, by Alfred Pretor, M.A. The editor has exercised his usual discrimination in utilising the text and notes of Kühner, with the occasional assistance of the best hints of Schneider, Vollbrecht and Macmichael on critical matters, and of Mr R. W. Taylor on points of history and geography. . . . When Mr Pretor commits himself to Commentator's work, he is eminently helpful. . . . Had we to introduce a young Greek scholar to Xenophon, we should esteem ourselves fortunate in having Pretor's text-book as our chart and guide."—*Contemporary Review.*

XENOPHON.—ANABASIS. By A. PRETOR, M.A., Text and Notes, complete in two Volumes. 7*s.* 6*d.*

XENOPHON.—AGESILAUS. The Text revised with Critical and Explanatory Notes, Introduction, Analysis, and Indices. By H. HAILSTONE, M.A., late Scholar of Peterhouse. 2*s.* 6*d.*

XENOPHON.—CYROPAEDEIA. BOOKS I. II. With Introduction, Notes and Map. By Rev. H. A. HOLDEN, M.A., LL.D. 2 vols. Vol. I. Text. Vol. II. Notes. 6*s.*

—— —— BOOKS III., IV., V. By the same Editor. 5*s.*

ARISTOPHANES—RANAE. With English Notes and Introduction by W. C. GREEN, M.A., late Assistant Master at Rugby School. 3*s.* 6*d.*

ARISTOPHANES—AVES. By the same Editor. *New Edition.* 3*s.* 6*d.*

"The notes to both plays are excellent. Much has been done in these two volumes to render the study of Aristophanes a real treat to a boy instead of a drudgery, by helping him to understand the fun and to express it in his mother tongue."—*The Examiner.*

ARISTOPHANES—PLUTUS. By the same Editor. 3*s.* 6*d.*

PLATONIS APOLOGIA SOCRATIS. With Introduction, Notes and Appendices by J. ADAM, B.A., Fellow and Classical Lecturer of Emmanuel College. 3*s.* 6*d.*

HERODOTUS, BOOK VIII., CHAPS. 1—90. Edited with Notes and Introduction by E. S. SHUCKBURGH, M.A., late Fellow of Emmanuel College. 3*s.* 6*d.*

HERODOTUS, BOOK IX., CHAPS. 1—89. By the same Editor. 3*s.* 6*d.*

London: C. J. CLAY & SONS, Cambridge University Press Warehouse, Ave Maria Lane.

EURIPIDES. HERCULES FURENS. With Introductions, Notes and Analysis. By A. GRAY, M.A., Fellow of Jesus College, and J. T. HUTCHINSON, M.A., Christ's College. New Edition. 2*s*.

"Messrs Hutchinson and Gray have produced a careful and useful edition."—*Saturday Review.*

EURIPIDES. HERACLEIDÆ. With Introduction and Critical Notes by E. A. BECK, M.A., Fellow of Trinity Hall. 3*s*. 6*d*.

LUCIANI SOMNIUM CHARON PISCATOR ET DE LUCTU, with English Notes by W. E. HEITLAND, M.A., Fellow of St John's College, Cambridge. New Edition, with Appendix. 3*s*. 6*d*.

PLUTARCH'S LIVES OF THE GRACCHI. With Introduction, Notes and Lexicon by Rev. HUBERT A. HOLDEN, M.A., LL.D. 6*s*.

PLUTARCH'S LIFE OF SULLA. With Introduction, Notes, and Lexicon. By the Rev. HUBERT A. HOLDEN, M.A., LL.D. 6*s*.

PLUTARCH'S LIFE OF NICIAS. With Introduction and Notes. By Rev. HUBERT A. HOLDEN, M.A., LL.D. 5*s*.

OUTLINES OF THE PHILOSOPHY OF ARISTOTLE. Edited by E. WALLACE, M.A. (See p. 31.)

II. LATIN.

M. T. CICERONIS DE AMICITIA. Edited by J. S. REID, Litt. D., Fellow and Tutor of Gonville and Caius College. New Edition, with Additions. 3*s*. 6*d*.

"Mr Reid has decidedly attained his aim, namely, 'a thorough examination of the Latinity of the dialogue.'..... The revision of the text is most valuable, and comprehends sundry acute corrections.... This volume, like Mr Reid's other editions, is a solid gain to the scholarship of the country."—*Athenæum.*

"A more distinct gain to scholarship is Mr Reid's able and thorough edition of the *De Amicitiâ* of Cicero, a work of which, whether we regard the exhaustive introduction or the instructive and most suggestive commentary, it would be difficult to speak too highly. . . . When we come to the commentary, we are only amazed by its fulness in proportion to its bulk. Nothing is overlooked which can tend to enlarge the learner's general knowledge of Ciceronian Latin or to elucidate the text."—*Saturday Review.*

M. T. CICERONIS CATO MAJOR DE SENECTUTE. Edited by J. S. REID, Litt. D. Revised Edition. 3*s*. 6*d*.

"The notes are excellent and scholarlike, adapted for the upper forms of public schools, and likely to be useful even to more advanced students."—*Guardian.*

M. T. CICERONIS ORATIO PRO ARCHIA POETA. Edited by J. S. REID, Litt. D. Revised Edition. 2*s*.

"It is an admirable specimen of careful editing. An Introduction tells us everything we could wish to know about Archias, about Cicero's connexion with him, about the merits of the trial, and the genuineness of the speech. The text is well and carefully printed. The notes are clear and scholarlike.... No boy can master this little volume without feeling that he has advanced a long step in scholarship."—*The Academy.*

M. T. CICERONIS PRO L. CORNELIO BALBO ORATIO. Edited by J. S. REID, Litt. D. 1*s*. 6*d*.

"We are bound to recognize the pains devoted in the annotation of these two orations to the minute and thorough study of their Latinity, both in the ordinary notes and in the textual appendices."—*Saturday Review.*

M. T. CICERONIS PRO P. CORNELIO SULLA ORATIO. Edited by J. S. REID, Litt. D. 3*s*. 6*d*.

"Mr Reid is so well known to scholars as a commentator on Cicero that a new work from him scarcely needs any commendation of ours. His edition of the speech *Pro Sulla* is fully equal in merit to the volumes which he has already published... It would be difficult to speak too highly of the notes. There could be no better way of gaining an insight into the characteristics of Cicero's style and the Latinity of his period than by making a careful study of this speech with the aid of Mr Reid's commentary... Mr Reid's intimate knowledge of the minutest details of scholarship enables him to detect and explain the slightest points of distinction between the usages of different authors and different periods. . The notes are followed by a valuable appendix on the text, and another on points of orthography; an excellent index brings the work to a close."—*Saturday Review.*

M. T. CICERONIS PRO CN. PLANCIO ORATIO. Edited by H. A. HOLDEN, LL.D., Examiner in Greek to the University of London. Second Edition. 4*s.* 6*d.*

"As a book for students this edition can have few rivals. It is enriched by an excellent introduction and a chronological table of the principal events of the life of Cicero; while in its appendix, and in the notes on the text which are added, there is much of the greatest value. The volume is neatly got up, and is in every way commendable."—*The Scotsman.*

M. T. CICERONIS IN Q. CAECILIUM DIVINATIO ET IN C. VERREM ACTIO PRIMA. With Introduction and Notes by W. E. HEITLAND, M.A., and HERBERT COWIE, M.A., Fellows of St John's College, Cambridge. 3*s.*

M. T. CICERONIS ORATIO PRO L. MURENA, with English Introduction and Notes. By W. E. HEITLAND, M.A., Fellow and Classical Lecturer of St John's College, Cambridge. **Second Edition, carefully revised.** 3*s.*

"Those students are to be deemed fortunate who have to read Cicero's lively and brilliant oration for L. Murena with Mr Heitland's handy edition, which may be pronounced 'four-square' in point of equipment, and which has, not without good reason, attained the honours of a second edition."—*Saturday Review.*

M. T. CICERONIS IN GAIUM VERREM ACTIO PRIMA. With Introduction and Notes. By H. COWIE, M.A., Fellow of St John's College, Cambridge. 1*s.* 6*d.*

M. T. CICERONIS ORATIO PRO T. A. MILONE, with a Translation of Asconius' Introduction, Marginal Analysis and English Notes. Edited by the Rev. JOHN SMYTH PURTON, B.D., late President and Tutor of St Catharine's College. 2*s.* 6*d.*

"The editorial work is excellently done."—*The Academy.*

M. T. CICERONIS SOMNIUM SCIPIONIS. With Introduction and Notes. By W. D. PEARMAN, M.A., Head Master of Potsdam School, Jamaica. 2*s.*

M. TULLI CICERONIS ORATIO PHILIPPICA SECUNDA. With Introduction and Notes by A. G. PESKETT, M.A., Fellow of Magdalene College. 3*s.* 6*d.*

P. OVIDII NASONIS FASTORUM LIBER VI. With a Plan of Rome and Notes by A. SIDGWICK, M.A., Tutor of Corpus Christi College, Oxford. 1*s.* 6*d.*

"Mr Sidgwick's editing of the Sixth Book of Ovid's *Fasti* furnishes a careful and [illegible] volume for average students. It eschews 'construes' which supersede the use of the [illegible], but gives full explanation of grammatical usages and historical and mythical [illegible] illustrating peculiarities of style, true and false derivations, and the more remarkable [illegible] the text."—*Saturday Review.*

"It is eminently good and useful. . . . The Introduction is singularly clear on the [illegible] Ovid, which is properly shown to be ignorant and confused; there is an excellent [illegible] Rome, giving just the places mentioned in the text and no more; the notes are [illegible] by a practical schoolmaster."—*The Academy.*

M. ANNAEI LUCANI PHARSALIAE LIBER PRIMUS, edited with English Introduction and Notes by W. E. HEITLAND, M.A. and C. E. HASKINS, M.A., Fellows and Lecturers of St John's College, Cambridge. 1*s.* 6*d.*

"A careful and scholarlike production."—*Times.*

"In nice parallels of Lucan from Latin poets and from Shakspeare, Mr Haskins and Mr Heitland deserve praise."—*Saturday Review.*

London: C. J. CLAY & SONS, Cambridge University Press Warehouse, Ave Maria Lane.

GAI IULI CAESARIS DE BELLO GALLICO COMMENT. I. II. III. With Maps and English Notes by A. G. PESKETT, M.A., Fellow of Magdalene College, Cambridge. 3*s.*

"In an unusually succinct introduction he gives all the preliminary and collateral information that is likely to be useful to a young student; and, wherever we have examined his notes, we have found them eminently practical and satisfying. . . The book may well be recommended for careful study in school or college."—*Saturday Review.*

"The notes are scholarly, short, and a real help to the most elementary beginners in Latin prose."—*The Examiner.*

—— **COMMENT. IV. AND V. AND COMMENT. VII.** by the same Editor. 2*s.* each.

—— **COMMENT. VI. AND COMMENT. VIII.** by the same Editor. 1*s.* 6*d.* each.

P. VERGILI MARONIS AENEIDOS LIBRI I., II., III., IV., V., VI., VII., VIII., IX., X., XI., XII. Edited with Notes by A. SIDGWICK, M.A., Tutor of Corpus Christi College, Oxford. 1*s.* 6*d.* each.

"Much more attention is given to the literary aspect of the poem than is usually paid to it in editions intended for the use of beginners. The introduction points out the distinction between primitive and literary epics, explains the purpose of the poem, and gives an outline of the story."—*Saturday Review.*

"Mr Arthur Sidgwick's 'Vergil, Aeneid, Book XII.' is worthy of his reputation, and is distinguished by the same acuteness and accuracy of knowledge, appreciation of a boy's difficulties and ingenuity and resource in meeting them, which we have on other occasions had reason to praise in these pages."—*The Academy.*

"As masterly in its clearly divided preface and appendices as in the sound and independent character of its annotations. . . . There is a great deal more in the notes than mere compilation and suggestion. . . . No difficulty is left unnoticed or unhandled."—*Saturday Review.*

—— —— **BOOKS IX. X.** in one volume. 3*s.*

—— —— **BOOKS X., XI., XII.** in one volume. 3*s.* 6*d.*

P. VERGILI MARONIS GEORGICON LIBRI I. II. By the same Editor. 2*s.*

—— —— **Libri III. IV.** By the same Editor. 2*s.*

P. VERGILI MARONIS BUCOLICA, with Introduction and Notes, by the same Editor. 1*s.* 6*d.*

QUINTUS CURTIUS. A Portion of the History. (ALEXANDER IN INDIA.) By W. E. HEITLAND, M.A., Fellow and Lecturer of St John's College, Cambridge, and T. E. RAVEN, B.A., Assistant Master in Sherborne School. 3*s.* 6*d.*

"Equally commendable as a genuine addition to the existing stock of school-books is *Alexander in India*, a compilation from the eighth and ninth books of Q. Curtius, edited for the Pitt Press by Messrs Heitland and Raven. . . . The work of Curtius has merits of its own, which, in former generations, made it a favourite with English scholars, and which still make it a popular text book in Continental schools. . . . . . The reputation of Mr Heitland is a sufficient guarantee for the scholarship of the notes, which are ample without being excessive, and the book is well furnished with all that is needful in the nature of maps, indices, and appendices."—*Academy.*

BEDA'S ECCLESIASTICAL HISTORY, BOOKS III., IV., the Text from the very ancient MS. in the Cambridge University Library, collated with six other MSS. Edited, with a life from the German of EBERT, and with Notes, &c. by J. E. B. MAYOR, M.A., Professor of Latin, and J. R. LUMBY, D.D., Norrisian Professor of Divinity. Revised edition. 7*s.* 6*d.*

"To young students of English History the illustrative notes will be of great service, while the study of the texts will be a good introduction to Mediæval Latin."—*The Nonconformist.*

"In Bede's works Englishmen can go back to *origines* of their history, unequalled for form and matter by any modern European nation. Prof. Mayor has done good service in rendering a part of Bede's greatest work accessible to those who can read Latin with ease. He has adorned this edition of the third and fourth books of the 'Ecclesiastical History' with that amazing erudition for which he is unrivalled among Englishmen and rarely equalled by Germans. And however interesting and valuable the text may be, we can certainly apply to his notes the expression, *La sauce vaut mieux que le poisson.* They are literally crammed with interesting information about early English life. For though ecclesiastical in name, Bede's history treats of all parts of the national life, since the Church had points of contact with all."—*Examiner.*

BOOKS I. and II. *In the Press.*

London: C. J. CLAY & SONS, Cambridge University Press Warehouse, Ave Maria Lane.

III. FRENCH.

LA CANNE DE JONC. By A. DE VIGNY. Edited with Notes by Rev. H. A. BULL, M.A., late Master at Wellington College. 2s.

BATAILLE DE DAMES. By SCRIBE and LEGOUVÉ. Edited by Rev. H. A. BULL, M.A. 2s.

JEANNE D'ARC by A. DE LAMARTINE. With a Map and Notes Historical and Philological and a Vocabulary by Rev. A. C. CLAPIN, M.A., St John's College, Cambridge, and Bachelier-ès-Lettres of the University of France. 2s.

LE BOURGEOIS GENTILHOMME, Comédie-Ballet en Cinq Actes. Par J.-B. POQUELIN DE MOLIÈRE (1670). With a life of Molière and Grammatical and Philological Notes. By the same Editor. 1s. 6d.

LA PICCIOLA. By X. B. SAINTINE. The Text, with Introduction, Notes and Map, by the same Editor. 2s.

LA GUERRE. By MM. ERCKMANN-CHATRIAN. With Map, Introduction and Commentary by the same Editor. 3s.

L'ÉCOLE DES FEMMES. MOLIÈRE. Edited with Introduction and Notes by GEORGE SAINTSBURY, M.A. [Nearly ready.

LAZARE HOCHE—PAR ÉMILE DE BONNECHOSE. With Three Maps, Introduction and Commentary, by C. COLBECK, M.A., late Fellow of Trinity College, Cambridge. 2s.

LE VERRE D'EAU. A Comedy, by SCRIBE. With a Biographical Memoir, and Grammatical, Literary and Historical Notes. By the same Editor. 2s.

"It may be national prejudice, but we consider this edition far superior to any of the series which hitherto have been edited exclusively by foreigners. Mr Colbeck seems better to understand the wants and difficulties of an English boy. The etymological notes especially are admirable. . . . The historical notes and introduction are a piece of thorough honest work."—*Journal of Education.*

HISTOIRE DU SIÈCLE DE LOUIS XIV PAR VOLTAIRE. Part I. Chaps. I.—XIII. Edited with Notes Philological and Historical, Biographical and Geographical Indices, etc. by GUSTAVE MASSON, B.A. Univ. Gallic., Assistant Master of Harrow School, and G. W. PROTHERO, M.A., Fellow and Tutor of King's College, Cambridge. 2s. 6d.

—— Part II. Chaps. XIV.—XXIV. With Three Maps of the Period. By the same Editors. 2s. 6d.

—— Part III. Chap. XXV. to the end. By the same Editors. 2s. 6d.

M. DARU, par M. C. A. SAINTE-BEUVE, (Causeries du Lundi, Vol. IX.). With Biographical Sketch of the Author, and Notes Philological and Historical. By GUSTAVE MASSON. 2s.

LA SUITE DU MENTEUR. A Comedy in Five Acts, by P. CORNEILLE. Edited with Fontenelle's Memoir of the Author, Voltaire's Critical Remarks, and Notes Philological and Historical. By GUSTAVE MASSON. 2s.

LA JEUNE SIBÉRIENNE. LE LÉPREUX DE LA CITÉ D'AOSTE. Tales by COUNT XAVIER DE MAISTRE. With Biographical Notice, Critical Appreciations, and Notes. By G. MASSON. 2s.

LE DIRECTOIRE. (Considérations sur la Révolution Française. Troisième et quatrième parties.) Par MADAME LA BARONNE DE STAËL-HOLSTEIN. With a Critical Notice of the Author, a Chronological Table, and Notes Historical and Philological, by G. MASSON, B.A., and G. W. PROTHERO, M.A. Revised and enlarged Edition. 2*s*.

"Prussia under Frederick the Great, and France under the Directory, bring us face to face respectively with periods of history which it is right should be known thoroughly, and which are well treated in the Pitt Press volumes. The latter in particular, an extract from the world-known work of Madame de Staël on the French Revolution, is beyond all praise for the excellence both of its style and of its matter."—*Times*.

DIX ANNÉES D'ÉXIL. LIVRE II. CHAPITRES 1—8. Par MADAME LA BARONNE DE STAËL-HOLSTEIN. With a Biographical Sketch of the Author, a Selection of Poetical Fragments by Madame de Staël's Contemporaries, and Notes Historical and Philological. By GUSTAVE MASSON and G. W. PROTHERO, M.A. Revised and enlarged edition. 2*s*.

FRÉDÉGONDE ET BRUNEHAUT. A Tragedy in Five Acts, by N. LEMERCIER. Edited with Notes, Genealogical and Chronological Tables, a Critical Introduction and a Biographical Notice. By GUSTAVE MASSON. 2*s*.

LE VIEUX CÉLIBATAIRE. A Comedy, by COLLIN D'HARLEVILLE. With a Biographical Memoir, and Grammatical, Literary and Historical Notes. By the same Editor. 2*s*.

LA METROMANIE, A Comedy, by PIRON, with a Biographical Memoir, and Grammatical, Literary and Historical Notes. By the same Editor. 2*s*.

LASCARIS, OU LES GRECS DU XVE. SIÈCLE, Nouvelle Historique, par A. F. VILLEMAIN, with a Biographical Sketch of the Author, a Selection of Poems on Greece, and Notes Historical and Philological. By the same Editor. 2*s*.

LETTRES SUR L'HISTOIRE DE FRANCE (XIII—XXIV.). Par AUGUSTIN THIERRY. By GUSTAVE MASSON, B.A. and G. W. PROTHERO, M.A. With Map. 2*s*. 6*d*.

IV. GERMAN.

SELECTED FABLES. LESSING and GELLERT. Edited with Notes by KARL HERMANN BREUL, M.A., Lecturer in German at the University of Cambridge. 3*s*.

DIE KARAVANE von WILHELM HAUFF. Edited with Notes by A. SCHLOTTMANN, Ph. D. 3*s*. 6*d*.

CULTURGESCHICHTLICHE NOVELLEN, von W. H. RIEHL, with Grammatical, Philological, and Historical Notes, and a Complete Index, by H. J. WOLSTENHOLME, B.A. (Lond.). 4*s*. 6*d*.

ERNST, HERZOG VON SCHWABEN. UHLAND. With Introduction and Notes. By H. J. WOLSTENHOLME, B.A. (Lond.), Lecturer in German at Newnham College, Cambridge. 3*s*. 6*d*.

ZOPF UND SCHWERT. Lustspiel in fünf Aufzügen von KARL GUTZKOW. With a Biographical and Historical Introduction, English Notes, and an Index. By the same Editor. 3*s*. 6*d*.

"We are glad to be able to notice a careful edition of K. Gutzkow's amusing comedy '*Zopf and Schwert*' by Mr H. J. Wolstenholme. . . . These notes are abundant and contain references to standard grammatical works."—*Academy*.

Goethe's Knabenjahre. (1749—1759.) GOETHE'S BOYHOOD: being the First Three Books of his Autobiography. Arranged and Annotated by WILHELM WAGNER, Ph. D., late Professor at the Johanneum, Hamburg. 2*s*.

MENDELSSOHN'S LETTERS. Selections from. Edited by JAMES SIME. [*In the Press.*

HAUFF. DAS WIRTHSHAUS IM SPESSART. Edited by A. SCHLOTTMANN, Ph.D., late Assistant Master at Uppingham School. 3*s.* 6*d.*

DER OBERHOF. A Tale of Westphalian Life, by KARL IMMERMANN. With a Life of Immermann and English Notes, by WILHELM WAGNER, Ph.D., late Professor at the Johanneum, Hamburg. 3*s.*

A BOOK OF GERMAN DACTYLIC POETRY. Arranged and Annotated by the same Editor. 3*s.*

Der erste Kreuzzug (THE FIRST CRUSADE), by FRIEDRICH VON RAUMER. Condensed from the Author's 'History of the Hohenstaufen', with a life of RAUMER, two Plans and English Notes by the same Editor. 2*s.*

"Certainly no more interesting book could be made the subject of examinations. The story of the First Crusade has an undying interest. The notes are, on the whole, good."—*Educational Times.*

A BOOK OF BALLADS ON GERMAN HISTORY. Arranged and Annotated by the same Editor. 2*s.*

"It carries the reader rapidly through some of the most important incidents connected with the German race and name, from the invasion of Italy by the Visigoths under their King [illegible] down to the Franco-German War and the installation of the present Emperor. The notes [illegible] very well the connecting links between the successive periods, and exhibit in its various [illegible] growth and progress, or the reverse, the vast unwieldy mass which constitutes modern Germany."—*Times.*

DER STAAT FRIEDRICHS DES GROSSEN. By G. FREYTAG. With Notes. By the same Editor. 2*s.*

GOETHE'S HERMANN AND DOROTHEA. With an Introduction and Notes. By the same Editor. Revised edition by J. W. CARTMELL, M.A. 3*s.* 6*d.*

"The notes are among the best that we know, with the reservation that they are often too abundant."—*Academy.*

Das Jahr 1813 (THE YEAR 1813), by F. KOHLRAUSCH. With English Notes. By W. WAGNER. 2*s.*

V. ENGLISH.

COWLEY'S ESSAYS. With Introduction and Notes. By the Rev. J. RAWSON LUMBY, D.D., Norrisian Professor of Divinity; Fellow of St Catharine's College. 4*s.*

SIR THOMAS MORE'S UTOPIA. With Notes by the Rev. J. RAWSON LUMBY, D.D. 3*s.* 6*d.*

"To Dr Lumby we must give praise unqualified and unstinted. He has done his work admirably. . . . Every student of history, every politician, every social reformer, every one interested in literary curiosities, every lover of English should buy and carefully read Dr Lumby's edition of the 'Utopia.' We are afraid to say more lest we should be thought extravagant, and our recommendation accordingly lose part of its force."—*The Teacher.*

"It was originally written in Latin and does not find a place on ordinary bookshelves. A very great boon has therefore been conferred on the general English reader by the managers of the *Pitt Press Series*, in the issue of a convenient little volume of *More's Utopia* not in the original Latin, but in the quaint *English Translation thereof made by Raphe Robynson*, which adds a linguistic interest to the intrinsic merit of the work. . . . All this has been edited in a most complete and scholarly fashion by Dr J. R. Lumby, the Norrisian Professor of Divinity, whose name alone is a sufficient warrant for its accuracy. It is a real addition to the modern stock of classical English literature."—*Guardian.*

BACON'S HISTORY OF THE REIGN OF KING HENRY VII. With Notes by the Rev. J. RAWSON LUMBY, D.D. 3*s.*

MORE'S HISTORY OF KING RICHARD III. Edited with Notes, Glossary and Index of Names. By J. RAWSON LUMBY, D.D. to which is added the conclusion of the History of King Richard III. as given in the continuation of Hardyng's Chronicle, London, 1543. 3*s*. 6*d*.

THE TWO NOBLE KINSMEN, edited with Introduction and Notes by the Rev. Professor SKEAT, Litt.D., formerly Fellow of Christ's College, Cambridge. 3*s*. 6*d*.

"This edition of a play that is well worth study, for more reasons than one, by so careful a scholar as Mr Skeat, deserves a hearty welcome."—*Athenæum.*

"Mr Skeat is a conscientious editor, and has left no difficulty unexplained."—*Times.*

LOCKE ON EDUCATION. With Introduction and Notes by the Rev. R. H. QUICK, M.A. 3*s*. 6*d*.

"The work before us leaves nothing to be desired. It is of convenient form and reasonable price, accurately printed, and accompanied by notes which are admirable. There is no teacher too young to find this book interesting; there is no teacher too old to find it profitable."—*The School Bulletin, New York.*

MILTON'S TRACTATE ON EDUCATION. A facsimile reprint from the Edition of 1673. Edited, with Introduction and Notes, by OSCAR BROWNING, M.A.

"A separate reprint of Milton's famous letter to Master Samuel Hartlib was a desideratum, and we are grateful to Mr Browning for his elegant and scholarly edition, to which is prefixed the careful *résumé* of the work given in his 'History of Educational Theories.'"—*Journal of Education.*

THEORY AND PRACTICE OF TEACHING. By the Rev. EDWARD THRING, M.A., Head Master of Uppingham School, late Fellow of King's College, Cambridge. New Edition. 4*s*. 6*d*.

"Any attempt to summarize the contents of the volume would fail to give our readers a taste of the pleasure that its perusal has given us."—*Journal of Education.*

THE TEACHING OF MODERN LANGUAGES IN THEORY AND PRACTICE. Two Lectures delivered in the University of Cambridge in the Lent Term, 1887. By C. COLBECK, M.A., Assistant Master of Harrow School. 2*s*.

GENERAL AIMS OF THE TEACHER, AND FORM MANAGEMENT. Two Lectures delivered in the University of Cambridge in the Lent Term, 1883, by Archdeacon FARRAR, D.D., and R. B. POOLE, B.D. Head Master of Bedford Modern School. 1*s*. 6*d*.

THREE LECTURES ON THE PRACTICE OF EDUCATION. Delivered in the University of Cambridge in the Easter Term, 1882, under the direction of the Teachers' Training Syndicate. 2*s*.

JOHN AMOS COMENIUS, Bishop of the Moravians. His Life and Educational Works, by S. S. LAURIE, A.M., F.R.S.E., Professor of the Institutes and History of Education in the University of Edinburgh. New Edition, revised. 3*s*. 6*d*.

OUTLINES OF THE PHILOSOPHY OF ARISTOTLE. Compiled by EDWIN WALLACE, M.A., LL.D. (St Andrews), late Fellow of Worcester College, Oxford. Third Edition Enlarged. 4*s*. 6*d*.

"A judicious selection of characteristic passages, arranged in paragraphs, each of which is preceded by a masterly and perspicuous English analysis."—*Scotsman.*

"Gives in a comparatively small compass a very good sketch of Aristotle's teaching."—*Sat. Review.*

A SKETCH OF ANCIENT PHILOSOPHY FROM THALES TO CICERO, by JOSEPH B. MAYOR, M.A. 3*s*. 6*d*.

"Professor Mayor contributes to the Pitt Press Series *A Sketch of Ancient Philosophy* in which he has endeavoured to give a general view of the philosophical systems illustrated by the genius of the masters of metaphysical and ethical science from Thales to Cicero. In the course of his sketch he takes occasion to give concise analyses of Plato's Republic, and of the Ethics and Politics of Aristotle; and these abstracts will be to some readers not the least useful portions of the book."—*The Guardian.*

[*Other Volumes are in preparation.*]

London: C. J. CLAY & SONS, Cambridge University Press Warehouse, Ave Maria Lane.






[redacted]


STANFORD UNIVERSITY LIBRARIES
STANFORD LIBRARIES

